Bibliotheca Novi Testamenti Graeci

cuius editiones ab initio typographiae ad nostram aetatem impressas . . .

Eduardus Reuss

Argentoratensis:
A Human-edited Facsimile of Reuss's 1872 edition.

Robert Crawford

2022

Legal

Preface

Description: This is a human-edited facsimile edition of Eduardus Reuss' 1872 edition of Bibliotheca Novi Testamenti Graeci. It is a Bibliography of printed editions of the Greek New Testament, from 1514 to 1872.

For your reference, the following citation is another similar copy of this work:

Reuss, Eduard, 1804 - 1891. Bibliotheca Novi Testamenti graeci, cuius editiones ab initio typographiae ad nostram aetatem impressas. Brunsvigae, apud C.A. Scwetschke et filium, 1872.

https://archive.org/details/bibliothecanovi01reusgoog/page/n82/mode/2up

Citation for this work :

Reuss, Eduardus (author); Robert Crawford (ed.). Bibliotheca Novi Testamenti Graeci cuius editiones ab initio typographiae ad nostram aetatem impressas quotquot reperiri potuerunt collegit digessit illustravit Eduardus Reuss Argentoratensis - A Human-edited Fascimile of Reuss's 1872 edition. Chamberlain, South Dakota, USA: Pebble in your Shoe Publishing, 2022.

ISBN: 978-1-5136-9075-9
Languages: Latin, Greek.

Note: the numbers within square brackets and without, are page numbers in the original book.

Edition History : This work is version 1.1 After I published the version 1.0, I was horrified to discover a spelling mistake in the title page and front cover, so i corrected it, plus I put a bunch of lists into tables.

BIBLIOTHECA NOVI TESTAMENTI GRAECI

CUIUS EDITIONES AB INITIO TYPOGRAPHIAE AD NOSTRAM AETATEM IMPRESSAS QUOTQUOT REPERIRI POTUERUNT COLLEGIT DIGESSIT ILLUSTRAVIT

EDUARDUS REUSS

ARGENTORATENSIS.

BRUNSVIGAE

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM. (M. BRUHN.) 1872.

ALMAE ARGENTINAE

E CINERIBUS RENASCENTI

OPERIS CONSPECTUS. [Table of Contents]

[1]

PRAEMONENDA.

§ 1. OPERIS CONSILIUM ET UTILITAS.

Facturusne operae pretium sim notitia editionum N. T. graeci conscripta, id diiudicandum aliis permitto. Pauci erunt profecto qui talem librum perlegent, pauciores fortasse quorum commodis et studiis inservire poterit. Mihi ipsi longum fuit et fastidiosum opus, dubiis horridum, post plurium annorum labores vix ad finem perductum, post saepius iteratas curas erroris forte non magis expers quam leporis. Neque omnino novum aliquid tibi promitto, benevole lector, quod alioquin excusationi esset, quanquam, ut ingenue fatear, quem similia plane tentasse dixerim neminem habeo. Scilicet hanc bibliothecam condere molienti non id in animo erat ut simpliciter librorum titulos qualicunque ordine libuerit disponendorum describerem, verum ut simul ipsius graeci textus quem singuli exhibent rationem haberem. Quum enim nostra aetate plures in historia textus manu scripti perscrutanda studia sua multa cum laudo collocarent, etiam typis exarati fata enarrare, si fieri potuerit accuratius quam a maioribus id factum esse noveram, non spernendum conatum duxi. Iam olim quum in tractanda Novi Testamenti historia primum hanc provinciam ingressus, quid in ea antehac praestitum sit paulo curiosius inspexissem, non satis mirari potui tam multa esse quae ab antiquioribus scriptoribus cursim et leviter asserta, audacter et secure alter ab altero recentiores accipiant. Simul compertum habui plerosque huius aetatis auctores certis quibusdam praeiudicatis opinionibus indulgere, quae saepius in medium prolatae iam firmissimae veritatis auctoritatem obtinent et ratum faciunt quod olim Gallorum nescio quis satis lepide dixit, historiam fabulam esse de qua inter omnes conveniat.

Splendidissimum huius rei exemplum est quod hodie in plurimis libris celebratur de *textu recepto* quem dicunt. Scilicet apud recentiores N. T. graeci editores illo nomine venit ea textus conformatio quam ante Griesbachii aetatem in libris impressis fere

[2]

omnibus exstitisse perhibent cuiusque cunas in Elzevirorum officina positas fuisse et sibi et aliis persuadere non dubitant. Sane originem eius altius repetunt ab Erasmo Stephanisque et

Beza, quos paullulum subinde lectionem mutasse concedunt, postea vero per integrum saeculum et alterius dimidium non amplius variatam scripturam ad celeberrimi critici Ienensis tempora delatam putant, cuius viri maxima gloria ex eo ipso redundasse dicitur quod primus emendatiorem ex fontibus eruerit. Atque hoc pacto ad hunc usque diem saepissime ad marginem librorum, ubicunque ab antiquioribus discrepare videntur, horum lectiones quasi olim ab omnibus receptae et hactenus vulgares ab editoribus sedulo notantur.

Verum haec omnia, si non omnino falsa et erronea, tamen minus recte dicta sunt, Griesbachium quidem ipsum facile excusatum habeo quod textum antiquiorem quem emendare conabatur vulgarem et receptum dixerit. Nam in coetibus Lutheranorum inferioris Germaniae, ad quos et Halensis et Ienensis academiae pertinebant, aliae editiones fere nullae tum temporis usu veniebant quam quae ex orphanotropheo Halensi vel ex prelo Vossiano Lipsia et Berolino exiebant frequentissimae eaeque pure pute Elzevirianae. Quas et pretium eximie modicum et theologorum strictiori formulae addictorum tenax consuetudo prae caeteris commendabat, ita ut novus editor quodcunque ex illis libris ut spurium delebat vel ab iisdem alienum suo inserebat non posset non *receptae* lectioni opponere. Caeterarum editionum in illis regionibus vulgo ignotarum noster, quanquam bene gnarus, respectum habere supervacaneum ducebat. Sed quod illi vitio verti nequit criticos recentiores parum decet. Textus receptus quem dicere possis iam in toto orbe terrarum nulls est, neque olim unquam fuisse luce diurna clarius ipsa haec editionum recensio demonstrabit, quidquid de hac re viri docti indoctam vulgi traditionem sequuti in contrarium disputent. Inter quos nostra quidem aetate nonnulli exstiterunt qui, ut opinor, re melius cognita minus incaute de textu olim ab omnibus recepto loquuti sunt, cuius lectiones eo nomino margini suarum editionum adscriberent, sed unum aliquem librum ex veteribus selegerunt cum nova recensione conferendum, ex quo quantum haec ab illis distet quasi exemplo oblato pateret. Librum istum Elzevirianam esse editionem anno 1624 evulgatam nemo est qui nesciat. Sed hercle quaero qua de causa istum prae caeteris omnibus, nisi usque obtineret praeiudicata illa opinio de textu deinceps invariato, quam modo falsam dixi? Quam parum autem editio illa dignitate principali gaudeat infra ostendetur.

Liceat mihi paucissimis exemplis declarare quam parum utilitates studiosus lector percipiat, imo quam multum erroris ei obtrudatur ex collatione tali ratione instituta. Griesbachius et qui post eum fuerunt critici omnes 1. ad Rom. 7, 6 scripserunt ἀποθενόντες lectionem unice veram, et ad marginem ἀποθενόντες utpote olim *receptam* adnotarunt. Verum lectio illa Griesbachiana iam antea in centum septuaginta et quatuor editionibus fuerat

[3]

a me inspectis, altera vero, quam hodieque vulgarem et receptam dicunt, tantum in centum quadraginta et duabus. Alio loco, in Ep. Iacobi 5, 12 lectionem olim a Beza commendatam et

deinceps a plurimis servatam (ὑπὸ κρίσιν) Griesbachius quoque recepit adstipulantibus nostris, qui quum in vulgaribus libris eandem scripturam invenirent, ad marginem alterius mentionem nullam fecerunt, quamquam in centum quinquaginta et quinque editionibus ante-Griesbachianis scribatur εἰς ὑπόκρισιν quam sane lectionem non minus vere et commode receptam dixeris quam illam modo ex epistola ad Romanos allatam! Plurima eiusdem generis proferri hic possent, quae utilius suis locis reservamus, maxime quas ex collatis Stephanicae et Bezanae stirpis libris aemulas lectiones simili tenacitate ad nos pervenisse videbis. Sunt aliquot loci in quibus quae sit *recepta* lectio vel audacissimus criticus dicere recuset si sapiat, quippe quorum scriptura fere quotidie, ut ita dicam, etiam in editionibus unius eiusdemque familiae mutata fuerit. Sit Matth. 12, 6 ab antiquissimis impressi textus temporibus modo μειζων, modo μεῖζον Philem. 7 nunc χάριν nunc χαράν, Luc. 10, 22 καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς ab aliis additur, ab aliis omittitur, ita ut multi libri hoc uno loco a se invicem discrepent.

Sed haec levioris momenti. Multo magis dolendum, per eandem recentiorum incuriam, in semel traditis negligenter subsistentium, plurium virorum doctorum, qui superiore saeculo de re critica bene meruerunt, laudes indigne periisse. Atque hic non de Millio Bengelio Wetsteniove loquor quibus nostri suum decus minime denegarunt. Verum alii sunt, maxime Angli, qui multis ante Griesbachium annis textum Novi Testamenti ediderunt vel ipso Griesbachiano ex parte emendatiorem, quorum tamen nomina et merita doctissima nostra Germania ignorat! Scilicet non semper, quae Taciti sententia fuerat, vetera extollimus recentium incuriosi; saepius etiam veterum obliti nostrum ipsorum curiosissimi sumus et meliora illa quibus nunc facillime utimur quasi noviter reperta coram plaudente corona declamantes, immerito eos negligimus qui pridem eadem via ingressi multo maiore labore et renitentibus coaetaneis non infeliciter similia tentarunt. Sed quis miretur Wellsium ex hominum memoria excidisse, quum iam ipsius Griesbachii fama palleat? Quis Macii studia ut olim invidia theologorum sic hodie criticorum oblivione sepulta, quum suos praecones ne tum quidem habuerit quum in vivis esset? Quis Harwoodium nobilem magni Lachmanni praecursorem ne obiter quidem a nostris tangi, suae potius ipsorum laudis canendae studiosis?

Etiam quae per priora duo saecula post impressas editiones principes elapsa virorum doctorum curae fuerunt in emendando textu positae, iis immerito gloriam suam quasi nimis debilibus et omnino contemnendis detrahi, ut vulgo fit, narratio nostra docebit. Non enim ea tantum in aestimationem venire debent quae prisci illi editores reapse praestiterunt in textibus suis constituendis, quae sane si ad nostrae scientiae rationem exegeris

satis imperfecta et manca dioas. Sed potius subsidia respicienda erunt quibus non nisi paucioribus uti illis licebat, et artis criticae arctissima tum temporis pomoeria. Quibus caussis equidem in diiudicanda et libroram et auctorum dignitate non minus tribuerim quam, quod aliis maximum rei impedimentum fuisse videtur, theologorum invidiosae in novaturientes vigilantiae. Quae scilicet codicum exploratoribus minime defuit, atque etiam indies liberam scientiam angustiore limite constrictam suspicionibus magis vexabat; sed studia in apparatu critico augendo et discutiendo posito nunquam plane compescuit et quasi letali torpore confecit. Imo fortassis ex illa ipsa qua premebantur difficultate commodum aliquod haud spernendum in ea redundavit, cuius si nostri rationem haberent, de antesignanis hodiernae artis criticae eorumque laboribus, de Curcellaeo, Waltono, Fellio, Millio, Gerhardo rectius iudicarent. Qui sane textum suo tempore usu tritissimum multisque mendis scatentem simpliciter descripserunt, satis habentes lectionum variantium farraginem et ex parte testium auctoritates in margine notasse. Sed vel in prolegomenis vel in commentariis suis criticis, quantum iam in arte nostra profecerint, aperte declararunt. Quo magis laudandi videntur ob modestiam qua ducti manum emendatricem ipsi textui admovere supersederunt, vel suae ipsorum sagacitati candide diffidentes vel etiam nil actum reputantes dum quid superesset agendum in conquirenda materia cuius novos indies thesauros aperiri videbant. Duriorem igitur obscurioremque malebant exercere laborem quam praematuris vindemiis frui, verum et rei et spei pleniorem et posteris magis utilem, quam si ad cuiusque novi codicis fidem, quem iis casus forte obiiciebat, subinde reformatum textum festinanter edidissent.

Haec sunt atque talia, benevole lector, quae ex hac mea *bibliotheca editionum* facile colliges. Quam ergo ne meram titulorum congeriem studio tuo indignam existimare velis iterum iterumque rogo. Ipse equidem si in his subsistere debuissem opus hoc mehercle nunquam valuissem ad finem perducere, imo no de inchoando quidem cogitare. Sed qui historiae scientia in quacunque rerum humanarum parte plena et optabili potiri vult, is etiam asperas et longinquas viarum ambages deprecari et vitare dediscat. Quas tibi si planiores laetioresque reddidisse videar, de ipsa mea opella aequum te iudicem audiam.

§ 2. QUID ALII HUCUSQUE IN CONSCRIBENDO EDITIONUM CATALOGO PRAESTITERINT.

Non abs re erit paucis ostendere quam parum, quae hucusque in notitia editionum N. T. graeci conscribenda a viris doctis tentata sunt, omnibus numeris absoluta dici possint. Opus satis fastidiosum et ipsorum iam aetate immensum et difficile, post plures variorum conatus memoria hominum minus dignos, primi adgressi sunt saeculo superiore ineunte duumviri celeberrimi

Ioannes Millius, theologus Oxoniensis, et Iacobus Le Long, presbyter oratorii Parisiensis. Qui tamen non idem consilium sibi proposuerunt. Et Millius quidem in prolegomenis editionis suae a. 1707 evulgatae, de qua fusius suo loco dicemus, id ipsum molitus est quod et mihi caput rei videtur, quanquam alia via adsequendum, scilicet ut ipsius textus fata relegeret in recensendis editionum titulis. Has itaque minime omnes repetit sed eas tantum quas in constituendo textu principes et praecipuas habebat, quarumque indolem variantibus sedulo collectis et examinatis cognoscere et definire studebat. Atque hactenus adeo omnia praestitisse posteris visus est ut plerique deinceps satis haberent ipsius materiam suam fecisse, suppressis quae ille silentio praeterierat ac neglectis quae post Millium demum in lucem prodierunt. Sic, ut hoc uno exemplo utar, factum est ut Plantinianam editionum familiam, et textus forma et hominum usu minime ignobilem, recentiores, quippe cuius apud Millium mentionem nullam factam viderent, altissimo silentio sepelirent. Iacobus vero Le Long de textu plane nihil habet quod dicat. Qui in sua bibliotheca sacra primum a. 1709, deinde auctius a. 1723 forma maiori edita merum et plerumque nudum singularum editionum S. S. catalogum conscripsit secundum linguas digestum, in quo conficiendo maxima eius cura haec fuit ut nullum librum alicubi terrarum adservatum vel ab aliquo auctore laudatum omitteret. Iam si rependeris bibliothecam illam Longianam omnium sui generis primam fuisse herculeo labore coacervandam, tu sane viri diligontiam divitiasque undique corrasas stupebis, et quo minus innumeras lacunas, annorum et formarum errores, bis diversis titulis recensitos libros, spurios pro authenticis laudatos, ei vitio vertas, ipsae difficultates oporis paene insuperabiles aequum te iudicem prohibebunt. Qui priorem editionem nulla mora intercedente Lipsiae recudendam curavit Chr. Frid. Boernerus de suo plura addidit, ad nostram tamen provinciam pertinentia pauciora quam quae hoc loco laudare oporteret.

Multo magis commendandus novus eiusdem operis editor Andr. Theoph. Maschius qui a. 1778 et sequentibus priorem saltem partem, textus originales et versiones orientales latinasque complectentem, summa cura et incomparabili industria auctam et digestam quinque voluminibus prodire iussit. Haec editio tot supplementis locupletata est, tam lucida materiarum dispositione usui eruditorum accommodata, tam accurata librorum quae ipsi auctori innotuerunt descriptione insignis, ut novum fere opus dici debeat. Si nihilo minus in eo subsistendum esse nego, id maxime pro diverso quem persequor scopo dictum aestimaveris et propter libri vetustatem, verum tamen ctiam propter plurima menda quae doctissimus editor vel ex fonte suo primario incaute descripsit vel incautius aliunde oblata recepit.

Huic minime aequiparandi alii nonnulli scriptores qui editiones N. T. graeci recensere conati sunt, idque, nisi omnia me fallunt, non ex propria librorum notitia sed ox variis et antiquioribus bibliothecarum catalogis supellectilem suam repetentes.

[6]

Inter quos nominasse sufficiat Augustini Calmeti bibliothecam biblicam quarto tomo lexici archaeologici insertam, I. G. Walchii bibliothecam theologicam selectam T. IV. p. 1- 46, satis divitem in hac parte sed multis erroribus foedatam, utramque nudos fere librorum titulos exhibentem; porro Ern. Frid. Car. Rosenmüllerum, qui in opere bibliographico *Handbuch der Literatur der biblischen Kritik und Exegese* (Goett. 1797. T. I. p. 278 - 422) post alia editiones N. T. graecas recensuit vix aliud agens quam ut Maschii eruditionem recoqueret, quem tamen neque totum, neque ubi e re fuerit emeudatum suis schedis inseruit. Etiam Gottl. Guil. Meyeri historia interpretationis S. S. germanice conscripta et Goettingae a. 1802 ss. quinque tomis edita, praecipuarum recensionum N. T. notitiam praebet sed fere ea tantum attingit quae et alioquin tritissima sunt minoris momenti opellis neglectis. Inter exteros qui nostram provinciam perlustrarunt facile celeberrimus est Thomas Frognall Dibdin Anglus, in cuius opere: *An introduction to the knowledge of rare and valuable editions of gr. and lat. classics, polyglot bibles, the Septuagint and N. T. etc.* tertia vice Londini 1808. 2 tomis edito, scientiae meae defectus splendide expletumi iri speraveram. Verum non sine dolore libro inspecto laudem ei absque merito irrogari comperi quippe cuius auctor, in hac saltem parte, vix aliud sibi praesumpserit quam ut Maschium cum omnibus suis vitiis et erroribus describeret, ita quidem ut vel de editionibus in Britannia impressis minus accurate dixerit et saepius etiam omnino siluerit.

Editores textus ipsius post Millium plurimi eiusdem generis catalogos suis prolegomenis inseruerunt eosque tales ut id ipsum maxime respicerent quod et nobis praecipuum fuit, scilicet scripturae graecae conformationem. Inter quos prae caeteris commendo Wetstenium cuius prolegomena etiam separatim edita sunt cum additamentis I. S. Semleri (Hal. 1764), tum Bengelium cuius apparatus criticus suo loco laudabitur, inter recentiores vero Tischendorfii editionem novissimam. Qui tamen omnes non id agebant ut omnium editionum quae unquam fuerint absolutam seriem recenserent, sed praecipuas tantum et in enarrandis rei criticae fatis non praetereundas pluribus tractarunt.

Idem de I. I. Griesbachio dicendum cuius exstat singularis libellus de N. T. graeci editionibus, Tomo II. Musei Hagani 1777 insertus quem hoc loco ideo tantum adtingo ne iniustae oblivionis crimen incurram. Eo enim minime continetur notitia editionum bibliographica, sed potius orationem pro domo habitam dixeris qua nova sua multisque suspecta critica conamina exemplis ab antiquioribus repetitis defeudere studuit Vir illustrissimus.

Sequuntur nunc, ne vel minoris momenti recensionum oblitus esse videar, praecipui librorum isagogicorum quos vocant scriptores, quorum nullus sane totam nostrae bibliothecae supellectilem adstruere sibi sumpsit, at unusquisque in iis quae ipsi dicenda videbantur non nisi vera et accurata promere debebat. Verum hercle longe abest quin ex iis aliquid certi discas, si

quidem eos ultra Millium sapere coegeris. Sic, ut paucis exemplis utar ex clarioribus auctoribus repetendis, I. D. Michaelis (Introd. ed. IV. T. I. p. 780) quatuordecim editiones ad Erasmicas pertinere dicit: e quibus tamen nos Colinaei librum et quatuor Francofurtenses ad alias familias referemus caeterorum numero non parum aucto. Idem non minus perfunctorie et incaute in reliquis. Qui Michaelis librum anglice vertit notisque locupletavit Herbertus Marshius haec atque alia nonnulla ex Maschio supplevit, alia tamen non pauca vel intacta reliquit vel aeque manca in medium protulit. Sic T. II. p. 853 ed. Lond. 1819 tredecim editiones recenset quasi e Complutensi descriptas quum tamen talis ad eius usque aetatem nulla omnino fuerit, Plantinianae vero, i. e. Compluto-Stephanicae quae hoc loco ei obversabantur, multo plures exstent vel demtis nonnullis quas aut spurias aut alienas iis adnumerat. Quae tamen omnia ab Eichhornio (Introd. T. V. p. 260) recepta sunt, qui paucis paginis interiectis (p. 279) iisdem alia prioribus minus consentanea neque magis certa aut correcta subiungit. Quid de Hugio dicam, viro alioquin sagacissimo et diligentissimo, qui verbo tenus eadem profert? Quid de caeteris omnibus? Quorum ne unus quidem ipsos libros inspexisse videtur de quibus verba faciunt alter alterum exscribentes.

Primus ipse rem denuo excutere adgressus iam in secunda *Historae literarum N. T. sacrarum* editione a. 1853 in publicum emissa accuratiorem familiarum notitiam dare constitueram. Sed quum eo tempore nondum omnia meis ipsius oculis perlustrassem, accidit ut auctoritate tot tantorumque virorum deceptus non pauca incautius reciperem, in nonnullis etiam, me scilicet inscio, manifesti errores irreperent. Quibus in tertia et quarta eiusdem operis recensione (a. 1859 et 1864 editis), qua potui diligentissima cura expurgatis, iam hoc loco quae alibi succinctius absolveram copiosius exponere conabor.

Sed antequam de meis ipsius conatibus dicam pauca libet adiicere de aliis quibusdam libris modestioris conditionis, quantum ad nostra, sed quos multo securius adeas quam illos nimia adfectantes, et maiore cum fructu consulueris. Qui sunt bibliothecarum publicarum aut privatarum catalogi non simpliciter titulos voluminum referentes (in talibus enim frequentissime calami lapsus deprehendi) sed notis editorum illustrati. Horum nonnulli satis amplas tibi copias suppeditabunt eoque magis cupide amplectendas quod auctores eos tantum libros recensent quos ipsi manibus tractaverunt, ita ut si minus multa at ubique certissima doceant. Inter quos eminent celeberrimi Sig. Iac. Baumgartenii opera bibliographica duo: *Nachrichten von einer hallischen Bibliotheck et Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, quae ab a. 1748 ad 1758 viginti voluminibus prodierunt ditissimae collectionis insigne monumentum; G. L. O. Knochii bibliotheca biblica sive catalogus codicum sacrorum in palatio ducali Brunsvicensi, hodie vero Guelferbyti adservatorura 1752; quibus addendae eiusdem *Nachrichten von der Bibelsammlung m Braunschweig*

1749 ss. decem tomis; tum Io. Mel. Goezii *Verzeichniss seiner Bibelsammlung* 1777 seq. duobus voluminibus; Iosiae Lorkii pastoris Hafniensis *Bibelgeschichte* 1779 et 1783, quae sunt notitiae plurimarura editionum quas possidebat ille Croesus inter librorum collectores, cuius divitias paucis annis postea ipsius gener I. G. C. Adlerus orbi literato obtulit stupenti, in libro quem inscripsit: Bibliotheca biblica Ser. ducis Wirtembergici olim Lorkiana 1787. Quibus omnibus non sine magno fructu usus sum, verum de ea re quam prae caeteris persequebar, textus conformationem dico et editionum fontes, apud eosdem ubique altissimum obtinet silentium, vel etiam, si talia curant, iudicium praeposterum et temerarium, quod nimis confidenti facile fraudi esse potest. Hic quoque nominare libet Catalogum bibliothecae Sussexianae Londini 1827 et 1839 splendide impressum duobus voluminibus quibus innumerae textuum sacrorum editiones recensentur, cura et studio T. I. Pettigrew. Ipsum librum meum facere nondum mihi contigit, sed Goettingae in meum usum diligenter contulit et excerpsit A. Carriere, theol. bace. Gallus, tunc magnae spei iuvenis et studiis biblicis et orientalibus feliciter intentus, iam et variis doctrinae speciminibus editis orbi notus eruditorum. Ipsas sane librorum copias, quas ill. Dux πορφυρογέννητος collegerat, non satis mirari potui, editoris vero industriam et doctrinam, in transscribendis titulis minus curiosi, in diiudicandis textibus saepius falsi, vix commendare ausim. Pluros alios libros infra ad singulas editiones illustrandas laudare satius erit. Hoc loco unum tantum supra nominatis addere libet, in America editum, E. B. O'Callaghan, *a list of editions of the H. S. and parts thereof printed in America previous to 1860 wιth an introduction and bibliographical notes. Albany* 1861. Qui tamen non plures quam vinginti duas recenset, multis numeris augendam copiam.

§ 3. QUIBUS COPIIS ET SUBSIDIIS INSTRUCTUS OPUS HOC ADGREDIAR.

Iam supra monui libros eos in quibus viri docti adhuc editionum N. T. graeci notitiam haurire consueverunt plurimis scatore erroribus. Quibus si quid rectius offerre volebam talium rerum curiosis, ipse puriorem scientiae fontem adire debebam, scilicet ipsa volumina quae recensenda erant oculis inspecturus. Verum haec res non ita facile volenti cuique succedit. In singulis bibliothecis pauciores editiones adservantur, in nulla omnes; plurimas quas bibliographi laudaverunt frustra per omnem orbem terrarum quaesiveris. Exstiterunt quidem nonnulli vel privati homines vel publicarum collectionum praefecti qui huic potissimum provinciae singularem curam impenderunt. Sed quibus difficultatibus circumventi in copiis suis augendis defecerint magis quam profecerint, vel ex ipso librorum numero quos congerere potuerunt intellexeris. Sic, ut paucioribus exemplis utar, catalogus bibliothecae F. Münteri celeberrimi olim Hafniensium

episcopi quinquaginta sex tantum editiones exhibet; Griesbachius ὁ πάνυ sexaginta novem suas fecerat, Io. Sig. Moerlius Norimbergensis septuaginta septem. Uno exemplari locupletior fuit Aug. Shadeloock. In bibliotheca universitatis Lipsiensis sexaginta et unam inveni, Lugduni Batavorum septuaginta et sex, Basileae octoginta et octo, Guelferbyti nonaginta et duas, Dresdae tres supra eundem numerum, Berolini centum et quatuordecim, Wernigerodae ultra centum et quadraginta. Propius a scopo abfuerunt triumviri vel in literis sacris colendis vel in libris colligendis celeberrimi Sig. Iac. Baumgartenius Halensis in cuius amplissima collectione centum quinquaginta et duae editiones N. T. graeci exstiterunt post eius mortem publice divenditae Io. Mel. Goezius Hamburgensis qui centum viginti sex habuit, nunc bibliothecae patriae ornamentum, in qua earum numerus quinquaginta quatuor aliis hodie auctus reperitur, Iosias denique Lorkius βιβλιοφqίλων suporioris vel potius omnis aetatis princeps, in cuius thesauro trecentae quadraginta et sex recensentur, quas si ftd iustum numerum redegeris demptis dupiis aliisque libris quae nobis in censum non veniunt, ducentae octogiuta et quinque supererunt nunc Stuttgardiae in bibliotheca regia adservatae. Etiam in bibliotheca Snssexiana ultra ducenta exemplaria N. T. graeci recensentur.

Ipse ex quo ad historiam literarum Novi Foederis sacrarum scribendam animum adverti sedulo editiones earum conquirere incepi atque in hoc conatu tam prospera fortuna usus sum ut intra paucorum annorum spatium copias vel Lorkianis multo locupletiores meas dicere potuerim. Simul a pluribus bibliothecarum publicarum praefectis librorum singulis locis exstantium catalogos petii quos viri honestissimi mecum humanissime et accuratissime communicarunt. In quibus catalogis si quid forte novi et inauditi inveniebam vel ipse postea itinere facto per occasionem inspiciebam vel per amicos et fautores instituti mei inspiciendum curabam. Multorum tali modo librorum notitiam primum alienis in terris acquisivi quorum postea emendorum copia fuit, ita ut rarius hodie exterarum regionum divitias in hoc opere laudatas reperias quam quas olim laudari oportuisset si festinantius illud in publicum edidissem. Multos etiam imo plurimos bibliographorum errores et editionum spuriarum titulos ex catalogis bibliothecarum olim indoctius conscriptis manasse comperi et libris ipsis inspectis suae veritati restitui.

Iam hac occasione data ante omnia eorum nomina, ut de meis rebus optime meritorum, grato cum animo saluto, qui ipsis librorum collationibus accuratius instituendis operam benevolentissime navarunt; e quibus fuerunt VV. DD. Vindobonae Gualt. Behrnauer bibliothecae adiunctus et Car. Otto, clar. patrum apologetarum editor et interpres, Parisiis Eug. Scherdlin, cand. theol. nunc in Gymnasio Argentoratensi professor, et Aug. Himly prof. publ. ord. in Academia Parisiensi mihi fraterno amore coniuuctissimus, Amstelodami Traiecti et Lugduni Batavorum Abr. Kuyper, doctus operum Io. a Lasco editor, Goettingac Ferd.

Wüstenfeld, Wernigerodae Ed. Foerstemann, duumviri varia doctrina clari omnique mea laude maioros, Lugduni Gallorum Geo. Hoffet, veteri mecum amicitiae vinculo iunctus et rebus meis usque sedulo et feliciter prospiciens. Catalogum Berolinensem in meum usum exscripserat H. T. Bruns, Hamburgensem Io. Geffcken, Lipsienses duos Rud. Anger, Guelferbytanum C. L. Bethmann, Darmstadiensem G. Mitzenius, Dresdensem C. H. Graf, Marburgensem Io. Gildemeister, Gissensem A. Knobel, Halensem Aem. Roediger; Basileensem Geo. Felber, Upsaliensem C. A. Hulteranz, Montalbanensem M. Nicolas, quos omnes orbi literato dudum cognitos nominasse sufficit, ut quam illustris fautorum et patronorum corona opusculi huius cunas circumsteterit cuivis lecturo pateat. Inter quos iam plures eosque carissimos Geffckenium, Angerum, Grafium, Knobelium, Felberum, Bethmannum morte abreptos lugeo. Quorum omnium laboribus adiutus ipse meum postea facilius et properatius expedire potui, ubique summa cum humanitate a viris doctis bibliothecarum curatoribus exceptus. Idem et alibi mihi contigit ubi ante adventum neminem praecursorem habueram, Ienae, Friburgi, Bernae, Turici, et maxime in ditissima illa Stuttgardia, ubi auno abhinc decimo quinto coetui philologorum adscriptus dies dulcibus doctisque amicorum confabulationibus, noctes conferendis et excerpendis editionum lectionibus dicavi.

Hodie adsunt, ne temere gloriari videar, in bibliotheoa mea editiones N. T. gr. quadringentae octoginta quatuor inter se vere diversae, practerea nonaginta octo titulo solo renovato variatae, quarum summa efficitur quingentarum octoginta et duarum. Ipse plurimas in aliis collectiouibus accuratius examinavi e quibus hoc loco earum tantum rationem habere par est quas nondum possideo. Quarum numerus est prioris generis quadraginta et octo, posterioris octodecim. Accedunt paucissimae quarum notitiam non nisi ex amicorum schedis hausi, quinque et quatuor. Omnium igitur quas absque erroris periculo describere potui summa est quingentarum triginta et septem praeter centum et viginti novo titulo iteratas. Quae ad hunc diem oculos meos fugerunt ab aliis laudatae, si quidem omnes vere exstiterint, ad plurimum sunt quinquaginta. Quibus tamen plures addendae erunt hoc saeculo in Britannia et America evulgatae, ubi singulis annis in usum scholarum repetitao excuduntur in nostris terris ne fama quidem cognitae. Verum et in hac serie copiae meae iam ad amplitudinem talem excreverunt quali extra Anglorum fines neminem gaudere fidenter asseruerim.

§ 4. QUAE EDITIONES NUMERENTUR.

Quum mihi propositum sit catalogum editionum N. T. graeci quam absolutissimum potuerim exhibere, ante omnia definiendum erit quinam libri in editionum numero recenseri debeant. Nam praeter eos qui integrum canonem continent, varii generis exstant alii qui partem tantum sacri codicis referunt, modo maiorem

modo minorem adeoque minimam. Quos nonnnlli non minus sollicite in suam receperunt collectionem quam integra volumina eodemque iure et nomine seriei caeterorum inseruerunt. Alii eosdem exsulare iusserunt, utpote sequioris dignitatis centuriae adscribendos. Ego mediam viam ingressus quasdam talium librorum classes silentio praeterire nolui quippe pro consilii mei ratione minime a rebus meis alienas. Itaque hic in censum venient editiones illae quae magnam aliquam partem N. T. continent, sive libros historicos omnes, sive evangelia vel epistolas, sive ad mininum evangelia synoptica vel libros paulinos aut epistolas catholicas quas dicunt separatim. Librorum siugulorum autem editiones eas tantum recensebo in quibus adornandis viri docti ipsum textum non simpliciter e vetustiore aliquo libro descriptum sed propria industria novisque curis recognitum exhibuerunt. Reliqua omisi, maxime editiones pericoparum dominicalium quarum magnus exstat numerus, tum harmonias quas vocant evangelicas, textum synopticorum mixtum praebentes, denique librorum singulorum apographa absque cura critica in usum scholarum recusa. Etiam editiones singulorum codicum manuscriptorum, ad eum modum quem *fac simile* vocant descriptas, hic non habebis. Quao omnia non ideo praetereo quod a museo meo exsulant (adsunt enim plurima), sed quia a praesenti instituto aliena videbantur.

Sed et aliud quiddam in editionibus enumerandis observandum est quo neglecto bibliographi a recto tramite saepius mihi aberrasse videntur. Plurimae enim exstant editiones quae solo titulo mutato aut nova anni nota adposita altera ab altera diversae sunt, ipsa libri substantia et formarum compositione minime renovata. Has indicaro quidem, non autem seorsim numerare rei consentaneum mihi visum est. Multo autem plures sunt huius generis libri quam viri docti olim suspicabantur, qui non nisi praesentibus testibus et collatione facta vel dignoscendos vel coniungendos nosse poterant. Nostris maxime temporibus celebrantur editiones στερεοτύπως excusae quarum eadem ratio est.

§ 5. OPERIS DISPOSITIO ET COLLATIONIS RATIO.

Varias quidem ingressi sunt vias docti viri qui ante nostra tempora notitiam editionum. N. T. graeci qualem et ego meditor conscripserunt. Alii enim, praeeunte Iacobo Le Long simpliciter ordinem chronologioum quem dicunt sequuti omnes reliquas distribuendae materiae rationes neglexerunt. Alii simul formam librorum respicientes, ut Lorkius, seriem quater inchoatam exhibent, Novum aliquid sibi excogitavit Maschius ab indole et lege maioris sui operis non alienum. Qui omnes editiones in tres classes divisit, primam scilicet earum quae textum graecum nudum referunt, secundam earum quae versionem addunt unam tertiam denique polyglottarum. Atque in singulis classibus eas quae integrum canonem describunt separatim collocavit ab illis quae partem tantum librorum sacrorum comprehendunt. Haec hactenus satis legitime, si solam extemam editionum conditionem

spectaveris. Verum simul intoriorem singularum necessitudinem aliquam respicere conatus primo loco in suis classibus recensuit eas quae a Complutensi pendere videbantur, deinde ex ordine Erasmicas, Stephanicas, Bezanas, caeteras, postremo quas dicit minores, quo factum est ut saepius editio aliqua princeps, quum δίγλωττος aut πολύγλωττος fuerit, post omnes aut plurimas ab ipsa derivatas ultimo loco veniat et, ut hoc uno exemplo utar, editio quaedam Plantiniana anni 1564, quam nos insuper nunquam exstitisse demonstrabimus, omnium prima numeretur! Adde quod doctissimus auctor de plurimarum origine ac stirpe quid diceret vix habebat.

Meum vero studium minime positum fuit in externa librorum forma accuratius describenda, in depingendis titulis, numerandis paginis, imaginibus si quac adfuerint laudandis, aliisque huiuscemodi minutiis notandis, quibus fere bibliographi prae caeteris inhiant. Neque versionum ulla ratione habita, neque temporum ordinem sequutus solius textus curam gessi ex quo editoris cuiusque consilium et subsidia, editionum ipsarum laudes et dignitatem discerem. Quarum etiam familias et seriem ex sola textus graeci conformatione definiam, ita ut notitia haec, quantumvis mere bibliographica videatur, simul historiam textus typis exscripti accuratissime repraesentet. Caeterum ad calcem operis, quo faicilius singulae reperiri possint, index ad annorum seriem constructus addetur.

Talia molienti isti omnes qui anti me de his rebus scripserunt parum auxilii adferre poterant. Oportebat enim singula exemplaria sedulo inter se conferre, collata demum ex similitudine vel diversitate lectionis suis farailiis adscribere. Iam quo pacto hoc citra summum laborem nimisque fastidiosum fieri potuerit, satis tamen diligenter ut errori locus non concederetur, accipias quaeso, benevole leotor! Nimium sane, imo absurdum et immensum fuisset lectiones eas quibus editiones inter se discrepant ad unam omnes recensere, ne minima quidem neglecta, quum innumerae sint earumque plurimae quas nullius fere momenti aestimaveris. Quod si quis vel tentaverit vix rem confecturus fuisse videtur. Exemplo nobis erit clarissimus Millius qui id ipsum inter conscribenda sua prolegomena molitus de quibusdam, at non multis, antiquioribus editionibus definire voluit quot locis altera ab altera discederet, locorumque talium summam adposuit. Quem non modo inchoatae operae mox pertaesum est, sed certum aliquid ipsiusque sedulitati consentaneum statuisse vix dixerim. Ex uno discas omnia. Namque inter Stephani tertiam regiam illam et laudatissimam editionem primamque Elzevirorum non nisi duodecim locis varietatom lectionis observari quum dixisset, Tischendorfius noster in prolegomenis ad suam primam anni 1841 p. LXII. locorum inter utramque discrepantium numerum multo maiorem, esse demonstravit quorum plerique Millii oculos fugerant. Verum equidem ipsius Tischendorfii recensionem novis curis nonnihil augeri posse facillimo negotie ostenderem si quid in talibus laudis et momenti quaerendum

esset. Caeterum si quis Millii methodum unice sequendam aestimaverit is vel unamquamque editionem cum caeteris omnibus ac singulis conferre deberet vel saltem cunctas cum una aliqua (sed quauam quaeso!) ad quam ceu ad suam normam reliquas referret. Iam quum hodie in rebus mere orthographicis, in diphthongis et augmentis, in literis ephelcysticis et apocopatis, in ordine verborum constituendo aliisque huiuscemodi phurimis vix unum aut alternm vocabulum vel adeo apicem aliquem intactum reliquerint critici suorum uncialium codicum admiratores, quantas ambages, eheu, quantaque taedia infelicissimo μικρολόγῳ tales gignerent conatus!

Aliam igitur planeque novam viam ingressus sum qua expeditius simul et tutius scopum attigisse mihi videor. Ex immensa illa variantium lectionum copia et farragiue, quas non libros manu scriptos solos sed ipsos quoque typis editos exhibere observaveram, selegi MILLE prae caeteris insignes et memorabiles easque solas sed usque omnes in unaquaque editione conquisivi, conquisitasque notavi. Numerus ille maior erat quam quo ubique accurate retractato graviores discrepantiae me fugere potuerint, minor quam qui saepius repetitus nauseam moveret. Atque in deligendis variantibus eas potissimum respexi quae ipsum textus sensum afficere videbantur, vel addita vel dempta vel quovis modo mutata aliqua sententiae parte, tum eas quae in disquisitionibus criticis aut theologicis famam obtinuerunt quaeve vel ex casu quodam oriundae tamen latius propagatae erant eoque nomine minus spernendae. Posthabui eas quae minus res ipsas quam rerum formas tangere videbantur. Delectum ipsum fortasse alius aliter instituisset neque negaverim in numero isto millenario plura comprehendi quae salva opera mea omitti poterant, ab eodem talia abesse quibus insertis et scopo meo et legi quam mihi scripsi haud minus satis factum fuisset. Sed de his nunc anxie aut curiosius inquirere supervacaneum ratus id unum adfirmare ausim delectum illum non ex consilio aliquo praeconcepto pependisse, quo id egerim ut maiorem aut minorem inter duas quascunque editionum familias sive necessitudinem sive diversitatem intercedere demonstrarem. Seriem locorum in singulis editionibus conferendorum deinceps non amplius mutandam mihi proposui antequam ipsum collationis opus adgrederer.

Ipse vero millenarius numerus pro hodierno computandi more hoc sibi habet peculare idemque rei convenientissimum, ut primo fere obtutu quae inter duos textus rationes obtineant lucidius etiam quam maior aliquis docere possit. Si quis Millium auctorem sequutus Erasmi secundam editionem a prima locis quadringentis, tertiam a secunda locis centum et duodeviginti recedere legerit, quartam vero locis centum et sex mutatam, nonne in hanc opinionem decidet quasi novum subinde opus editor ille primarius paraverit, sed ultima vice in paucioribus emendationibus substiterit? Ego nullis variantibus nisi quae textum vere mutarent notatis, in mille istis locis secundam non nisi vicies et septies, tertiam decies et quinquies, quartam vicies et novies a

praecedenti desciscere docens facile cuique persuadebo illas viri clarissimi recognitiones vix modum emendationis typographicae excessisse, quartam tamen aliquatenus accuratiorem fuisse, scilicet Apocalypsi ad exemplar Complutense castigata. Simul omnibus meis computationibus ad unum illum numerum exactis quem regularem dixerim, id est regulae instar adhibitum, familiarum diversam indolem simpliciter et perspicue indicare possum, cuius rei exempla lector infra tot tamque clara inveniet ut hoc loco uno alterove allato consilium meum illustrare necessarium non videatur.

Caeterum pertinent ex millenario nostro numero ad Matthaeum loci 136, ad Marcum 94, ad Lucam 110, ad ev. Ioannis 55; porro ad Acta 151; ad Paulum 222, ad ep. ad Hebraeos 40, ad epp. Iacobi Petri et Iudae 64, ad epp. Ioannis 9, ad Apocalypsin 119. Iam quum delectus locorum in omnibus N. T. parti- bus ad easdem leges et rationes factus sit, ex istis numeris simul patet singulorum librorum textum non easdem temporum et librariorum iniurias expertum esse vel etiam veterum editorum inscitiam. Prae caeteris Apocalypsis et Acta in impressis variant ex quo eandem rationem et in manu scriptis obtinere facile colliges; inter epistolas paulinae caeteris feliciore sorte usae sunt; evangelium vero et epistolae Ioannis multo rarius quam reliqui libri omnes eam passae sunt scripturae varietatem quam hoc loco silentio praeteriro non poteram.

Sed in producendis illis varietatibus, quibus usus editionum discrepantias significabo et familias constituam, eam rationem sequar ut lecturis singulas non simul et uno conspectu proponam sed pro recensionum criticarum successione subinde et sigillatim eas quas singuli critici quasi civitate donarunt. Itaque statim in opcris nostri fronte seriem invenies lectionum quibus receptis duae editiones principes, Complutensis et Erasmica, inter sese differunt. Quas pro suis singularum provinciis, plus minus late patentibus in libris postea vulgatis, in diversas classes distribui, appositis siglis, nempe literis A- T; ita ut nullo negotio uniuscuiusque familiae vel editionis posterioris ad illas principes ratio paucis notari possit. Quibus deinde accedent lectiones ab Erasmo in itcratis suis editionibus receptae (U), tum quas primus Colinacus (V), Stephanus (W) et Beza (X) habent; porro venient illae quas critici superioris saeculi Wellsius (Y), Macius (Z), Bengelius (Γ), Wetstenius (Δ), Harwoodius (Θ), Griesbachius (Λ) et Matthaeius (Ξ) primi commendarunt sensim recentioribus viam praeparantes librorum novam formam auspicati. Agmen claudent critici nostri temporis post Griesbachium clari (ΠΣΦΨΩ)j quorum quo minus nomina hoc loco memorem ipsorum apud exteros quoque decantatae laudes vetant.

Quae in sequentibus asteriscis notardur editiones, eas omnes ipse possideo undecunque coemtas.

[15]

CAPUT I. EDITIO COMPLUTENSIS.

1. COMPLUTI per Am. Guil. de Brocario. 1514. fol

N. T. graece et latine, qui est tomus quintus celeberrimi operis polyglotti sumptibus et auspiciis archiepiscopi Toletani D. Francisci Ximenez de Cisneros R. E. presbyteri cardinalis editi. Actum agerem si de fontibus et forma libri praestantissimi saepissimeque a VV. DD. laudati hoc loco denuo verba facere vellem. Adeant qui plura quaerunt, praeter scripta isagogica ubivis obvia, e quibus sufficiet nominare Chr. Kortholti de edd. bibl. p. 374, Maschii biblioth. I. 332, Rosenmülleri bibl. Lit. III. 279, libellos speciatim de hoc opere agentes ex gr. Hermanni v. d. Hardt memoria Ximenii saecularis Helmst. 1717; I. H. Stussium, de natal. libb. Goth. 1742; Seb. Seemillerum de bibl. polygl. compl. Ingolst. 1785; I. Mel. Goezii Vertheidigung der compl. Bibel P. I. - II. 1765 ss.; I. S. Semleri hist. Sammlungen iiber die Beweisstellen II. 239 - 490; I. N. Kieferi gerettete Vermuthungen über das compl. N. T. Halle 1770; C. Ios. Hefele, in diario tubingensi Quartalschrift 1844 p. 242 ss. ; Walchii neuste Religionsgesch. IV. 423 ss.; Ernestii theol. Bibl. VI. 713.; Thiessii Handb. der Lit. 11. 363; Dibdin p. 1 ss. prae caeteris vero Millii prolegg. § 1089 ss. quae textus formam studiosius discutiunt. Nos caeteris missis ad ea iam attendamus quae ad editionum posteriorum familias accuratius distinguendas facere possunt.

Quae quum omnes olim, usque ad nostra fere tempora, ut supra monui, ab alterutra duarum editionum principum, aut hac Complutensi aut Erasmica, originem traxerint, modo pressius unam ducem sequutae, modo utriusque lectionibus varie mixtis, ante omnia opus est ut eos locos, ex nostris mille delectis, recenseam in quibus Erasmus a Complutensibus recedit. Igitur catalogum illorum locorum ita dispositum lectoribus exhibeo ut postea facillimo negotio ex eodem singularem familiaram rationem perspicere possint et simul recentiorum

[16]

criticorum de singulis lectionibus iudicium cognoscere. Has ergo in diversas classes distribuam additis adstipulantium nominibus. Ex recentioribus Griesbachium, Matthaeium, Knappium, Scholzium, Lachmannum, Tischendorfium respexi. Lectiones his omnibus probatas duobus astoriscis notavi, unico eas quae plurium suffragia tulerunt, caeteris nominatim

designatis in contrariam partem abeuntibus. Lectiones et asterisco et nomine destitutae ab illis omnibus reiiciuntur. Ubi critici sententiam suam ipsi mutarunt id vel utrobique posito nomine vel circello indicatum est.

CLASSIS PRIMA.

Lectiones Complutensi peculiares, ad Erasmicis Stephanicis et Plantinianis aeque alienae.

Compl.

		Compl.	Erasm.
A. a.	1	Matth. 3, 11. om. καὶ πυρί M	add. *
	2	Matth. 6, 15. add. ὁ οὐράνιος	om. **
	3	Matth. 11, βασιλείων MS	βασιλέων *
	4	Luc. 8, 15. add. taῦτα λέγων ἐφώνει ὁ ἒχων ὦτα ἀκούειν ἀκαυέτω	om. **
	5	Luc. 9, 23. om. καθ' ἡμέραν G^1MSL	add. G^2KT
	6	Act. 8, 37. om. tot. ** (K)	add.
	7	Act. 20, 38. om. προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον	add. **
	8	Rom. 3, 26. fin. ἰησοῦν	ἰησοῦ ** (T^2 om.)
	9	2. Cor. 7, 10. om. ἡ δὲ τοῦ κὀσμου λύπη θάνατον κατεργ	add. **
	10	1. Petr. 3, 12. add. τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς ἐκ γῆς.	om. **
	11	Iud. 25. μόνῳ σοφῷ σ.	μόνῳ θεῷ σ. M
b.	12	Matth. 9, 35. om. ἐν τῷ λαῷ*	add. M (K)
	13	Rom. 2, 17. εἰ δὲ*	ἲδὲ M

c.	14	Matth. 26, 74. καταθματίζειν **	καταναθεματίζειν
	15	Act. 10, 6. om. οὗτος λαλήσει σοὶ τί σε δεῖ ποιεῖν. **	(K^1)
d.	16	Matth. 6, 13. doxol. om.*	add. M (K)
	17	Matth. 12, 6. μεῖζον*	μείζων GK
	18	Matth. 27, 35. om. ἵνα πληρωθῇ cette.*	add. (KT^0)
	19	Io. 17, 11. ᾧ δέδωκας**	οὓς δέδωκας
e.	20	Marc. 12, 32. εἷς ἐστί**	εἷς ἐστὶ θεός G^1
	21	Luc. 22, 32 ἀνώγαιον	ἀνώγεον M
	22	Act. 9, 5. 6. om. σκληρόν σοι πρ. κέντρα λακτίζειν. τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε**	add.
f.	23	Marc. 4, 18. οὗτοί εἰσιν semel G^0MK	bis S
g.	24	Matth. 10, 8. om. νεκροὺς ἐγείρετε. G^1MST	add. G^2K^2L (K^1)
h.	25	Act. 2, 31. ἐγκατελείφθη T	ἐγκατελήφθη
B. a.	26	Luc. 20, 19. om. τὸν λαόν M	add. *
	27	Act. 20, 28. ἐκκλ. τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ M	ἐκκλ. τοῦ θεοῦ KS
	28	Act. 22, 12. εὐλαβὴς LT^3	εὐseβὴς GMKS
	29	Act. 25, 5. εἴ τι ἐστὶν ἐν τ. ἀνδρὶ τούτῳ ἄτοπον	om. ἄτοπον G^1 $MKST^2$
	30	2. Cor. 12, 14. κατενάρκησα	καταναρκήσω**
	31	Hebr. 10, 39. fin. om. ψυχῆς	add. *
	32	Hebr. 13, 14. μένουσαν ἐπιζ.	μέλλουσαν ἐπιζ. **
b.	33	Rom. 13, 9. om. οὐ ψευδομαρτυρήσεις*	add. M (K)
c.	34	Rom. 14, 9. καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησε M	καὶ ἀπ. καὶ ἀν. καὶ ἀνέζησε
	35	Apoc. 1, 6. βασιλείαν ἱερεῖς**	βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς
d.	36	Act. 9, 35. τὴν σαρωνᾶν	τὸν ἀσσάρωνα

C. a.	37	Act. 20, 4. add. πυῤῥοῦ*	om. MK[1]
	38	Matt. 5, 27. om. τοῖς ἀρχαίοις**	add. (K)
	39	Matth. 6, 18. ἐν τῷ φαν.**	add. (K)

CLASSIS SECUNDA.

Lectiones in quibus Complutensi adhaeret Stephani recensio prior, non vero Plantiniani libri.

D. a.	40	Matth. 21, 1. βηθσφαγῆ T[2]	βηθφαγῆ*
b.	41	Luc. 3, 2. ἀρχιερέως **	ἀρχιερέων
c.	42	Luc. 7, 31. om. εἶπε δὲ ὁ κύριος**	add.
E.	43	Matth. 18, 19. μάλιν ἀμὴν G[0]MT[0]	ἀμὴν G[0]KST[0]

CLASSIS TERTIA.

Lectiones utrique Stephanicae cum Complutensi communes, a Plantinianis alienae.

F.	44.	Luc. 10, 22 add. init. καὶ στραφεὶς πρὸς τ. μαθ. εἶπεν. MSLT[2] (K[1])	om. GK[2]T[1]

CLASSIS QUARTA.

Lectiones in quibus praeter Stephanicam priorem etiam Plantiniana editio cum Complutensi facit.

G. a.	45	Matth. 5, 28. ἐπιθ. αὐτὴν MK^{2}SLT^2	ἐπιθ. αὐτῆς GK^1
b.	46	Marc. 11, 1. εἰς βηθσφαγῆ	εἰς βηθφαγῆ GMKST^0
c.	47	Matth. 24, 31. σάλπ. καὶ φωνῆς	σάλπ. φωνῆς GMKSLT^2
	48	Marc. 15, 3. add. αύτὸς δὲ οὐδὲν άπεκρίνατο	om. **
	49	Io. 8,6. add. μὴ προσποιούμενος M	om. *
	50	Act. 5, 36. add. μέγαν	om. **
	51	1. Pet. 2, 21. ἡμῶν ὑμῖν MST	ἡμῶν ἡμῖν
d.	52	Marc. 3, 32. add. καὶ αἱ ἀδελφαὶ G^{1}MSLT^2 (K^1)	om. G^{3}K^{2}T^1
e.	53	Luc. 5, 19. ποίας**	διὰ ποίας
f.	54	Matth. 8, 8. λόγῳ**	λόγον
	55	Matth. 19, 9. μὴ έπὶ πορν. GMKT	εἰ μὴ ἐπὶ π. S
	56	Marc. 16, 8 om. τάχυ**	add. (K^1)

	57	Io. 2, 17. καταφάγεται**	κατέφαγε
	58	Act. 3, 20. προκεχειρισμένον	προκεκηρυγμένον
	59	Act. 21, 3. ἀναφανέντες**	ἀναφαναντες M[1]
	60	Iud. 12. παραφερόμεναι**	περιφερόμεναι
g.	61	Matth. 24, 17. ἆραι τὰ **	ἆραι τι G[1]
h.	62	Hebr. 8, 11. πολίτην**	πλησίον
i.	63	Marc. 1, 16. αὐτοῦ τοῦ σίμωνος MS	αὐτοῦ GK
j.	64	Io. 1, 28. βνθανίᾳ**	βνθαβαρᾶ G[1]
k.	65	Act. 12, 25. ἐξ ἱερουσ. εἰς ἀντιοχείαν	εἰς ἱερουσ.
H. a.	66	Matth. 2, 11. εἶδον**	εὗρον
	67	Matth. 3, 8. καρπὸν ἄξιον**	καρπὸυς ἄξίους
	68	Matth. 9, 17. ἀμφότεροι**	ἀμφότερα
	69	Matth. 11, 16. παιδίοις **	παιδαρίοις
b.	70	Matth. 26, 52. ἀποθανοῦνται M	ἀπολοῦνται
	71	Matth. 27, 41. καὶ φαρισαίων M	om. *

CLASSIS QUINTA.

Lectionem Complutensem servant Plantiniana exemplaria non vero Stephanica.

J. a.	72	Matth. 5, 47. φίλους M	ἀδελφοὺς
b.	73	Matth. 7, 12. οὕτως M	οὗτος*
c.	74	Matth. 12, 13. add. τῷ ἐξηρ. ἔχοντι τὴν χεῖρα	om**

	75	Marc. 6, 33. ἐκεῖ καὶ προῆλθον αὐτοὺς κ. ἦλθον πρ. αὐτόν	ἐκεῖ καὶ προῆλθον ἀ καὶ. συνῆλθον πρ. αὐτὸν MKST[3]
	76	Marc. 8, 24. ὡς δένδρα GKS	ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ MLT
	77	Matth. 12, 23. add. ὁ Χριστός	om. **
	78	Luc. 1, 64. add. διηρθρώθη	om. **
	79	Luc. 6, 9. ἀποκτεῖναι GMK[2]S	ἀπολέσαι K[1]LT
	80	Luc. 8, 24. ἐπιστάτα semel	bis**
	81	Luc. 8, 34. γενόμενον	γεγενημένον MK
	82	Luc. 13, 34. add. ἐπισυνάγει	om.**
	83	Luc. 22, 36. πωλήσει . . . ἀγοράσει M	πωλήσατω . . . ἀγαράσάτω *
	84	Luc. 22, 47. add. τοῦτο γὰρ σημεῖον δέδωκε cett.	om. **
	85	Act. 7, 37. om. αὐτοῦ ἀκούσεσθε LT	add. GKMS
	86	Act. 9, 22. συνέχεε	συνέχυνε **
	87	Act. 10, 17. add. καὶ μαθόντες	om. **
	88	Act. 10, 22. ὄχλου	ὅλου **
	89	Act. 11, 21. add. τοῦ ἰᾶσθαι αὐτοὺς	om. **
	90	Act. 11, 22. διελθεῖν εἰς	διελθεῖν ἕως GMKST
	91	Act. 12, 12. add. ἀδελφοὶ	om. **
	92	Act. 13, 17. om. ἐν τ. παροικίᾳ	add. **
	93	Act. 13, 41. add. καὶ ἐπιβλέψατε	om. **
	94	Act. 14, 19. add. διατριβόντων δὲ αὐτῶν κ. διδ. L[1]	om.**
	95	Act. 15, 18. ἅ ἐστὶ γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος αὐτῷ	γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος ἐστὶ τ. θεῷ πάντα τὰ ἔργα ἀ. M[1]K

	96	Act. 15, 29. add. κ. ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γῖνεσθαι ἑτέροις μῆ ποιεῖτε	om.**
	97	Act. 17, 5. προσλαβ. δὲ οἱ ἰουδαῖοι οἱ ἀπειθ. MST^{2}	ζηλώσαντες δὲ ἀπ. ἰουδαῖοι κ. παροσλ.
	98	Act. 22, 12. add. ἐν δαμασκῷ M	om.**
	99	Act. 22, 20. πρωτομάρτυρος	μάρτυρος **
	100	Act. 24, 7. βιᾷ πολλῆ . . . , ἀφείλετο καὶ πρός σε ἀπεστειλε	μετὰ πολλῆς βίας . . . ἀπή-γαγε GMKS
	101	Act. 25, 6. πλείους ἢ ὄκτω	πλείους ἢ δέκα M
	102	Act. 27, 5. κατήχθημεν	κατήλθομεν **
	103	Rom. 7, 4. add. ἀνδρὶ	om.**
	104	Rom. 14, 11. add. ἐπουρανίων κ. ἐπι-γείων κ. καταχθον.	om.**
	105	1. Cor. 15, 31. ὑμετέραν **	ἡμετέραν
	106	2. Cor. 10, 10. παῤῥησία	παρουσία **
	107	Gal. 5, 18. ἀπὸ νόμου	ὑπὸ νόμον **
	108	Eph. 3, 1. om. τῶν ἐθνῶν	add.**
	109	Eph. 4, 32. ὁ χρ. ἐχαρ. ἡμῖν	ὁ θεὸς ἐν χρ. ἐχαρ. ὑμῖν GM^{1}KST
	110	Phil. 1, 14. τὸν τοῦ θεοῖ λόγον	τὸν λόγον GMKST
	111	Phil. 2, 14. ὀργῆς	γογγυσμῶν **
	112	Col. 1, 28. om. τέλειον	add.**
	113	1. Thess. 5, 8. add. υἱοὶ	om.**
	114	1. Thess. 5, 21. πάντα δοκιμάζοντες	πάντα δοκιμάζετε M^{1}T^{0}
	115	1. Thess. 5, 24. add. τὴν ἔλπίδα ὑμῶν Βεβαίαν	om. **

	116	1. Tim. 1, 1. πατρὸς κ. σωτῆρος ὑμῶν Ι. Χρ.	σωτῆρος ἡμ. κ. κυρίου Ι. Χρ. M
	117	1. Tim. 2, 9. add. ἀργυρίῳ	om.**
	118	1. Tim. 4, 1. πνεύμασι πλάνης	πνεύμασι πλάνοις **
	119	1. Tim. 6, 9. ἀνονήτους	ἀνοήτους **
	120	2. Tim. 1, 4. πλησθῶ	πληρωθῶ **
	121	2. Tim. 3, 17. ἐξηρτυμένος	ἐξηρτισμένος **
	122	2. Tim. 4, 13. φελονην **	φαιλονην M[1]
	123	Philem. 6. παντὸς ἔργου άγ.	παντὸς άγ.
	124	Hebr. 1, 3. add. τοῦ θρόνου	om.**
	125	Hebr. 10, 2. ἐπεὶ ἂν	ἐπεὶ ούκ ἂν **
	126	Hebr. 10, 11. ἀρχιερεὺς LT[1]	ἱερεὺς *
	127	Hebr. 11, 11. add. στεῖρα οὖσα	om.**
	128	Hebr. 12, 1. ἀπερίστατον	εὐπερίστατον **
	129	1. Petr. 3, 7. χαρ. ζώσης	χαρ. ζώης **
	130	2. Petr. 1, 1. σίμων LT[1]	συμεὼν *
	131	2. Petr. 2, 18. ὀλίγον	ὄντως M
	132	1. Io. 2, 14. om. ἔγραψα ὑμῖν πατέρες ὅτι cett.	add.**
	133	2. Io. 8. ἀπολέσωμεν . . . εἰργασάμεθα καλὰ	item sed om. καλὰ GMKS
	134	Iud. 4. θεὸν κ. δεσπότην τὸν κύριον	δεσπότνη θεὸν κ. κ. M
	135	Ap. 1, 2. ὅσα εἶδε καὶ ἅτινα ἐσιὶ κ. ἃ χρῆ γενέσθαι μετὰ ταῦα	ὅσα τε εἶδε cett. om.
	136	Ap. 3, 2. ἅ ἔμελλες ἀποβάλλειν M	ἅ μελλει ἀποθανεῖν G[1]K[1]
	137	Ap. 3, 7. ὁ ἀνοίγων κ. οὐδεὶς κλείσει αὐτὴν ὁ μὴ ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει M	ὁ ἀν. κ. οὐδεὶς κλείει καὶ κλείει καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει GKST[1]

	138	Ap. 4, 3. om. καὶ ὁ καθημένος ἦν M	G^{1}K
	139	Ap. 4, 8. ἅγιος novies	ter **
	140	Ap. 5, 6. ἐσφαγισμένον	ἐσφαγμένον**
	141	Ap. 6, 1 - 7. ἔρχου quarter LT (G)	ἔρχου κ. βλέπε quater (G)
	142	Ap. 6, 9. add. τοῦ ἂρνίου M	om.*
	143	Ap. 7, 5 ss. ἐσφραγισμένοι bis scil. primo et ultimo loco MLT	duodecies GKS
	144	Ap. 8, 7. τρίτον τ. γῆς	τρίτον τ. δένδρων
	145	Ap. 9, 2. καιομένης M	μεγάλης*
	146	Ap. 9, 7. χρυσοῖ GM^{2}K^{2}S	ὅμοιοι χρυσῷ M^{1}K^{1}LT
	147	Ap. 9, 16. τοῦ ἵππου μυριάδες M	τοῦ ἱππικοῦ δύο μυρ. GKS
	148	Ap. 10, 2. βιβλιδάριον T^0	βιβλαρίδιον GKSLT^0
	149	Ap. 11, 1. add. καὶ είστήκει ὁ ἄγγ.	om.**
	150	Ap. 11, 2. ἔξωθεν . . . ἔξωθεν LT^1	ἔξωθεν . . . ἔξω
	151	Ap. 11, 19. om. καὶ σεισμὸς M^{2}T^1	add.*
	152	Ap. 13, 10. εἴ τις ἔχει αἰχμ. ὑπάγει M^1	εἴ τις ἔχμ. συνάγει εἰς αἰχμ. ὑπαγει GKS
	153	Ap. 13, 14. add. τοὺς ἐμοὺς M	om.*
	154	Ap. 15, 6. ἐκ τ. οὐρανοῦ	ἐκ τ. ναοῦ GKSL
	155	Ap. 17, 16. καὶ γυμνὴν ποιήσουσιν αὐτήν	om. ποιήσ. ἀ. GKSLT
	156	Ap. 18, 14. ἀπώλοντο	ἀπῆλθεν
	157	Ap. 18, 17. πᾶς ὁ ἐπὶ τῶν πλοίων πλέων	πᾶς ὁ ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος
	158	Ap. 19, 12 add. ὀνόματα γεγραμμένα καὶ MT^2	om.*
	159	Ap. 19, 15. add. δίστομος G^{0}MS	om.*
	160	Ap. 20, 2, add. ὁ πλανῶν τ. οἰλουμένην	om.*

		ὅλην M	
	161	Ap. 21, 6. γέγονα τὸ *A* M[1]	γέγονε ἐγὼ εἰμὶ τὸ *A* GKS
	162	Ap. 21, 8. καὶ ἁμαρτωλοῖς G[1]MS	om. G[2]KLT
	163	Ap. 21, 15. om. καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς M	add.*
d.	164	Luc. 14, 15. ἄριστον M	ἄρτον*
	165	Io. 7, 26. ἀληθῶς semel*	bis M (K[1])
	166	2 Cor. 2, 17. λοιποὶ	μολλοὶ **
	167	2. Cor. 5, 10. τὰ ἴδια	τὰ διὰ **
	168	Eph. 6, 7. ὡς τῷ κυρίῳ	om. ὡς
	169	Col. 1, 28. διδάσκ.	add. πάντα ἄνθρ. **
	170	Ap. 16, 7. ἐκ τ. θυσιαστηρίου	ἄλλου ἐκ τ. θυσ.
e.	171	Act. 21, 8. ἤλθομεν **	οἱ μερὶ τ. Παῦλον ἦλθον
f.	172	Marc. 5, 3. μνήμασι **	μνημείοις
	173	Marc. 6, 44. om. ὡσεὶ **	add.
	174	Eph. 3, 9. οἰκονομία **	κοινωνία
	175	Hebr. 12, 20. om. ἤ βολίδι κατατοξευ- θήσεται **	add. (K[1])
	176	1 Petr. 3, 20. ἀπεξεδέχετο **	ἀπεξ ἐδέχετο (post. ἅπ. ἐξεδ.)
	177	Ap. 8, 11. add. tῶν ὑδάτων **	om.
	178	Ap. 8, 13. ἀετοῦ **	ἀγγέλου
	179	Ap. 11, 15. ἐγένετο ή βασ. **	ἐγένοντο αἱ βασ.
	180	Ap. 12, 12. οὐαὶ τῆ γῆ GMKSL[1]T	οὐαὶ τοῖς κατοικ. τῆ γῆν.
	181	Ap. 14, 1. add. αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα **	om.
	182	Ap. 14, 5. ψεῦδος **	δόλος
	183	Ap. 14, 5. om. ἐνώπιον τοῦ θρ. τοῦ θεοῦ **	add.
	184	Ap. 14, 18. add. τῆς ἀμπέλου **	om.

	185	Ap. 15, 2. om. κ. ἐκ τ. χαράγματος ἀ. **	add.
	186	Ap. 17, 8. καὶ πάρεσται **	καὶπερ ἐστίν.
	187	Ap. 18, 5. ἐκολλήθησαν **	ἠκολούθησαν
	188	Ap. 21, 2. om. ἐγὼ 'Ιωάννης **	add.
	189	Ap. 21, 7. κληρ. ταῦτα GKSLT	κληρ. πάντα
	190	Ap. 21, 21. διαγὴς **	διαφανὴς
	191	Ap. 21, 24. περιπ. τὰ ἔθνη διὰ τ. φωτὸς ἀ. **	τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τ. φωτὶ ἀ. περιπ.
	192	Ap. 22, 16. ὁ πρωϊνὸς **	καὶ ὀρθρινὸς
	193	Ap. 22, 19. ἀπὸ τοῦ ξύλου **	ἀπὸ βίβλου
g.	194	Matth. 9, 18. ἄρχων εἶς ἐλθὼν G²MKS	ἄρχων ἐλθὼν G¹
	195	Col. 1, 14. om. διὰ τοῦ αἵμ. ἀ. **	add. (K)
h.	196	Iac. 3, 3. ἰδὲ GMKS	ἰδοὺ
	197	2 Petr. 2, 4. τηρουμένους GMKST	τετηρημένους
	198	Ap. 1, 4. ἀπὸ πὁ ὤν GKSLT	ἀπὸ τοῦ ὁ ών M¹
	199	Ap. 1, 8. om. ἀρχὴ καὶ τέλος **	add. (K)
	200	Ap. 1, 11. om. ἐγὼ εἰμῖ τὸ ἅ κ. τὸ ὦ ὁ πρῶτος κ. ὁ ἔσχ. **	add.
	201	Ap. 1, 11. om. ταῖς ἐν ἀσίᾳ	add. (K¹)
	202	Ap. 5, 5. ἀν. τὸ βιβλίον κ. τὰς GKSL	ἀνοῖξαι τὸ β. κ. λῦσαι τὰς
	203	Ap. 5, 10. αὐτοὺς τῷ θ. ἡ. βασιλεῖς GMKS	ἡμᾶς τῷ θεῷ. ἡμ. βασιλεῖς
	204	Ap. 5, 14. om. ζῶντι εἰς τ. αἰῶνας τῶν ἀ. *	G¹ (K)
	205	Ap. 6, 15. χιλίαρχοι . . . πλούσιοι . . . ἰσχυροί **	πλούσιοι . . . χιλίαρχοι . . . δυνατοί
	206	Ap. 7, 17. ζωῆς **	ζώσας
	207	Ap. 10, 4. om. τὰς φωνὰς ἑ. **	add. (K)

	208	Ap. 10, 5. add. τὴν δεξίαν **	om.
	209	Ap. 15, 3. τῶν ἐθνων **	τῶν ἁγίων M^1
	210	Ap. 21, 15. add. μέτρον **	om.
	211	Ap. 22, 6. τῶν πνευμάτων τῶν **	τῶν ἁγίων
	212	Ap. 22, 11. δικαιοσῦνην ποιησάτω **	δικαιωθήτω
	213	Ap. 22, 17. ἔρχου (bis) ... ἐρχέσθω **	ἔλθέ (bis) ... ἐλθέτω
i.	214	Marc. 14, 17. ἀνώγαιον T^0	ἀνώγεον M
	215	Io. 10, 8. ἦλθον M	πρὸ ἐμοῦ ἦλθον G^1S
	216	Col. 1, 2. κολοσσαῖς GKS	κολασσαῖς MLT
	217	Philem. 7. χαρὰν $GSLT^1$	χάριν MLT^2
	218	Apoc. 20, 9. ἐκ τ. οὐρανοῦ ἀπὸ τ. θεοῦ G^2MK^2S	ἀπὸ θεοῦ ἐκ. τ. οὐρ. G^1K^1
k.	219	Matth. 7, 14. τί στενὴ *	ὅτι στενὴ T
	220	Matth. 23, 25. ἀδικίας GMKS	ἀκρασίας LT
	221	Phil. 3, 3. πν. θεοῦ MSLT	πν. θεῷ GK
	222	Hebr. 4, 2. συγκεκραμένους M	συγκεκραμένος $GKST^2$
	223	Ap. 2, 15. ὁμοίως **	ὃ μισῶ
	224	Ap. 20, 14. add. ἡ λιμνῆ τοῦ πυρὸς *	om. G^0K^1
	225	Ap. 22, 21. μετὰ παντων τῶν ἁγὶων G2MK2S	μετὰ π. ὑμῶν G^1
l.	226	Matth. 22, 13. χεῖρας κ. πόδας ἄρατε αὐτὸν κ. ἐκβάλετε	πόδας κ. χεῖρας ἐκβ. LT^0
	227	Marc. 14, 45. χαῖρε ῥαββὶ	ῥαββεὶ ῥαββεὶ T^3
	228	Luc. 3, 19. τοῦ ἀδ. ἀ. φιλίππου.	om. φιλίππου ** (K)
	229	Luc. 11, 53. συνέχειν καὶ ἀποστομάτιζειν	ἐνέχειν καὶ ἀποστομίζειν
	230	2. Tim. 1, 12. 14. παρακαταθήκην . . . παραθήκην	παρακαταθήκην bis

m.	231	Apoc. 20, 5. λοιποὶ τ. νεκρῶν οὐκ ἐζ. ἄχρι . . . ἔτη $G^2M^1K^2$SLT	λ. τ. ν. ο. ἐζ. ἕως . . . ἔτη ἄχρι
n.	232	Luc. 17, 36. versum (K)S	om. totum *
K. a.	233	Matth. 10, 12. add. λέγοντες εἰρήνη τ. οἴχῳ τούτῳ	om. **
	234	Matth. 25, 29. ὃ δοκεῖ ἔχειν	ὃ ἔχει **
	235	Act. 14, 9. add. σοὶ λέγω ἐν ὀν. 'I Χρ. L.	om.*
	236	Rom. 8, 11. διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος . . . πνεύματος L^1T^0	διὰ τὸ ἐνοικοῦν . . . πνεύμα
	237	2. Cor. 4, 4. add. τοῦ ἀοράτου	om. **
	238	2. Cor. 13, 1. add. ἰδοὺ	om.**
	239	Col. 1, 6. add. καὶ αὐξανόμενον *	om. MK^1
	240	Ap. 2, 5. τάχυ GMKS	τάχει
	241	Ap. 3, 1. τὰ ἕπτα πν. **	om. ἕπτα
	242	Ap. 5, 1. ἔξωθεν MS	ὄπισθεν *
	243	Ap. 5, 11. add. καὶ ἦν ὁ ἀρ. ἀ. μυριὰ-δες μυρ. **	om.
	244	Ap. 13, 5. πόλεμον ποιῆσαι M	om. πόλεμον $GKSLT^2$
b.	245	Eph. 5, 21. φόβῳ χριστοῦ **	φ. θεοῦ M
c.	246	1. Cor 7, 35. εὐπάρεδρον *	εὐπρὸσεδρον M
d.	247	Matth. 9, 36. ἐσκυλμένοι **	ἐκλελυμένοι
	248	Matth. 12, 35. ἀγ. θησ. **	add. τῆς παρδίας (K)
	249	Eph. 1, 18. καρδίας **	διανοίας
	250	2. Tim. 2, 19. ὀν. κυρίου **	ὀν. χριστοῦ
	251	Hebr. 11, 13. om. καὶ πεισθέντες **	add.
	252	Matth. 5, 44. adest totus (τοῖς μισοῦσιν) GMKS	adest tot. (τοῖς μισοῦντας)

e.	253	2. Petr. 2, 2. ἀσελγείαις **	ἀπωλείαις
L. a.	254	Ap. 6, 11. ἐδόθη αυτοῖς ἵνα	ἐδόθησαν ἐκάσταις στολαὶ λευκαὶ καὶ ἐῤῥέθη ἀ. ἵνα
b.	255	Ap. 10, 4. μετὰ ταῦτα γράφεις	μὴ ταῦτα γράφης
c.	256	Ap. 7, 14. ἔπλυναν . . . ἐλεύκαναν αὐτὰς G^2SL	ἔπλάτυναν . . . ἐλεύκ. στολὰς αὐτῶν.

CLASSIS SEXTA.

Lectioni Complutensi adstipalatur cum Plantinianis utraque recensio Stephanica.

M. a.	257	Io. 18, 20. πάντοτε οἱ ἰουδ. MST^0	πάντες οἱ ἰουδ. $GKLT^0$
b.	258	1. Tim. 1, 4. οἰκονομίαν **	οἰκοδομίαν
c.	259	Tit. 2, 7. add. ἀφθαρσίαν M.	om. *
d.	260.	Heb. 9, 1. add. σκηνὴ	om. **
N.	261.	Matth. 23, 13. 14. prior versus κατεσθίετε cett. posterior κλείετε cett. G^2MKS	inverso ordine.

CLASSIS SEPTIMA.

A lectione Complutensi eademqne Plantiniana discrepat Stephanica prior, non vero posterior.

O. a.	262	Act. 12, 25. σαῦλος**	μαῦλος
b.	263	Matth. 26, 26. εὐλογήσας GKLT	εὐχαριστήσας MS

CLASSIS OCTAVA.

Locorum in quibus omnes duces antiquarum familiarum Complatensem lectionem referunt Erasmo solo contradicente.

P. a.	264	Matth. 7, 2. ἀντιμετρηθήσεται	μετριθήσεται
b.	265	Matth. 18, 29. add. εἰς τ. μόδας αὐτοῦ MK^{1}ST^3 (K^2)	om. GLT^0
	266	Marc. 11, 8. στοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων κ. ἐστρώννυον εἰς το ὁδόν GMKS	στιβάδας cett. ead. L
	267	Io. 6, 27. τὴν βρῶσιν τ. μένουσαν**	om. τὴν βρῶσιν
	268	Io. 19, 38. add. ἦλθεν οὖν κ. ἦρε τὸ σῶμα κτλ. **	om.
	269	Io. 20, 12. ὅπου ἔκειτο **	ὅπου ἔθηκαν
	270	Act. 9, 38. add. δύο ἄνδρας*	om. M
	271	Hebr. 7, 13. προσέσχηκε GMKSLT^2	προσέστηκε
	272	1. Petr. 3, 3. ἐμπλοκῆς τριχῶν καὶ GMKST	ἐκ πλοκῆς τρ. καὶ
c.	273	Luc. 8, 34. add. ἀπελθόντες (K^1)	om. **

	274	Act. 10, 19. add. τρεῖς GSL (K)	om. MT
	275	Act. 13, 19. κατεκληροδότησεν	κατεκληρονόμησεν**
d.	276	Act. 13, 17. add. ἰσραήλ L	om. *
e.	277	Matth. 6, 6. ταμιεῖον **	ταμεῖον
	278	Marc. 1, 16. βαλλ. ἀμφίβληστρον M	βαλλ. ἀμφίβληστρα
	279	Marc. 13, 9. σταθήσεσθε **	ἀχθήσεσθε
	280	Luc. 11, 33. φέγγος *	φῶς L
	281	Luc. 11, 53. γραμματεῖς κ. φαρ. **	νομιχοὶ κ. φαρ.
	282	Io. 14, 1. om. καὶ εἶπε τ. μαθηταῖς ἀ. **	add.
	283	Io. 21. 15. ss ἰωνᾶ GMKST[1]	ἰωαννᾶ
	284	Act. 3, 7. πιάσας**	κρατήσας
	285	Act. 4, 36. add. μεθερμηνευόμενον**	om.
	286	Act. 13, 23. ἤγειρε . . . σωτῆρα ἰησοῦν	ἀγαγε . . . σωτ. ἰησ. GKSLT
	287	Act. 24, 22. ἀνεβάλετο **	ἀνέβαλε
	288	Phil. 3, 13. οὐ λογίζομαι*	οὔπω λογ. M
	289	Ap. 2, 13. ἡμέραις ἐν αἷς 'Αντ. GK²S	ἡμέραις ἐμαῖς *'Αντ.*
f.	290	Io. 8, 9. add. καὶ ὑπὸ τ. συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι . . . ἕως τῶν ἐσχάτων GMST[1] (K)	om. utrumque
	291	Act. 9, 18. add. παραχρῆμα G¹M¹S(K¹)	om. G²M²K²LT
g.	292	Rom. 16, 3. πρίσκιλλαν M	πρίσκαν*
Q. a.	293	Matth. 23, 7. ῥαββί bis GMKS	ῥαββεί semel
	294	Luc. 2, 33 ἰωσὴφ MKSL	ὁ πατὴρ GT
	295	Luc. 2, 43. ἔγνω ἰωσὴφ καὶ ἡ μῆτηρ GMKS	ἔγνωσαν οἱ γονεῖς LT
	296	2. Cor. 9,8. add. πάντοτε **	om.
	297	Iac. 4, 6. add. διὸ λέγει cett. usque ad	om. totum comma

		finem **	
	298	2. Petr. 1, 8. ἀκάρπους**	ἀπράκτους
b.	299	Heb. 11, 4. λαλεῖται M	λαλεῖ*
c.	300	Matth. 9, 5. εὐκοπώτερον**	εὐκολώτερον
	301	Matth. 25, 24. σκληρὸς **	αὐστηρὸς
	302	Marc. 11, 26. add. totum*	om. totum T
d.	303	Matth. 27, 64. add. νυκτὸς M(K)	om. *
	304	Act. 13, 33. ψ. δευτέρῳ MS	ψ. πρώτῳ*
e.	305	Luc. 9, 1. add. μαθητὰς αὐτοῦ SL(K)	om. GMT

CLASSIS NONA.

Locorum in quibus Erasmus secundis curis lectionem mutavit, ita ut hic primam eius editionem solam respiciamus.

R. a.	306	Matth. 15, 19. φόνοι**	φθόνοι
	307	Marc. 15, 41. καὶ διηκόνουν αὐτῷ**	om.
	308	Io. 12, 4. ἰούδας σίμωνος ἰσκ. GMKSL	ἰούδας ἰσκ.
	309	Act. 23, 30. ἔῤῥωσο GMKS	ἔῤῥωσθε
	310	Ap. 16, 2 - 17. sexies add. ἄγγελος post numerum (K) om. primo	om. ἄγγελος primo et sexto loco
b.	311	1. Thess. 2, 8. ἱμειρόμενοι G1K1	ὁμειρόμενοι**

c.	312	Matth. 21, 7. ἐπεκάθισεν**	(vitiose ἐταθίσει forte:) εκάθισεν
d.	313	Rom. 12, 11. τῷ κυρίῳ MKSLT	(vitiose) κυρίου
	314	2. Tim. 4, 19. πρίσκιλλαν	πρίσκον
e.	315	Act. 2, 30. τὸ κατὰ σάρκα ἀναστ. τ. Χρ. add. ante καθίσαι MS (K[1])	om. totum comma*
f.	316	Act. 10, 21. add.τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τ. κορν. (om. πρὸς αὐτὸν)	om. omnia** (K)
g.	317	Marc. 7, 26. συρὰ φοινίκισσα G[2]MKT[2]	συροφοινίκισσα G[1]SLT[1]
S. a.	318	1. Cor. 12, 2. οἴδατε ὅτι ὅτε MST	om. ὅτε GK(L)
b.	319	1. Io. 5, 7. add. (K)	om.*
c.	320	Ap. 8, 9. τῶν ἐν θαλ.**	om.
d.	321	Ap. 2, 3. κ. ἐβάστασας καὶ ὑπομονὴν ἔχεις διὰ τ. ὄν. μου κ. οὐκ ἐκοπίασας	καὶ ἐβάπτισας καὶ ὑπ. ἔχεις καὶ διὰ τ. ὄν. μου κέκο-πίακας κ. οὐ κἐκμηκας
	322	Ap. 18, 7. τοσ. δότε αὐτῇ βασ.	κεράσατε αὐτῇ βασ. κ. πένθος
e.	323	Luc. 19, 23. τοῖς τραπεζίταις	ἐπὶ τράπεζαν MLT
f.	324	1. Petr. 3, 21. ᾧ ἀντίτ. νῦν καὶ ἡμᾶς	ὃ ἀντιτ. νῦν κ. ἡμ. M[2]
T. a.	325	2. Cor. 2, 3. λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ	λύπην ἔχω GMKSL[2]
b.	326	Ap. 8, 13. τρὶς οὐαὶ (ter)	οὐαὶ (bis)
c.	327	Ap. 14, 6. τ. καθημένους G[2]K[2]MSL[2]T	τ. καθημένους τ. κατοικοῦντας
d.	328	Luc. 2, 14. ἐν ἀνθρ. εἰδοκία GMKST[0]	om. ἐν
	329	Act. 4, 12. add. ὑπὸ τ. οὐρανὸν	om. M[1]
	330	Ap. 1, 9. add. τῇ καλουμένῃ**	om.
	331	Ap. 7, 0. add. καὶ φυλῳν**	om.

	332	Ap. 8, 2. add. τοὺς ἕπτα**	om.
	333	Ap. 9, 2. add. ἐκ τ. φρέατος ὡς καπνὸς	om.
	334	Ap. 10, 6. καὶ τὴν γῆν κ. τὰ ἐν αἰτῇ**	om.
	335	Ap. 11, 9. καὶ ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐτων**	τὰ πτ. αἰτων καὶ οἱ ἐκ τ. ἐθνῶν
	336	Ap. 14, 1. γεγραμμένον**	καιόμενον
	337	Ap. 16, 5. add. τῶν ὑδάτων**	om.
	338	Ap. 16, 17. φωνὴ μεγ. ἀπὸ τ. ναοῦ τ. οὐρανοῦ GMS	φωνὴ ἐκ τ. οὐρ.
	339	Ap. 17, 3. add. κεφαλὰς ἕπτα καὶ**	om.
	340	Ap. 18, 12. add. καὶ σηρικοῦ . . . καὶ μαρμάρου**	om. utrumque
	341	Ap. 18, 23. add. κ. φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἔν σοι ἔτι **	om.
	342	Ap. 19, 9. add. γράψον . . . τοῦ γάμου**	om. utrumque
	343	Ap. 19, 11. add. καλούμενος**	om. L^1
	344	Ap. 20, 3. ἔκλεισεν**	ἔδησεν
	345	Ap. 21, 26. add. καὶ οἴσουσι τ. δόξαν κ. τ. τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς ἀ.**	om.
e.	346	Ap. 4, 4. ἐπὶ τ. θρόνους εἶδον τοὺς χδ' πρεσβ.	om. εἶδον τοὺς GKS
f.	347	Ap. 12, 10. add. ὁ κατήγορος τ. ἀδ. ἡμων M	om.

Sunt hi loci trecenti quadraginta et septem ex mille illis quae collationi nostrae inservierunt, in quibus editiones duae principes, Complutensem dicimus et Erasmi primam, inter se

dissentiunt. Quorum 305 priores (classes I. - VIII. Lit. A - Q) in omnibus editionibus ab ipso Erasmo procuratis eandem exhibent lectionem, in caeteris vero 42 (Cl. IX. Lit R - T) editor lectionem postea mutavit ut suo loco videbimus.

Iam quum duae illae editiones principes plurimarum aliarum fontes fuerint, non abs re erit anquirere utrius textus, recentioribus criticis iudicibus, praestantior habendus sit. Igitur ex signis siglisque lectionibus singulis supra adpositis hos numeros collegeris: in locis 117 recentiores nostri omnes Complutensibus adstipulantur, in 67 aliis iidem Erasmo; quibus adde 18 alios ad priorem seriem, 45 ad posteriorem pertinentes ubi tantum non omnes iique potiores critici cum altero duce faciunt. Sunt ergo, ut ita dicamus, bonae lectiones 135 apud Complutenses, qui maxime in Apocalypsi (55) tum etiam, sed paullo minus frequenter, in Evangeliis (42) punctum tulerunt, quum apud Erasmum illic non nisi 17, hic 27 eiusdem notae exstent; qui tamen saepius in Epistolis paulinis (39 contra 19 Compl.) meliorem lectionem selegisse nostris visus est, etiam in Actis et Epistolis catholicis (29 contra 19) non spernendus, ita ut in summa apud eum 112 bonae lectiones numerentur. In 28 locis recentiores in diversa abeunt alio alium subinde ducem sequente, ita ut res nondum confecta videatur. Tricies tertiam aliquam lectionem praeferunt utraque antiquiore reiecta. Restant quadraginta duo loci in quibus plures recentiorum neutram amplectuntur, pauciores alterutram veterum commendant. Constat igitur neutram illarum recensionum principum, si nostrae aetatis auctoribus fides habenda est, alteri omnibus numeris cedere, quamvis Hispanorum opus non nihil Basileensi praestare videatur. Caeterum in lectionibus utriusque singularibus colligendis ad eas maxime attendimus quae ex codicibus desumptae aliquam speciem veritatis prae se ferre poterant, meris mendis typographicis, quorum amplam messem facere non ita operosa res fuisset, neglectis.

[25]

Exemplar Complutense in collectione mea non exstat, sed habui ex bibliotheca semenarii Argentoratensis, hodie cum multis aliis *κειμηλίοις* iisque magis etiam desideratis nefasto igne deletum.

Textus Complutensis purus et authenticus a veteribus nunquam repetitus est, quod operis pretio et raritati tribuendum, cuius exemplaria in ditioribus bibliothecis adservata typographorum manibus discindenda et maculanda tradi non debebant. Simul Basileensium industria plurima alia vili pretio vulganda curabat, ita ut horum forma et lectiones brevi tempore ubique terrarum in docentium et discentium usu fuerint. Fallitur ergo V. D. Carolus Iosephus Hefele nuper professor Tubingensis, nunc dioeceseos Rotenburgensis episcopus, qui (in vita Ximenii ab ipso edita p. 134) in nonnullis Plantinianis editionibus textum Complutensem integrum sibi deprehendisse visus est. Hic enim nostra demum aetate denuo typis est exscriptus.

2.* TUBINGAE sumtibus Lud. Frid. Fues. 1821. 2 tomi 8.

Petrus Aloysius Gratz professor theologiae catholicae, primum in academia Tubingensi postea in Bonnensi, in usum scholarum duos textus sedi romanae probatos synoptice excudi curavit, graecum Complutensem, latinum Clementinum. Atque ille quidem tam accurate et fideliter iteratus est ut lectiones etiam ex typographi negligentia aperte mendosae servarentur. Praemittuntur praefationes Hieronymi ad Evangelia et Clementis ad Vulgatam, nec non tabula synoptica Evangeliorum. Subiiciuntur textui lectiones R. Stephani ex editione eius tertia, tum Matthaeii et Griesbachii; Apocalypsi vero textus Stephani integer utpote a Complutensi nimis diversus quam ut singulae variantes exscribi potuissent.

3. * MOGUNTIAE ap, Flor. Kupferberg. 1827. 8. 2 tomi.

* MOGUNTIAE ap. Flor. Kupferberg. 1851. 8. 2 tomi.

Gratzii editio secunda a priori pluribus numeris diversa. Textus quidem intactus remansit nisi quod orthographia Complutensis saepissime ex itacismi usu deformis ad sanioris etymologiae leges emendata est et subtilior interstinctio sententiarum editori curae fuit. Hinc inde depravatae per incuriam primi editoris lectioni medelam quo minus adferret noster sua ipsius lege impediri non potuit. Sic, ut hoc exemplo utar, Hebr. 7, 3 quae Complutensis et Tubingensis liber exhibuerat verba: *ἐν ᾧ ὅτι τοῦ ἀβραὰμ προετιμήθη*, quae ex rubro columnae codicis manu scripti olim in textum irrepserant, nunc in marginem relegavit. Caeterum omnia prioris editionis additamenta absunt praeter tabulam synopticam, textuique lectiones variantes subiiciuntur iam non ex libris impressis petitae sed selectiores ex testibus antiquis conges-

[26]

tae diversisque signis criticis vel commendatae vel reiectae. Huius secundae editionis Gratzianae exemplaria bibliopola Maguntinus anno 1851 novo titulo ornata iterum divendenda proposuit

De edd. Gratzianis egerunt VV. DD. in Tübing. Quart S. 1822. p. 505. 1827. p. 714. ALZ 1825. IV. 399 Gieseler in Studiis theol. Heidelb. 1828. II. p. 405.

[27]

CAPUT II. EDITIONES ERASMICAE.

Historiam literariam editionum ab Erasmo Roterodamo procuratarum suppeditant inter alios Rich. Simon in hist. verss. c. 21 seqq. et in hist. comment. c. 35; Wetstenius in Prolegg. p. 241 seqq.; Burigny in vita Er. I. 235 ss. Baumgartenius in Nachr. IV. 95 VI. 189 et in Hall. Bibl. I. 379; Maschius Tom. I 281 ss.; Goezius in Verz. p. 20 ss.; Rosenmüllerus in bibl. Lit. I. 375 ss. Knochius in bibl. Brunsv. p. 243 - 362. Lorckii BG. II. 25 ss. Matthaei N. T. XII. 220 etc.

Editiones Erasmi ad hunc usque diem principem locum obtinent, non tam propter textum, quem praebent minus castigatum, quam propter additam versionem subiunctasque adnotationes quibus conscriptis vir summus saeculi sui interpretum antesignanus est factus, consensu omnium penes quos in talibus diiudicandis auctoritas est. Quae in criticis suis et apologcticis praefationibus contra morosos et indoctos obsoletae scientiae fautores eleganter et facete disputat, iis aequales, ut quisque bonarum artium studiosior erat, maiori cum plausu adsenscrunt, et nos quoque haud absimili rerum discrimine implicati non exiguam ex legendo voluptatem percipimus. Verum inter omnes constat virum egregium in describendo textu graeco non onmi qua par erat cura usum esse et editoris munere minus diligenter functum, quanquam excusationem sibi e subsidiorum penuria et rei ipsius novitate vindicare poterit.

Quinque sunt editiones ipsius Erasmi, omnes graeco-latinae, inter se multo minus diversae quam vulgo esse dicuntur. Nempe inter mille loca a nobis collata non nisi sexaginta duo sunt in quibus alia ab alia discedunt (Lit.R - U).

Lectiones familiae Erasmicae propriae et a nullo alio veterum receptae sub literis $A^{h.}$ $B^{d.}$ $G^{k.}$ $I^{lm.}$ PQ habentur, quibus postea accedent U^{adn}, in summa quinquaginta et novem.

Caeterum observandum famosam illam textus in versiculos distinctionem, quod sane absurdissimum inventum dixeris, ab Erasmicis libris omnino abesse.

[28]

CAPUT II.

§ 1. EDITIO ERASMI PRIMA.

1.* BASILEAE ap. Io. Frobenium 1516. fol.

Omnium rarissima, verum etiam caeteris vitiosior et innumeris mendis typographicis et orthographicis scatens quae correctores alioquin eruditi e codice nou satis diligenter expurgato sub prelum irrepere passi sunt. In fronte voluminis legitur Frobenii praefatio, Erasrai ad Leonem X. Pontificem dedicatio, ad lectorem paraclesis, methodus et apologia. Evangeliis praefiguntur ex codicibus petiti *βίοι* scriptorum, Epistolis *ὑποθέσεις* graecae et editoris argumenta. Exemplar meum olim fuerat I. A. H. Tittmanni professoris Lipsiensis.

Lectiones huic primae propriae supra in catalogo variantium recensentur sub lit. R. exempli gratia selectae e plurimis. Quae quum magna ex parte mera vitia scripturae haberi possint in paucioribus subsistere maluimus. Notaveramus inter alia etiam Matth. 17, 27: om. ἐκεῖνον λαβὼν. Luc. 16, 10: ἐν ὀλίγῳ. Act. 19, 35: κατασείσας. C. 22, 12: ἰουδαίαν. C. 24, 23: ἰουδαίων pro ἰδίων. Rom. 12, 20: om. ἐὰν διψᾷ πίτοζε αὐτόν, Apoc. 7, 17. om.: καὶ ἐξαλείψει caett. ad finem. De Apocalypsi potissimum ab Erasmo minus accurate edita speciatim disseruit V. Clar. Fr. Delitzsch in libello: *Handschriftliche Funde* L. 1861.

2. VENETIIS ap. Aldum 1518. fol.

Est pars tertia bibliorum graecorum ex aedibus Aldi Manutii curantibus tribus Asulanis fratribus editorum, quorum tertius Franciscus N. T. ex Erasmi prima editione describi iussit eidemque dicavit. Cf. Masch. I. 196. Knoch. l. l. p. 260. Millii § 1122. Michaelis introd. I. 781. Quam ita presse sequitur haec Aldina ut vel eius vitia typographica pleraque servet. Editor vero codices multos eosque vetustissimos se adhibuisse iactat de quibus annon falso gloriatus sit hodieque inter viros doctos ambigitur. Vide Birchii praefat. ad Evv. p. 7. Hugii introd. I. 315. Goezii Verz. p. 23. 27. Eichhornius in sua introd. T. V. 265 uno quasi ore Asulanum novos codices habuisse et negat et affirmat. Cf. etiam Delitzschium l. l. p. 62.

Sunt sane lectiones aliquot in hac editione quibus receptis ab Erasmica recedit. Quarum plures absque codicum ope ex mera coniectura grammatica oriri poterant, alias autem pauciores, nisi omnia fallunt, revera e codice aliquo MS. editor repetiisse videtur. Minime enim vero simile est ei iam exemplaris Complutensis cum quo saepius consentit copiam fuisse.

Complutenses lectiones quas observavimus hae sunt: A. 25. G. 59. J. 118. 148. 216. K. 237. P. 271. Q. 297. R. 311. S. 318. 320.

Aldinas dixerim alias ab utraque editione principe alienas sed fero minoris momenti:

[29]

1.	Matth. 21, 7.	(R. 312)	ἐκάθισαν
2.	Luc. 22, 12.	(A. 21)	ἀνώγεων
3.	1. Pet. 3. 21.	(S. 324)	ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτ. νῦquod postea plurimi receperunt etiam GMKS
4.	2. Pet. 1, 1.	(J. 130)	συμὼν
5.	Ap. 18, 7.	(S. 322)	τοσ. δότε ἀ. βασ. καὶ πένθος**
6.	1. Tim. 5, 21.	(348)	πρόσκλησιν M^2L (antea πρόσκλισιν)
7.	Matth. 27, 33.	(349)	ὃs (pro ὃ). ἐστὶ λεγ. κρανίου τόπος.

Constat ex liis Aldinam omnes primae Erasmicae editionis peculiares lectiones, quarum plurimae mera vitia sunt, diligenter servasse, adeoque non immerito hoc loco positam esse.

Caeterum rarissima haec editio typis minutioribus exarata est et capitum divisione omnino caret. Ad manus erat exemplar bibliothecae Argentoratensis.

3. VENETIIS per Io. Ant. de Nicolinis de Sabio sumtu Mel. Sessae. 1538. 2 t. 16.

Iacobus Le Long. versionem latinam Erasmi textui graeco in hac editione iunctam dicit, sed in hoc fallitur Vir doctus. Est liber perelegans maximeque rarus in his terris, cuius nullum in tota Germania exemplar reperire potui. Tomum secundum in bibliotheca imperiali Parisiensi vidit et examinavit meis rebus prospecturus Eugenius Scherdlinus noster, e cuius schedis et collectis variantibus textum ad Aldinum conformatum esse satis certe cognovi. Integrum exemplar exstabat in Bibliotheca Sussexiana.

§ 2. EDITIO ERASMI SECUNDA.

4.* BASILEAE ap. Io. Frobenium. 1519. fol.

In fine voluminis legitur 1519 sed ad calcem Apocalypseos 1518, ex quo fit ut in catalogis nonnunquam hic annus indicetur. Accedit huic editioni praeter alia Erasmi uberior apologia et ratio seu compendium verae theologiae. Multo quam antehac diligentius expressam dicit ipse libri titulus, neque id immerito si mera vitia spectaveris quae correctorum oculos prima vice fugerant. Textus ipse non ita multum mutatus.

Scilicet in omnibus locis supra in tabula variantium lectionum recensitis sequitur editionem priorem, exceptis solis illis qui sub lit. R conscripti sunt. Hos enim mutat et quidem ita ut in septem primis (R^{abc}) ad eam transeat quam et Complutenses praebent, in caeteris (R^{defg}) novam aliquam inferat:

U. a. 1.	Act. 2, 30.	(R. 315)	add. τὸ κατὰ σάρκα cett. post καθίσαι cett.
b. 2.	Marc. 7, 26.	(R. 317)	συροφοίνισσα
c. 3.	Act. 10, 21.	(R. 316) add.	τοὺς ἀπεστ . . . . αὐτὸν.
4.	Rom. 12, 11.	(R. 313)	τῷ καιρῷ G
5.	2 Tim. 4, 19.	(R. 314)	πρίσκαν.**

Sed et aliae nonnullae exstant hic lectiones deinceps servatae pro quibus in prima editione textus Erasmicus easdem exhibuerat atquo Complutensis:

		Compl. Erasm. I.	*Erasm. II.*
U. d. 6.	350	Marc. 4, 21. ὁ. λ. ἔγχεται GMKS	ὁ. λ. καίεται
7.	351	Marc. 4, 30 ἐν ποιᾷ παρ. παρ. αὐτὴν GMKS	ἐν τίνι παρ. παρ. ἀ.
8.	352	Marc. 14, 32. ἕως προσεύξομαι M	ἕως ἀπελθὼν προσ.
9.	353	Luc. 23, 6. γαλιλαίαν **	γαλιλαίας
10.	354	Io. 8, 59. add. διελθὼν διὰ μέσου ἀ. κ. παρῆγεν οὕτως MS (KL[1])	om. *
11.	355	Io. 9,8. τυφλὸς M	πτωχὸς
e 12.	356	Luc. 1, 35. γεννώμενον ἔκ σου T[1]	om. ἔκ σου (L)
13.	357	2 Cor. 1, 6. hoc ordine: τῆς ἐνεργ. . . . καὶ ἡ ἐλπὶς . . . . εἴτε παρακαλ . . . MSLT	hoc ordine: τῆς ἐνεργ. . . . . εἴτε παρακαλ . . .καὶ ἡ ἐλπὶς . . .
14.	358	Act. 17, 26. προστεταγμ. **	προτεταγμένους
f. 15.	359	1. Tim. 6, 5. διαπαρατριβαὶ **	παραδιατριβαὶ
16.	360	Act. 3,3. om. λαβεῖν M	add. *
17.	361	Rom. 2, 5. ἀποκαλύψεως καὶ MK	om. καὶ GSLT
18.	362	Matth. 4, 10. add. ὀπίσω μου ** (L)	om.
g. 19.	363	Act. 5, 36. προσεκλήθη M[2]	προσεκολλήθη GS
h. 20.	364	Iac. 4, 2. φονεύετε **	φθονεῖτε

Hae fere sunt mutationes maioris momenti quas in secunda editione Erasmica observavi. Quas si singulas recentiorum arbitrio permiseris, textus hic priore etiam inferior videbitur. Caeterum in his lectionibus septem sunt (U^{ad}) Erasmicae familiae propriae et hoc nomine supra laudatis addendae.

5.* HAGENOAE ap. Thom. Ashelm. 1521. 4.

Praemittitur praefatio Nic. Gerbelii ICti Phorcensis de quo videsis praeter scriptores historiae reformationis Argentoratensis Aug. Liebrichii libellum peculiarem Arg. 1857 editum. De ipsa hac editione N. T. tam raritatis quam praestantiae nomine plus iusto laudata cf. Vogtii catal. libr. rar. p. 661. Baumgartenii Nachr. I. 193. Bibl. Reimmannianam p. 217. Knochium l. l. p. 295. Goezii Verz. p. 37. Unschuld. Nachr. 1742. p. 517. Qui omnes eximiam libri raritatem extollunt cuius vix octo exemplaria aetatem tulisse feruntur. Tu vcro cave talibus tibi fucum fieri patiaris. Frequentissime enim occurrunt quaerentibus in bibliothecis tam publicis quam privatis, neque desunt emcnda.

Singularem famam conciliavit huic editioni virorum doctorum disquisitio de codice graeco quo V. S. Lutherus in vertendo N. T. usus fuerit. Qua de re doctius quam lucidius disputarunt Pet. Ad. Boysenius, de cod. gr. Lutheri L. 1723; Tob. Eckhardus de eodem Quedl. 1723; I. G. Palmius de codd. Luth. Hamb. 1735. p. 47 ss.; I. F. Eckhardus, An cod. gerbeliano usus sit Luthcrus? Isen. 1762.

Sequitur Gerbelius Erasmi secundam; quibus enim ab ea discedit fere vitia sunt, paucis exceptis ubi vel priorem Erasmicam vel Aldinam inspexisse videtur. Hanc certe in calce libri

[31]

ipse simul cum Frobeniana laudat utramque accurate so expressisse affirmans. Mimime vero haec ita intelligenda quasi medium inter utramque teneat, varietate lectionis critice excussa. Praeter impressum textum manu scripto etiam usum esse hunc editorem Knochii somnium est, ex absentia numerorum singulos libros in sua capita dividentium id temere colligentis.

Varietates inter mille observavi has sex: Ter facit cum Aldina J. 216. (κολοσσαῖς), R. 306 (φθόνοι), et Ald. 2 (ἀνώγεων); ter noyam introducit lectionem, bis scilicet meram coniecturam

satis invita Minerva excogitatam; tertia yero, quae etiam Tischendorfio placuit, hoc loco probabilius typothetae quam codici alicui debetur.

1.	Matth. 21, 7.	(R. 312)	ἐπεκάθησεν
2.	Act. 21, 3.	(G. 59)	ἀναφανέντος δὲ τῆς κύπρου
3.	1 Cor. 13, 3.	(365)	καυθήσομαι. T[2..]

6.* ARGENTORATI ap. Wolf. Cephalaeum. 1524. 8.

Ἀκροθίνια suae officinae dicit hanc editionem in praefatione ad lectorem typographus, neque obscure consanguineum suum Fabricium Capitonem, qui et ipse germano nomine Koepffel dicebatur, in historia reformatae ecclesiae non infimo loco venientem theologum, operis auspicem ostendit. Cf. etiam de hac nitida et minutiore charactere expressa editione Maschium T. I. 198, Knochium p. 346, Goezium p. 39.

Simpliciter haec describit Gerbelianam cuius omnes habet peculiares lectiones praeter unam. Nam Matth. 21, 7. scribit ἐπεκάθισεν (R. 312) cum Erasmi secunda. Quator tamen ab utroque fonte ad alios transit scil. Rom. 2, 5. (U. 17) ad. Er. I.; 1 Tim. 5, 21. ad. Aldinam; 1 Cor. 12, 2. (S. 318) Erasmi tertiam vel sequuta esse, vel eius lectionem coniectura anticipasse videtur. Novam onmino lectionem unam tantum exhibet noster:

1 Petr. 2, 3. (366) χριστὸς (pro χρηστὸς)

quod postea pluribus probatum utrum ex ingenio suo an ex cod. MS. depromserit definire non ausim. Nam quod Act. 24, 22. (P. 287) ἐνέβαλε habeat, et Eph. 4, 32. (J. 109) ὁ θεὸς omittat haec consilio et industriae deberi vix aestimaverim.

7*. VENETIIS ap. Io, Ant, et fratres de Sabio sumtu Io. Ant. Garuphae. 1533. S.

Continet hoc volumen solas epistolas paulinas praemissa passione Pauli a Lino conscripta quae dicitur, tum ep. ad Laodicenses quam sequuntur schedulae apostoli ad Senecam. Praefatus est Fr. Damianus Lorus Ord. Praed. Textus per quaternas columnas expressus est,

graecus scilicet cum triplici versione latina. Quae hic graecum proxime sequitur editio latina posterior audit estque Erasmi, in tertia columna exstat editio prior nempe Fabri

[32]

Stapulensis, agmen claudit Vulgata. Ex collatione sedulo instituta Erasmi secundam paucissimis locis mutatam huius Venetae fontem fuisse colligo. Varietas lectionis ex Aldina repetita videtur cum qua nostra facit Col. 1, 2. (J. 216) et 1. Tim. 5, 21. (Ald. 6). Praeter meum exemplar nuperrime demum redemptum, alia duo tantum in his terris exstare videntur, alterum Vindobonae, alterum Parisiis.

§ 3. EDITIO ERASMI TERTIA.

8.* BASILEAE ap. Io. Froben. 1522. fol.

Millius in Prolegg. § 1138 auctor est hanc tertiam editionem plus centum locis ad Aldinam conformatam esse. Quod si fuerit verum, ad res minoris et minimi momenti restringi debebit, nam in maioribus vix tale aliquid ipse observavi, imo multa ab Aldina aliena, scilicet ea in quibus iam secunda editio a prima desciverat.

Sequitur secundam in omnibus, exceptis illis septem locis quos sub lit. S. collocavimus in tabula variantium lectionum, et uno ex illis quae secunda ipsa mutaverat (U^{h}). Atque in hoc quidem redit ad lectionem antiquam, Erasmicae primae et Complutensi communem; ter (S^{abc}) iam fecit cum eadem Complutensi, textu tamen non ex opere polyglotto ipso sed ex codicibus emendato. Itaque in hac editione primum adparet locus ille famosissimus de tribus testibus in coele quem inseruit Erasmus ex unico quodam libro britannico, ne cui foret ansa calumniandi; ut ipse declarat.

Denique novas habet hasce lectiones:

U. i. 21.	Ap. 2, 3.	(S. 321)	ἐβάστασας caeteris non mutatis
22.	Ap. 18, 7.	(S. 322)	transit ad Ald.**
23.	Luc. 19, 23.	(S. 323)	ἐπὶ τὴς τράπ. GKS
24.	1. Petr. 3,	(S. 324)	transit ad Ald. GMKS

	21.		
k. 25.	Matth. 27, 33.	(349)	transit ad Ald.
l. 26.	Luc. 10, 20.	(367)	add. μᾶλλον, antea om.
m. 27.	Matth. 21, 7	(R. 312)	. ἐπεκάθισαν.

9.* BASILEAE ab Io. Bebdium. 1524. 8.

Operi corrigendo praefuit Io. Wisendanger, latine dictus Ceporinus, iuvenis literas graecas optime edoctus et paullo post fato functus quem male cum Pellicano nostro Rubeaquensi (Kürsnero) confuderunt nonnulli. De editionibus Bebelianis cf. Baumgartenii Nachr. VI. 199, VIII. 10 eiusdem Hall. Bibl. IV, 189, Knochium p. 350, Goezium p. 40, Maschium I. 199. Primam nostram Millius § 1142 exstitisse plane ignorat, Knochius vero nescio quid hallucinatus latinam versionem graeco textui additam scribit quae minime adest. Cum versione etiam argumenta, vitae

evangelistarum caeteraque huiuscemodi semota sunt, praefigitur tamen Oecolampadii exhortatio ad ss. literarum lectionem, et in hac prima praefatiuncula typographi.

Habet haec omnes lectiones Erasm. III. duabus exceptis (vide infra N. 8 et 9), sed et novas aliquas inducit, alias a Gerbelio vel Cephalaeo mutuatur, ita ut lectiones Bebelianae dici possint quae deinceps in pluribus aliis editionibus huius familiae servantur. Quarum illae quas non ex libris impressis repetere poterat editor potius coniecturae quam codicibus MSS. originem debere videntur. Ecce illas paucas quidem numero sed posthac late diffusas:

1.	Matth. 7, 2	(P. 264)	μετρηθήσεται **
2.	Matth. 12, 6	(A. 17)	μεῖζον MSLT
3.	Marc. 14, 32	(U^d)	ἕως ἀπελθὼν προσεύξωμαι

4.	Luc. 22, 12	(Ald.)	ἀνώγεων ex Gerbelio
5.	Act. 2, 31.	(A. 25)	ἐγκατελείφθη
6.	Act. 21, 3.	(G. 59)	ἀναφανέντος δὲ τῆς Κὺπρου ex Gerbelio
7.	Phil. 2, 1.	(368)	εἴ τινα σπλάγχνα G^1KT^0 (antea εἴ τις *)
8.	Iac. 4, 2.	(U^h)	φθονεῖτε ex Gerbelio
9.	Apoc. 18, 7.	(S. 322 et Ald.)	τοσοῦτον δεράσατε αὐτῇ βασ. καὶ μένθος ex Gerbelio et Erasm. mixtum.

10.* BASILEAE ap. Io. Bebelium. 1531. 8.

In omnibus praecedenti similis uno loco excepto ubi haec editio omnium prima lectionem exhibet recentioribus probatam.

10. Act. 9, 28. (369) add. καὶ ἐκπορευόμενος GKSLT.

11.* BASILEAE ap. Io. Bebelium. 1535. 8.

Editio tertia Bebelii eademque ultima. Quartam enim a Knochio ad a. 1540 relatam inter spurias reiecimus. Sequitur secundam nusquam mutata lectione. De nostra Dibdinus I. 62 quasi rem singularem notavit quod typographi nomen in ea non legatur, additque: *but it is generally attriimted to Bebelius; it differs from the two preceding ones*. Quae omnia falsa et redicula. Bebelii nomen in tribus his editionibus ad calcem exhibetur, in titulo nusquam.

12.* BASILEAE ap. Io. Valdenm. 1536. 32.

Editio omnium illius saeculi minutissima eaque satis elegans. Quum anni numerus in titulo legatur XXXVI. suppressis literis MD., Le Longius eam falso ad a. 1636 retulit. Tomus prior habet paginas 656 posterior 335, quibus quum volumen aliquanto spissius efficeretur typographus in fronte monuit librum in duo volnmina compingi posse, sed in ipso titulo de tali divisione nihil legitur, et qui de hoc libro scripserunt unum tantum volumen habuisse videntur totum opus complexum, cf. Baumgartenianae bibliothecae catalogum p. 76, Maschium p. 202, Le Long. p. 218.

Exemplaria integra huius editionis rariora sunt. Ipse tria nactus sum quorum unum tantum omnibus partibus absolutum est; alterum subsistit in fine Actuum, tertium tribus voluminibus constans non ultra Ep. ad Colossenses progreditur. Tomus secundus abfuit quoque a Goeziano (p. 41). Stuttgardiae et Dresdae integra asservantur. Textum praecedunt tractatus duo graeci, alter Chrysostomi ὑπόμνημα εἰς τὸ εὐαγγέλιον, alter Gregorii Nazianzeni περὶ θεότητος.

Sequitur Bebelianam tertiam, paucissimis locis exceptis scil. Luc. 19, 23. (8. 323) om. articulum et 1. Tim. 5, 21. (Ald.) scribit πρόσκλησιν quod utrumque ex Cephalaeo sumi poterat.

13.* BASILSEAE ap. Tho. Platerum. 1538. 8.

Eminet inter doctiores illius saeculi typographos Thomas iste et sui memoriam apud posteros interire non passus est perscriptis singularibus suis fatis in libro lectu iucundissimo et rerum academicarum illius aetatis curiosis perutili. Ter edidit N. T. graece de quo vide Maschium pag. 200, Baumgartenii Nachr. VIII. 10. Editiones Platerianae Bebelianis etiam externa forma simillimae; eaedem in fronte evangelistarum imagines, eadem Oecolampadii ad lectorem admonitio. Textus non nisi levissimis quibusdam emendationibus vel etiam vitiis a Bebeliano differt qualis tertia vice editus fuerat. E quibus ad nostra pertinent in hac prima editione Matth. 7, 2. μετριθήσεται (P. 264); 1. Cor. 13, 3 καυθήσομαι (Gerbel.) et Luc. 2, 14. (T. 328) ἐν ἀνθρώποις ex Erasmi postrema recognitione.

14.* BASILEAE ap. Thom, Platerum. 1540. 8.

Ex tribus locis modo laudatis non nisi unum (1. Cor. 13, 3.) haec secunda cum priore communem habet, in caeteris Bebelum sequitur. Quem tamen pro Erasmo deserit tribus aliis locis (Beb. 3. 4. 5.).

Le Longius errat hanc editionem graeco-latinam dicens, sed immerito eundem reprehendit Maschius eo nomine quod suspicatus fuerit hanc fortasse atque priorem anni 1538 eandem esse, non vero duas diversas. Argumentum diversitatis adfert ipse numerum foliorum quem in priore 325, in posteriore 382 esse affirmat. Nescio quae nebula viri docti oculis obfusa fuerit

quum haec scriberet. Idem enim utrique numerus foliorum 382, et nisi accuratius inspexeris vix alteram ab altera distinguere poteris.

Exemplari meo cel. Iosias Lorckius pastor Hafhiensis manu propria nomen suum inscripsit.

15. * BASILEAE ap. Thom. Platenm impensis R. Beck. 1543. 8.

* BASILEAE ap. Thom, Platerum impensis R. Beck. 1544. 8.

Una eademque editio eaque Plateri ultima. Exemplaria quae in calce a. 1544 exhibent yere exstant, quamvis Maschius de iis

[35]

dubius haereat, et Dibdinus audacter nulla esse affirmet, sed minime novae sive quartae editionis sunt quod indicare videtur Bibliotheca Longiana. Exemplaria a. 1544 notata, praeter meum, vidi Genevae, Guelferbyti et Sangallis. Utrumque simul exstat in Bibliotheca Friburgensi ubi Hugius V. Cl. contulit et unicae editionis esse cognovit Introd. I. 322. Suspicor annum M. D. XLIII. mero vitio typographico primum expressum, posteo addito I. emendatum fuisse. Nam quum anni nota ad calcem libri legatur, non in fronte, de mutato titulo cogitari nequit. Praemittitur Oecolampadii admonitioni epistola dedicatoria Io. Gastii Brisacensis theologiae candidati.

Ex prima editione adsumit lectiones tres supra memoratas, ex secunda itidem tres huic peculiares. Tum ex Erasmi V. habet Act. 4, 12. ὑπὸ τὸν οὐρανὸν de quo infra dicetur, et Iac. 4, 2. antiquum φονεύετε (U^{h} Beb. 8).

16.* BASILEAE ap. Nica, Brylinger, 1543. 8.

Editio Le Longio ignota; v. Masch. I. 201, Baumgartenii Nachr. VI. 200. Textus nudus absque omni praefatione. Est haec prima editio Brylingeriana mere graeca (nam de graeco-latinis postea dicetur) externa quidem forma et specie posterioribus similis. Verum singulae, quod nemo adhuc observavit, diversum textum exhibent. Haec sequitur Bebelianam tertiam tantum non in omnibus; ubi discrepat fere coniecturae varietas tribui poterit. Scil. 1. Tim. 5, 21. facit cum Cephalaeo et Valdero; 1. Thess. 2, 12. scribit μαρτυρούμενοι quod iam Erasmi

postrema recognitio receperat; Matth. 9, 5. (Q. 300) meliorem scripturam pro Erasmica prima post Complutenses tuetur, denique prima omnium legit:

370. Matth. 24, 15. ἑστὼς (pro ἑστὸς).

17.* BASILEAE op. Hieron. Curionem. 1545. 16.

Editio perrara cuius olim contuli exemplar Dresdense; aliud vidi Hamburgi; nuperrime Pragae venalem reperi. Textus ex Bebeliana tertia est exscriptus mutatis duobus locis Col. 1, 2. et 1. Tim. 5, 21. (κολοσσαῖς - πρόσκλησιν) ad lectionem saepius iam memoratam. Laudant librum Bauragartenius Hall. Bibl. IV. 190, Goezius p. 42 cett. Cf. etiam Lorckii BG. I. 432, abi de errore a quibusdam circa hanc editionem sparso agitur.

18.* TIGURI in officina Froschouiana. 1547. 8.

Haec prima Ohristophori Froschaueri celeberrimi tum temporis apud Turicenses typographi deque re biblica promovenda meritissimi editio N. T. graeci hoc loco sola recensebitur, caeteris ad aliam familiani pertinentibus. Eadem omnium recentissima est quae Bebelium ducem agnoscat, et quidem si ad 1. Act. 9, 28.

[36]

attenderis, non tertiae sed primae editionis exemplar describendum suis dedit editor.

Observavi tamen nonnullas alias lectiones ab Erasmicis omnino diversas: Marc. 4, 18. (A. 23) delet secundum οὗτοι εἰσὶν; Luc. 11, 53. (J. 229) habet ἀποστοματίζειν, Io. 21, 15. (P. 283) ἰωνᾶ Ap. 16, 5. (T. 337) add. τῶν ὑδάτων, ib. 20. 5, (J. 231) ἄχρι . . . . ἔτη. Quas unde sumpserit editor difficile est dictu. Omnes quidem apud Complutenses exstant, mihi tamen vero similius videtur secundam tertiam et quartam iam ex Stephani prima editione a. 1546 emissa descriptas esse. Quartam ipse Erasmus postrema emendatione commondaverat. Reliquas coniecturae deberi arbitror, et si malueris omnes praeter quartam non abnuerim; praesertim ultimam vix est qua de causa aliunde repeteremus, si quidem facillimo negotio absurdum Erasmicorum librorum errorem aliquis ex suo ingenio corrigere poterat. Certe hoc magis placet quam codicum MSS. usum Turicensi editori tribuere.

Praefiguntur singulis evangeliis βίοι auctorum et Matthaeo prooemium Theophylacti.

§ 4. EDITIO ERASMI QUARTA.

19.* BASILEAE ap. Io. Froben 1527. fol.

A caeteris differt eo quod novae versioni latinae in tertia columna veterem vulgatam adponit. Textum in hac ad Complutensem mutatum esse dudum a viris doctis traditum est; cave autem id de omnibus N. T. libris aequaliter dici posse credideris. Valet potissimum et fere unice de Apocalypsi quam olim ex mendosissimo codice sese edidisse probe meminerat Erasmus.

Forma textus haec est. Cum tertia consentit in omnibus lectionibus praeter eas quas sub litera T. collectas dedimus. In his fere semper (T^{def}) ad Complutenses transit. Paucissimas novas habet:

U. n. 28	(T. 325)	2 Cor. 2, 3	λύπην σχῶ $L^{1}T$
o. 29.	(T. 326)	Ap. 8, 13.	οὐαὶ ter (om. τρὶς) **
30.	(T. 327)	Ap. 14, 6.	τοὺς κατοικοῦντας $G^{1}K^{1}L^{1}$
p. 31.	(R. 312 U^{m})	Matth. 21, 7.	ἐπεκάθησαν (lectione iam quarta vice mutata)
q. 32.	(*Ceph.* 366)	1. Petr. 2, 3.	χριστὸς (pro χρηστὸς **)
r. 33	(371)	1. Thess. 2, 12.	μαρτυρούμενοι* (pro μαρτυρόμενοι $M^{2}T^{2}$)

20. LOVANII ex officina Rutgeri Rescii sumptibus eiusdem et Barth. Gravii. 1531. 8.

De hac editione solus nobis testis fuerat Le Long. pag. 205 qui titulum ex catalogo bibliothecae Dion. Nolini advocati Parisiensis descripsit. Neque ipse librum vidit neque hodie in bibliothecis publicis exstantem cognovi. Attamen Friburgi in Bris-

govia incidit in mantis meas volumen minime speciosum quod evangelia Lucae et Ioannis ex illa officina edita continebat, quaternionibus per literas aa - ll et AA - HH signatis, ex quibus apparet priora evangelia literis singularibus (a - , A -) signata olim adfuisse. Textum ad quartam Erasmicam expressum fuisse ex unico loco Luc. 2, 14. (T. 328) collegi, qui solus ex illis duobus evangeliis in quarta ad Complutensem lectionem emendatus est.

21.* BASILEAE ap. Hier. Frobenium et Nic. Episcoptum, 1535. fol.

Haec est quinta et ultima Erasmi editio quam ipse fere septuagenarius prelo submittendam curavit. Satis infrequens est et Lorckius eam suis addendam frustra quaesivit. Exemplar meum redemptum est ex libris Ern. God. Ad. Boeckelii theologi Oldenburgensis.

Non deserit quartam nisi duobus in locis:

U. s. 34.	1. Cor. 12, 2.	(S. 318)	redit ad pristinam lectionem
t. 35.	Act. 9, 28.	(Beb. 10)	add. καὶ ἐκπορευόμενος. **

Iam quum Erasmi labores omnes subinde emendatos in censum vocaverim non abs re erit ultimam eorum formam cum prima collatam ex mente recentiorum aestimare. Prima editio a Complutensi discrepaverat locis 347 inter nostra mille, quinta locis 337, tricies eius lectione recepta, vicies repudiata. In toto fuerunt loca 367 in quibus duae illae recensiones semel vel saepius in diversa abierunt. Mutata lectione Erasmus, quod sexaginta duobus locis fecisse eum dixi, decies et septies peiorem, decies et ter meliorem, vicies et quater optimam recepit. Patet igitur ultimam editionem non nihil prima praestare sed usque Complutensi inferiorem esse.

22.* BASILEAE ap. Hier. Frobenium et Nic. Episcopium. 1541. fol.

Est hic Operum Des. Erasmi a Beato Rhenano novem voluminibus editornm tomus sextus. Annus 1541 in fronte huius tomi legitur sed in calce N. T. scribitur 1539, in fine adnotationum 1540. Diversae illae annorum notae nonnunquam bibliographos turbarunt. Accurate nostram describit Goezius Verz. p. 25. cf. Maschium I. 292.

Textus ex quinta sine ulla mutatione expressus.

23. LUGDUNI Bat. cura et impensis Petri van der Aa. 1705. fol.

Est tomus sextus secundae editionis operum Erasmi decem voluminibus a Io. Clerico procuratae. Quantum ad nostra, nihil mutatum si Maschium (I. 293) et Lorckium (II. 35) audieris; numeri tantum versiculorum adpositi, adnotationes singulis paginis subiectae; praeterea omnia praecedens exemplar referre dicuntur. Verum collato exemplari quod in bibliotheca pastorum Neocomi in Helvetia asservatur in plures, etsi rariores locos in-

[38]

cidi in quibus novus editor tacite Stephanicam lectionem Erasmicae substituit (J. 216. M. 257. 258. P. 264. 266. 271. Q. 300).

24.* BASILEAE ap. Hier. Frobenium et Nic. Episcopium. 1541. fol.

In fine libri legitur 1542. Cum editione eiusdem anni eorundemque typographorum supra memorata sub N. 22 nequaquam confundenda. Haec nostra enim praebet triplicem textum sicut quarta Erasmi ipsius, quam hac de causa Maschius in Supplementis p. 21 falso suspicatur titulo novo ornatam iterum anno 1541 emissam esse. Imo plane novum opus est et quae Lorckius de libro ipsi ignoto profert (BG. II. 25) Maschio fraudi fuerunt. Certiora dat idem p. 30. Sequitur omnino quintam uno loco excepto 1. Cor. 12, 2. (S. 318) in quo ad lectionem quartae eandemque Complutensem redit.

25.* BASILEAE ap. Hier. Frobenium et Nic. Episcopmm. 1537. fol.

Harmoniae evangelicae ll. IV. gr. et lat. cum annotationibus Andr. Osiandri. Opus satis notum ob studium auctoris in concinnanda sua harmonia id maxime agentis ut spiritum sanctum evangelistas, quamvis diversum rerum ordinem sequutos, temporum rationem nusquam intervertere passum esse demonstraret. Fusius de eo agunt Unschuld. Nachr. 1734 p. 364, Goezius Verz. II. 9, Maschius in Supplem. p. 19.

Sequitur textus quintam Erasmicam a qua bis transit ad Bebelianas (U^{m} et Beb. 1). Locum Luc. 2, 14. (T. 328) mutat ex coniectura, ut videtur, scribens; εἰρήνη ἀνθρώποις, εὐδοκίᾳ.

26.* BASILEAE ap. Hier. Frobenim et Nic. Episcopium. 1561. fol.

Harmoniae modo laudatae editio altera priore multo rarior. Quam etiam sistunt Walchius in Bibl. theol. IV. 868 et Maschius in Supplementis. Saepius hoc opus recusum dicit Buddeus Isag. p. 1464. Quod tamen ita intelligendum ut caeteras editiones textu graeco carere memineris. Qui hic idem est atque in praecedenti libro, si locum Luc. 2, 14. exceperis ad Erasmi primom refictum.

27. BASILEAE per Nic. Bryling. et Seb. Franck. 1541. 8.

Editio graeco-latina omnium huius officinae prima quae diutissime meos oculos fugit. Exstare eam in bibliotheca Wernigerodiana docebat Maschius et interroganti per literas confirmavit Clar. B. Foerstemannus nuper eiusdem bibliothecae praefectus cuius humanitati etiam accuratiorem libri notitiam debeo. Postea vero in aliud exemplar incidi in bibliotheca Vadiana Sangallensi adservatum quod curiosius examinavi. Additamenta adsunt nulla, nulli numeri paginarum. Textus ad Erasmi quintam expressus quatuor locis exceptis Luc. 1, 35. (γενόμενον) Phil. 2, 1. (τινα)

[39]

1. Cor. 12, 2. (om. ὅτε), 1. Tim. 5, 21. (πρόσκλησιν) in quibus seriores Brylingerianas graeco-latinas pedissequas habet (v. supra B. 318. Beb. 7. Ald. 6).

28.* BASILEAE ap. Hier. Frobenium et Nic. Episcopium. 1545. 4.

Editio inter Frobenianas sola quae textui graeco versionem non addit. Typis grandioribus sed minus elegantibus expressa. De ea cf. Baumgartenii Nachrichten VI. 200; Goezii Verz. 11. Millium § 1154.

Sequitur Erasmi quintam a qua recedit quinque locis: Marc. 14, 32.: προσεύξωμαι, 1. Cor. 12, 2.: ὅτι ὅτε, Phil. 2, 1.: εἴ τινα, Col. 1, 2.: κολοσσαῖς, quas lectiones partim ex Bebeliano partim ex Gerbeliano libro suas facere poterat, nisi potius dixeris vel absque teste usu commendatas fuisse. Proprium est huic editioni Apoc. 22, 21. (J. 225) μετὰ πάντων ἡμῶν, quod quum in libris manu scriptis inveniri non videam pium correctoris aut typothetae suspirium dixerim. Observavi etiam in textu Lucae 11, 2. ss. eas partes orationis dominicae quas critici recentiores hoc loco spurias dicunt minoribus typis expressas esse, quod diligentiorem aliquem sagacioremque editorem ostendit quam quis ex reliquo labore fuisse suspicaretur.

29.* BASILEAE ex officina Herwagiana. 1545. fol.

Est pars bibliorum graecorum eodem anno per Herwagium non ignobilem eo tempore inter Basileenses typographum evulgatorum. Quod nonnulli referunt totam editionem ad Aldinam efformatam esse, id fortasse de Vetere Testamento valet, de Novo minime. Huius enim textus ex praecedente Frobeniana desumptus est, ita ut quinque illae modo dictae peculiares lectiones omnes hic quoque reperiantur praeterea duae aliae Bebelianae (5 et 8). Sed 1. Act. 21, 3. ab Erasmo aeque ac Bebelio recedit Aldina lectione i. e. Complutensi (G. 59) restituta. Caeterum cf. Goezium p. 290; Bibl. Reimmann. p. 200.

30.* BABILEAE ap. Nic. Brylinger. 1548. 8.

Haec est secunda huius typographi editio mere graeca; primam supra in Bebelianis habuisti. Textus dicitur denuo accuratiori diligentia excusus et est sane a priori diversus, quum ille Erasmi tertiae hic quintae superstruatur , quod omnes qui de hoc libro dixerunt ignorasse videntur. Pressius tamen sequitur Frobenianam ultimam modo laudatam, cuius quinque lectiones peculiares omnes recipit, praeterea cum Brylingerianis graeco-latinis iamiam recensendis convenit in locis Marc. 6, 33 et Luc. 1, 35. Caeterum textus nudus sime ullo additamento exhibetur.

§5. EDITIONES BRYLINGERIANAE GRAECO-LATINAE ANTIQUIORES.

Tres supra recensui editiones a typographo Basileensi Nicolao Brylingero procuratas, duas mere graecas unam bilinguem, quarum prima a. 1541 Erasmicam quintam sequitur, secunda a. 1543 Bebelii textum refert, tertia a. 1548 ad Frobenii postremam recognitionem expressa fuit; duas alias, itidem mere graecas infra habebis a. 1553 et 1558 fideliter Stephanum sequutas, sextam denique a. 1563 Crispino duci addictam. Vides infatigabilem viri industriam de textus conformatione strictius servanda non admodum sollicitam fuisse, nisi eum hoc nomine laudare malueris quod novissimos quosque aliorum labores in suum usum converterit. Quomodocunque res se habeat, recentiores extema librorum specie decepti quae omnibus eadem, de iis secundum fontes distinguendis minime cogitarunt omnesque fere Erasmicis adnumerarunt. Vide prae caeteris Eichhornium Introd. V. 267.

Idem vero typographus longam seriem editionum bilinguium paravit, per sexaginta annos usque ad saeculi decimi sexti finem frequentissimo studiosorum usu celebratarum, quippe quae inter manuales primae versionen e regione archetypi exhiberent adpositam. Omnibus illis, et non Basileensibus tantum sed etiam Lipsiensibus earum apographis, una eademque est forma, idem typorum character, minutior quidem et lectu satis difficilis, idem numerus paginarum (779), eadem additamonta isagogica, vitae evangelistarum, Erasmi argumenta epistolarum, loca parallela margini adscripta, et sub calcem Pseudo-Athanasii recensio librorum apocryphorum, ut nisi attentius res examinaveris saepe solam anni notam in titulo mutatam dixeris. Sunt tamen revera omnes inter se diversae, formarum nova compositione iteratae, omnes mendis innumeris foedatae. Sed, quod mireris, textus ipse subinde mutatus, quemadmodum id in editionibus mere graecis eiusdem officinae iam observatum. Videtur operis dirigendis non indoctus aliquis praefuisse qui hinc inde manum textui emendando admoveret. Hic enim initio mere Erasmicus paullatim Stephanico propius accessit. Itaque editiones hae Brylingerianae in duas series distinguendae sunt, quarum priorem tantum huic paginao inseram. Sunt et aliquot lectiones huic familiae peculiares quarum ope eam latius patuisse ostendemus. Versiculorum distinctione carent sicut Erasmicae reliquae omnes.

In hac prima serie textus fundamentum est Erasmi quinta quod maxime in Apocalypsi adparet. Cuius tamen lectionibus passim aliae substituuntur ex Bebeliano libro petitae. Lectiones Brylingerianae proprie sic dicendae non statim ab initio adsunt. Sunt vero in hao serie sequentes:

β. 1.	Luc. 1, 35	(U. 12)	γενόμενον ἅγιον
2.	Marc. 16, 8.	(G. 56)	ταχέως
3.	2. Pet. 2, 18.	(J. 131)	ὄντας (vitiose)

4.	Marc. 6, 33.	(J. 75)	προσῆλθον (caett. ut Er.)
5.	Marc. 14, 15.	(J. 214)	ἀνώγεων
6.	Act. 17, 5.	(J. 97)	οἱ ἀσθενοῦντες (caett. ut Er.)
7.	1. Cor. 7, 35.	(K. 246)	εὐπρόσδεκτον.

31.* BASILEAE ap. Nic. Bryling. et Seb. Franck. 1542. 8.

Hanc Knochius p. 363 paucis describit sed minus recte textum ex Erasmi tertia repetitum dicit. Exemplar olim Brunsvicense sedulo Guelferbyti examinavi et quatuordecim lectiones Bebelianas in eodem deprehendi (Beb. 1. 2. 5 - 9. U^{mqr} S^{a} T^{abc}) quarum septem posteriores Bebelio cum Erasmi tertia communes. Iam ipse rarissimum librum nactus sum.

32.* BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1544. 8.

Solus Maschius hanc recenset in Suppl. p. 21 sine ullo teste. Nusquam alibi eius vestigium detexi et iam an omnino exstiterit dubius haerebam quum Darmstadtiae in bibliotheca ducali in unicum exemplar inciderim, cui postea alterum accessit hoc meum nuperrime Berolini redemptum.

Mutat textum praecedentis tribus locis: Matth. 12, 6 a Bebelio (2) ad Erasmum redit; Act. 13, 33 (Q. 304) scribit δευτέρῳ quod antea in sola fuerat Complutensi hic vero citra dubium coniecturae debetur; denique primam infert lectionem ex iis quas Brylingerianas dicimus (β. 1).

33.* BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1546. 8.

Maschius habet in Suppl. p. 22; caeteri omnes ignorant. Haec iam plures novas easque plane singulares lectiones exhibet (β. 1. 2. 3. 6. 7.). Quibus partim vitiis partim coniecturis addi poterunt aliae antea vel in sola Complutensi obviae: Act. 12, 25. σαῦλος (O. 262), Apoc. 18, 14. ἀπώλοντο (J. 156); vel etiam in Aldina: Col 1, 2. κολοσσαῖς (J. 216), Act. 21, 3. ἀναφανέντες (G. 59); vel in Aldina sola: Act. 22, 12. ἰουδαίαν, 1. Tim. 5, 21. πρόσκλησιν. Tum

Bebelianas duas caeteris antea iam receptis addit (Beb. 3. T. 328); tres alias, in quibus priores editiones cum Er. III. sive Bebelio fecerant, ad Erasmi postremam corrigit 2. Cor. 2, 3. Apoc. 8, 13 et 18, 7 (U[ino]). Ex his patet pluribus subsidiis usum fuisse editorem neque suo soli ingenio indulsisse. Caeterae lectiones omnes supra memoratae etiam hic exstant.

34.* BABILEAE ap. Nic. Bryling. 1549. 8.

Baumgartenius (Nachr. II. 5) hanc primam omnium censet quum priores non vidisset. Le Longius falso mere graecam dicit. Quum typographus pro more ad multa exemplaria tam impressa quam manu scripta diligenter castigatam dicat, quod iam in prioribus legitur, Maschius p. 295 suspicatur hanc ad

[42]

Stephanicam correctam esse. Tu vero, candide lector, cave talibus fidem habeas. Simpliciter describit nostra praecedentem a. 1546 editam cum omnibus suis singularibus lectionibus. Unum tantum locum mutatum inveni qui iam exhibet lectionem Brylingerianam (β. 4) deinceps servandam.

35.* BABILEAE ap. Nic. Bryling. 1550. 8.

Haec pertinere dicitur ad biblia graeca integra eodem anno a Brylingero edita; Le Longius certe et Maschius Vetus illud et Novum Testamentum unum opus biblicum fuisse volunt. Quibus tamen obstare videtur tum quod editor ad calcem quarti voluminis V. T. clausula adscripta lectorem valere iubet tum quod ex eadem officina a. 1582. V. T. iterum prodiit non addito novo.

Titulus N. T. dicit iam tertio castigatum et sane textus hinc inde mutatus est ab illo qui fuerat praecedentis editionis. Plura enim quae a. 1546 primum illata erant hic expurgat corrector ad antiquiorem lectionem regressus (Act. 12, 25; 13, 33; 17, 5; 22, 12; 1 Cor. 7, 35; Apoc. 8, 13; 18, 14.). Ter transit ad Erasmi postremam 1 Thess. 2, 12; 1 Pet. 2, 3; Ap. 14, 6 (U[oqr]) Vitium puto lectionem Matth. 24, 17 (G. 61) ἆραι τὸ, Denique lectionibus familiae huic propriis iam addenda hic illa quam supra numero β. 5 insignivimus.

Editiones Brylingerianas posteriores dabimus infra alio loco.

§ 6. EDITIO TUSANI.

36.* PARIIS excudebat Carola Guillard. 1543. 12.

Typographi nomen in calce libri legitur, titulus prae se fert nomina eorum apud quos prostabat emendus. Reperiuntur exemplaria cum nomine Ioannis Roigny, alia (inter quae meum) cum nomine Iacobi Bogard. Lorckius possidebat utriusque generis librum cf. eius BG. II. 48 et collatione Stuttgardiae instituta rem extra dubium ponere potui. Tertium nomen Io. Neigny quod Dibdinus addit I. 66 mero errori nativitatem suam debet. Si plura desideraveris adeas Millium § 1152, Maschium I. p. 302, Baumgartenii Nachr. II. 1.

Est editio graeco-latina quam Viri docti Iacobo Tusano (Toussaint) literarum graecarum apud Parisienses professori tribuunt. Habet plura isagogica et exegetica additamenta ex Erasmicis et in calce farraginem variantium lectionum maxime ex impressis collectarum. De textu supra laudati autores varie disputarunt. Millius quintam Erasmicam ad alias saepe editiones correctam dicit, Wetstenius Colinaei textum nostro maximum subsidium fuisse coniicit, Maschius Brylingerianam aliquam fundamentum fuisse suspicatur. Mihi haec res aliter sese habere videtur. Scias editorem Bebelianam tertiam paucis in locis

[43]

emendatam typothetae suo tradidisse. Ecce quae sic mutata notavi.

Lectiones plane singulares praebet:

1.	Marc. 8, 24	(J. 76)	ὅτι ὡς τὰ δένδρα ὁρῶ
2.	Ap. 16, 17.	(T. 338)	φωνὴ μεγαλὴ ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τ. θρόνου Plures aliae iam antea in libris editis habebantur sed unde pottissimum noster eas depromserit ambigi potest:

3.	Matth. 9, 5.	(Q. 300)	εὐκοπώτερον Cpl. Bryl. 1543.
4.	Matth. 12, 6.	(A. 17)	μείζων Er. Bryl. (non Beb.)
5.	Matth. 27, 33.	(U^{k})	ὃ ἐστὶ cett. Er. I. II. Cpl.
6.	Luc. 10, 20	(U^{l})	μᾶλλον Er. I. II. Cpl. Colin.
7.	Act. 13, 33.	(Q. 304)	δευτέρῳ Cpl Colin. Bryl.
8.	2 Cor. 2, 3.	(T. 325)	λύπην σχῶ Er. V. Bryl.
9.	Ap. 3, 1.	(K. 241)	add. ἕπτα Cpl. Colin.
10.	Ap. 21, 15.	(J. 210)	add. μέτρον Cpl.

Praeterea in Apocalypsi saepius, Bebeliana i. e. Erasmi III. relicta, ad quintam transit et hac de causa titulus libri textum postrema manu ab Erasmo castigatum promittit. Sic mutat, recepta lectione olim Complutensi, loca T. 330. 334. 337. 339 - 343. 347. non vero caetera eiusdem rubricae quae tamen talis curae non minus indiguisse videntur.

37. PARISIIS ap. Iac. Dupuis. 1549. 16.

Exemplar quod in bibliotheca Argentoratensi asservabatur tomo secundo mancum erat. Quem vidi in bibliotheca Hamburgensi. Groettingae exstat idem tomus secundus nomen bibliopolae Michaelis Fezandat in fronte gerens. Inde Lorekius simpliciter ad designandam editionem nostram utrumque nomen iungit. Idem et Maschius p. 303 aliam eiusdem anni itemque graeco-latinam editionem recensent apud Graion et fratres de Marnef, veneuntem scilicet, non impressam, et Lorckius BG. II, 48. titulum praebet: apud Hier. et Dion. de Marnef, atque ex iis quae Baumgartenius in Nachr. VI. 198 de editione Dupuisiana tradit utramque non nisi unam eademque esse efficit. Cui quo minus adstipulemur nihil omnino obstat. Iacobus Dupuis excudebat caeteri venum dabant. Exemplar tamen Lorckianum Stuttgardiae frustra quaesivi neque alibi certiora discendi copia mihi fuit, dum in bibliotheca Ulmensi exemplar reperire contigit nomen bibliopolae Roberti GranIon (sic) in titulo exhibens.

Accuratissime describit textum editionis Guillardinae.

Sunt ergo editiones huius familiae numero triginta et septem, et quidem Basileenses viginti septem, Venetae tres, Parisienses duae, Argentoratensis una, Hagenoensis, Lovaniensis, Turicensis, una denique Lugduno-Batava Quae ut eint inter se ratione textus simillimae tamen invariatum non exhibent, et si vel ex mera coniectura nonnunquam mutatum dixeris hoc quoque edi-

[44]

torum studium quodammodo commendare videtur. Nam quominus maiorem codicum apparatnm conquirerent Basileenses et Argentoratenses , in quorum bibliothecis vel hodie paucissima subsidia exstare novimus, plurima obstabant et illius saeculi curae multo magis sensuum sacrorum salubritatem quam singulorum vocabuiorum apicumve integritatom declarare et stabilire gestiebant. Et Complutensi exemplari ad emendandum textum ipsum Erasmum non frequentius usum esse minime miraberis, si consideraveris eum, quo loco et pacto illud meliora praeberet, ex suis copiis vix discernere potuisse. Igitur in sola Apocalypsi, cuius unum eumque pessimae notae codicem nactus erat, Hispanorum lectiones saepius suas fecere non dubitavit.

[45]

CAPUT III. EDITIO COMPLUTO-ERASMICA.

1 * TUBINGAE sumtibus Lud. Frid. Fues. 1827. 8.

Editori celeberrimo Leandro van Ess Ord. S. Benedicti, viro utriqne ecclesiae de re biblica in commodum plebis promovenda et freqnenti laude et acri invidia cognito, hoc in animo fuit in libro hoc curando, ut theologis catholicis textum graecum N. T. quam emendatissime posset ex duabus a Leone X. P. M. approbatis editionibus derivatum offerret. Quae quum inter se multum discreparent et nostris temporibus minus accommodatae videri possent quippe ex ipsis artis criticae cunis oriundae, solae autem essent quibus ex sedis romanae decreto aliqua autoritas competere videretur, id egit vir doctissimus ut earum lectiones ita misceret ut textus, quantum omni alio subsidio neglecto fieri posset, ad mentem recentiorum criticorum constitueretur. Sane hoc pacto in iis locis in quibus nostri ab utraque principe discedunt lectio vetus et utrobique falsa aut suspecta sanari non poterat, neque magis in iis in quibus utraque eandem lectionem exhibet qualiscunque ea fuerit. In caeteris vero, si rem in universum spectaveris, non ita saepe, imo rarissime editorem in seligenda meliore lectione errasse nemo erit quin agnoscat.

Sunt loci 337 ex nostris in quibus Complutensis editio et Erasmi quinta in diversa abeunt. Sequitur Essius illam in locis 149, hanc in caeteris 188. Ex illis sunt 142 in quibus etiam recentiores critici fere omnes cum Complutensibus faciunt, septem in quibus ipsi inter se dissentiunt, nullus in quo lectio Hispanorum ab omnibus respuitur. Inter Erasmicas autem lectiones recentiores non nisi 137 uno ore Complutensibus anteponunt, in undeviginti aliis ipsi inter se discrepant, quindecim ab Essio receptas omnino damnant, denique decies et septies neutram amplectuntur. Singula persequi non attinet.

Additur in altera columna versio vulgata latina cum locis parallelis, in margine varietas Stephani, Griesbachii, Mathaeii, et quod maxime nostris studiis profuit, integra singularum editionum Erasmicarum inter se et cum Complutensi collatarum. Praefatio adest nulla. De hac editione egerunt V V. DD. in Tübing. Quart. S. 1827. p. 714. ALZ. 1832. IV. 457. Gieseler in Studiis theol. Heidelb. 1828. II. 405.

[46]

CAPUT IV. EDITIO COLINAEI.

1.* Ἐν ΛΕΥΚΕΤΙΑι τῶν παρησίων παρὰ Σιμῶνι τῷ Κολιναίῳ α. φ. λ. δ.

[Lutetiae Parisiorum ap. Sim. Colinaeum. 1534.] 8.

Simon de Colines typographus Parisiensis Roberti Stephani vitricus, sive ipse, quae erat docta eius industria, sive viri cuiusdam eruditioris consilio adiutus, hanc novam et maxime commendabilem textus recensionem procuravit, quae tam cito ab insequentibus criticis negligi hercle non meruit. Quum autem nulla editoris praefatio de causis et fontibus operis rationem reddiderit, et illa aetate quicunque novis rebus studero videbatur indies magis caeteris suspicionem moveret, factum est ut Colinaei labor temerarius haberetur et textus magis ex mera coniectura quam codicum ope, plurimis scilicet ignotorum, mutatus. Cf. Bezam in resp. ad Castilionem p. 222. Fabricium in Bibl. gr. III. 186. Mitius de eo iudicarunt recentiores Millius § 1143, Maschius I. 206, Michaelis Introd. I. 782, Griesbachius Symbb. I. 146, Hugius Introd. I. 321. Editio externa forma Basileensibus similis, quam qua de causa perquam nitidam dicant nonnulli equidem non video. Dignitatem sibi a textu non a typorum forma satis crassa vindicat. Adduntur in calce βίοι, evangelistarum ex Sophronio et ὑποθέσεις epistolarum, omnia graece.

Textus fundamentum et Erasmi editio tertia quod primo obtutu ex Apocalypsi patet, sed centum et tredecim loca observavi, e nostris mille, in quibus ab eadom discrepat. Transit enim ad lectionem Complutensem, sive ex impresso sive ex manu scripto codice eam hauserit, ter et quinquagies, scilicet in omnibus iis locis quos in catalogo varietatis primitivae sub literis CEHKQ recensuimus, tum quoque T. 328. 329. 330. 336. U. 6. 7. 13. 18. 26. Alias lectiones olim iam editas habet octo: cum Erasmi prima et secunda facit in S^{bce} quae simul Aldinae et Gerbelianae sunt; porro cum Aldina consentit in Ald. 4. et Bebelianas recipit 3. 4. 6. 8. In Erasmicis illis etiam versus 1 Io. 5, 7. omissio venit qui in hac Colinaei editione ultima vice deest, per integra duo saecula deinceps ab omnibus inserendus. Potuit tamen noster et has lectiones ex codicibus haurire sicut evidenter sequentes hausit.

[47]

Accedunt enim ad supra memoratas quinquaginta et duae aliae a Colinaeo primo et fere solo ex antiquioribus receptae, videlicet:

V. a. 1.	Matth. 9, 18.	(J. 194)	ἄρχων προσελθὼν
2.	Matth. 21, 7.	(R. 312. U. 7. 27. 31)	ἐκάθισεν
3.	Matth. 22, 13.	(J. 226)	ἄρατε ἀ. καὶ βάλετε
4.	Matth. 23, 7.	(Q. 293)	ῥαββεὶ T^3
5.	Matth. 27, 33.	(Ald.)	ὃ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον
6.	Luc. 5, 19.	(G. 53)	πῶς
7.	Act. 2, 30.	(R. 315. U 1)	χρισιὸν καὶ καθίσαι Harw.
8.	2. Cor. 2, 3.	(T. 325)	λύπην ἐπὶ λύπην σχῶ
9.	Eph. 3, 1.	(J. 108)	τῶν ἐθνῶν πρεσβεύω Harw.
10.	Phil. 1, 14.	(J. 110)	τὸν λόγον τοῦ θεοῦ L. Alter.
11.	1. Thess. 5, 21	(J. 114)	πάντα δὲ δοκιμάζετε GM^2KSLT^0

12.	1. Petr. 3, 7.	(J. 129)	χάριτος καὶ ζωῆς
13.	2. Petr. 2, 4.	(J. 197)	κολαζομένους τηρεῖν L. Alter.
14.	2. Io. 8.	(J. 133)	ἀπολέσηται cett. ut Er.
b. 15.	2. Petr. 2, 18.	(J. 131)	ὀλίγως GKSLT
c. 16.	Matth. 1, 11.	(372)	insert membrum integrum cum nomine ἰωακεὶμ (similiter H. Steph.)
17.	Matth. 5, 25	(373)	σε παραδῷ semel LT[1]
18.	Matth. 12, 36	(374)	ῥῆμα πονηρὸν (pro ἀργὸν)
19.	Luc. 14, 24.	(375)	add. πολλοὶ γάρ εἰσὶ κλητοὶ ὀλίγοι δὲ ἐκλ. Alter.
20.	Act. 17, 13.	(376)	add. καὶ ταράσσοντεσ LT[1]
21.	1. Cor. 10, 11.	(377)	τυπικῶς [LT1] (pro τύποι)
22.	1. Cor, 11, 17	(378)	παραγγέλλω οὐκ ἐπαινῶν LT (pro παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ
23.	2. Cor. 2, 10.	(379)	ᾧ κεχάρισμαι εἴ τι (pro εἴ τι . . . ᾧ)
24.	Eph. 5, 22	(380)	ὑποτασσέσθωσαν L. Alter. (pro ὑπο-τάσσεσθε)
25.	Phil. 1, 16.	(381)	ἐγείρειν LT (pro ἐπιφέρειν)
26.	Phil. 2, 4	(382)	σκοποῦντες GKSL(pro σκοπεῖτε)
27.	Phil. 3, 16.	(383)	τὸ αὐτὸ φρονεῖν, τῷ αὐτῷ στ. κανόνι (pro inverso ordine)
28.	Col. 4, 8.	(384)	ἵνα γνῶτε τὰ π. ἡμῶν SL (pro ἵνα γνῶ τὰ π. ὑμῶν)
29.	Col. 4, 13.	(385)	πόλυν πόθον (pro ζῆλον πόλυν)
30.	1. Tim. 6, 19.	(386)	ὄντως αἰωνίου (antea αἰ. hodie ὄντ.)
31.	Iac. 3, 5.	(387)	ἡλίκον πῦρ LT (pro ὀλίγ. π.)
32.	1. Petr. 3, 8.	(388)	ταπεινόφρονες GKSL (pro φιλόφρ.)

33.	1. Petr. 3, 13.	(389)	ζηλωταὶ LT[1] (pro μιμηταὶ)
34.	1. Petr. 5, 6.	(390)	add. ἐπισκοπῆς L
35.	2. Petr. 1, 3.	(391)	ἰδίᾳ δόξῃ κ. ἀρ. LT (pro διὰ δόξης cett.)
d. 36.	Act. 17, 25.	(392)	πνοὴν καὶ τὰ π. GKSLT (pro πν. κατὰ)
37.	Iac. 5, 12.	(393)	ὑπὸ πρίσιν GKSLT (pro εἰς ὑπόκρ.)
e. 38.	1. Io. 2, 23.	(394)	add. ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν cett. **
39.	Iac. 2, 18.	(395)	χωρὶς (pro ἐκ) τῶν ἔργων GK[2]SLT
f. 40.	2. Cor. 3, 1.	(396)	ἢ μὴ GKSLT (pro εἰ μὴ)
g. 41.	1. Cor. 9, 10.	(397)	ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετ. G[2]SLT (pro ὁ ἀλ. τῆς ἐλπ. ἀ. μετ. ἐπ' ἐλπ.)
42.	1. Cor. 15, 20.	(398)	om. ἐγένετο GKSLT
43.	Eph. 2, 17.	(399)	καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς LT (antea om. εἰρ.)
44.	Eph. 4, 17.	(400)	om. λοιπὰ LT[1]
45.	Iac. 4, 12.	(401)	add. καὶ χριτὴς **
46.	2. Petr. 1, 10.	(402)	ἵνα διὰ τῶν καλῶν ἔργων βεβ . . . . ποιῆσθε L (pro βεβ . . . . . ποιεῖσθαι cett. om.)
47.	2. Petr. 2, 14.	(403)	ἀκαταπαύστου Harw. Alter. (pro — ους)
48.	2. Petr. 3, 10.	(404)	om. ἐν νυκτὶ GSLT (K)
h. 49.	1. Cor. 10, 28.	(405)	om. τοῦ γὰρ κυρίου cett. GK[2]SLT(K[1])
i. 50.	1. Tim. 5, 4.	(406)	om. καλὸν καὶ **
k. 51.	1. Petr. 2, 2.	(407)	add. εἰς σωτηρίαν **
l. 52.	Eph. 5, 9.	(408)	φωτὸς GKSLT (pro πνεύματος).

In his lectionibus omnibus, si unicam (N. 30) excipias de qua dubitamus, nulla est quae non in aliquo codice inveniatur, plurimae sunt quas optimae notae libri exhibeant. Inter 113 lectiones a Colinaeo invito Erasmo receptas sunt quinquaginta tres recentioribus omnibus vel saltem plerisque probatae, viginti septem a paucioribus maximeque Lachmanno vel Harwoodio commendatae adeoque antiquissimis adnumerandae , triginta tres fere neglectae eaeque

plerumque faciliores. Quidquid autem de hac textus recensione iudicaverie hoc certum est, post Colinaeum intra ducentos annos neminem opus aeque liberis et felicibus conatibus tentasse.

[49]

CAPUT V. EDITIONES STEPHANICAE.

De quatuor editionibus N. T. graeci quibus evulgatis famam nominis sui auxit Robertus Stephanus (Estienne) typographus regius Parisiensis, satis superque dictum est a plurimis scriptoribus, quantum ad earum formam externam spectat et typorum nitorem mendorumque absentiam temere laudatam turbas denique viro integerrimo de criticis ipsius studiis motas. Cf. M. Maittairii histor. Stephanorum, Lond. 1709; A. A. Renouard, Annales de l'imprimerie des Estienne P. 1837, Baumgartenii Nachr. I. 195. II. 5. 471. IV. 377, Rosenmülleri l. l. I. 289 ss. 394 ss.; Knochium p. 365 et 483; Lorckii BG. II. 50 cett. Historiam Stephanorum ipse enarravi in Herzogii Encycl. theol. XV. 64 ss.

Et sane hodie etiam, post tantos artis typographicae progressus, tres priores illarum editionum non satis admirari possumus quibus vel inter plurimas facile palmam aliquis concesserit, ratum sic faciens iudicium maiorum qui primam et secundam mirificas, tertiam regiam appellarunt. Neque contemnenda est opera quam Robertus, adiuvante filio Henrico, tum temporis admodum iuvene, in castigando textu collocavit, congestis libris MSS. pluribus quam quos Erasmus adhibuerat et excerptis inde lectionibus partim textui inserendis partim, in maiori saltem editione, margini inscriptis. Scilicet hic typographus suo marte agere conatus est quae partes fuissent virorum literas sacras unice et erudite colentium, si tales inter theologos gallicos infelicioris illius aetatis exstitissent. Quod cave obliviscaris quum iam nostri saeculi studia Stephanos illos tanto operi pares non fuisse atque in eo promovendo parum profecisse demonstrent. Iam Millius (§ 1155), post eum Wetstenius, Michaelis, alii Roberti virtutem criticam, quam dicere possemus, non omnibus numeris absolutam fuisse questi sunt, eiusque textum minime emendatiorem, incuriam vero et levitatem in describendo apparatu tantam ut qui eius vestigia postea legerint rem quasi infectani denuo inchoare debuerint. Veteres quidem, Miilio autore, in

[50]

eam sententiam inclinarunt ut dicerent Stephanum maxime Complutense exemplar sequutum esse, quippe cui codices ab ipso collati maxime adsentire viderentur. Quid quod Hugius, vir

alioquin sagacissimus (Introd. I. 316), eo processit ut editionem Stephanicam primam cum Complutensi tantum non ubique facere contendat, Bengelium testem sibi vindicans, qui tamen (Appar. p. 71) talia non dixerat. Meliora Wetstenius dedit qui Complutensem inter Stephani subsidia fuisse scribit et saepius in consilium adhibitam ex qua Erasmi toxtus corrigeretur.

Quae et mihi vero simillima videntur. Sed ut accuratius rem expendam duas Roberti Stephani recensiones diligenter distinguam oportet, alteram editione prima et secunda, alteram tertia et quarta repraesentatam. Utriusque Erasmi ultima est fundamentum cui Complutenses lectiones hinc inde inseruntur, paucioribus novis additis. Posterior propius Erasmo adhaerens textum exhibet ut minus castigatum ita celebriorem et plurimis ad hunc usque diem unice commendatum.

§ 1. EDITIO R. STEPHANI PRIOR.

1.* LUTETIAE ex officina Rob. Stephani. 1546. 16.

Praemittitur brevis Stephani praefatio *mirificam* (inde libello cognomen apud posteros) Regis liberalitatem laudans qua minutiores typi graeci officinae regiae traditi fuerant in hoc opere primum usurpandi. Iactat praeterea Complutensis exemplaris cum regiis codicibus frequentissimum consensum. Verum de ipso apparatu critico hoc loco ne γρὺ quidem. Subiungitur tabella σφαλμάτων.

Inter mille nostros locos sunt 656 in quibus Stephanus Complutensibus et Erasmi quintae consentientibus adstipulatur, 344 ubi vario modo in diversa abeunt. Et quidem ducenties tricies et ter cum Erasmo facit noster, scilicet in titulus $A^{a - g.}$ $B^{a - c.}$ $J^{a - kn}$. $KLOU^{ceikort}$. Cum Complutensibus convenit nonagies et sexies scil. in $DEFGHMNPQU^{abdfgimqs}$. Medium inter utrumque fontem tenet sive potius utriusque lectionem miscet his locis sex (J^{lm}):

W. a. 1.	(226)	Matth. 22, 13.	πόδας κ. χεῖρας ἄρατε ἀ. κ*.
2.	(227)	Marc. 14, 45.	ῥαββὶ bis $GMKST^{0}$
3.	(228)	Luc. 3, 19.	φιλίππου τ. ἀδ. ἀ.
4.	(229)	Luc. 11, 53.	ἐνέχειν κ. ἀποστοματίζειν **

5.	(231)	Apoc. 20, 5.	ἕως . . . . . . ἔτη. G^1K^1
b. 6.	(230)	2. Tim. 1, 12, 14.	παραθήκην bis ** Restant novem loci in quibus lectionem ab utroque alienam textui suo inserit:
c. 7.	(409)	Io. 3, 25.	ἰουδαίου ** (pro plur.)
8.	(J. 122)	2. Tim. 4, 13.	φελώνην
9.	(J. 122)	Matth. 24, 15.	ἑστὼς GMK (ἑστὸς LT)
d. 10.	(410)	2. Cor 11, 10.	σφραγήσεται (pro φραγ. **)
e. 11.	(411)	Act. 4, 27.	add. ἐν τῇ πόλει ταύτῃ GKSLT
f. 12.	(B^d)	Act. 9, 35.	τὸν σαρωνᾶν G^1M^1
13.	(412)	Act. 22, 23.	κραυγαζόντων ** (pro χραζ.)
14.	(T. 325. U^n)	2. Cor. 2, 3.	λύπην ἔχω. *
g. 15.	(A^h)	Act. 2. 31.	κατελείφθη ἡ ψ.

Multa maioris momenti me hic neglexisse nemo sane erit qui demonstret. Tenuis ergo videbitur et exigua messis quam yir optimus post tot tantosque labores congessit et satis iam hic patet qualis fuerit autoritas textas usu venientis, qua vigente aut variantes lectiones subinde in codicibus inventas receptis superiores esse posse vix aestimabant aut si aestimarint iisdem substituere iam non audebant.

Ex illis 344 locis in quibus Stephanus lectionem suam in hac prima editione libere constituisse censendus est recentioribus arbitris non nisi centies tricies et septies meliorem recepit, totidem vicibus peiorem, in locis quadraginta sex nostri inter se discrepant, quater et vicies pauciores cum Stephano faciunt, caeteris tertiam aliquam lectionem tuentibus.

2.* LUTETIAE ex officina R. Stephani. 1549. 16.

Priori simillima adeo ut qua de causa a quibusdam elegantior dicatur equidem non adsequar. Olim eo nomine a librorum amatoribus primae anteponebatur quod omni sphalmate expertem credebant, scilicet demto erratorum indice quem editor ad calcem primae adiecerat. Praefatio huius iterum adest.

Rarius ab eadem discedit; septies Complutensem deserit pro Erasmo (D^{a} G^{abeg} U^{gs}), semel hunc pro illa (K. 240), ter novam lectionem respuit pro Erasmica (W^{c}), semel eam mutat non emendat (W^{d}), tres denique novas introducit:

W. h. 16.	2. Cor. 11, 10.	(W^{d})	σφραγίστεται
i. 17.	Marc. 8, 34.	(413)	ἐλθεῖν L. (pro ἀκολουθεῖν *)
18.	Ap. 6, 11	(L. 254)	ἑκάστοις cett. ut Er.
19.	Marc. 14, 32.	(U. 8)	ἕως προσεύξωμαι.**

3.* PARISIIS excud. Bened. Praevotius. 1549. 16.

Nomen typographi legitur in fine libri; in fronte mei exemplaris exhibetur: Apud Petrum Haultinum, in aliis vero: impensis viduae Arnoldi Birkmanni. Sed una eademque editio est quod Lorckius BG. II. 51 ostendit et ipse Stuttgardiae collatis utriusque generis libris compertum habui. Le Longius Praevotii editionem ab Haultiniana distinxerat, cf. etiam Goezium p. 45 et Marshium in notis ad Michaelem p. 857. Stephanicis forma et typis simillima textum nudum praebet sine ullo additamento; ipsi capitum numeri exsulant. Absoluta est idibus Martiis, Stephanica secunda a. d. IV. idus Octobres. Quas ergo peculiares lectiones cum hac communes habet eas aliunde sumpsisse putanda est. Quatuordecim enim locis a prima Stephanica discedit; novies Erasmum sequuta repudiata Complutensi (D. 40. G. 53. 60.

[52]

M. 258. P. 272. 275. 277. U. 19. 32); semel veterem lectionem novae Stephanieae praeferens (W. 7.), quater ipsa novam commendans; scil. 1. Tim. 5, 21. Aldinam, Ap. 22, 21. Frobenianam ex ed. 1545; Act. 9, 35. (B[d.] W[f]) τὸν ἀσσαρωνᾶν, 2. Tim. 4, 13 (J. 122. W. 8) φαιλώνην.

4. LUTETIAE ex officina Rob. Stephani. 1568. 16.

* LUTETIAE ex officina Rob. Stephani. 1569. 16.

Fuit is Robertus magni Roberti filius, Henrici frater, qui patris prelum exercuit inde ab anno 1551. Editionem hanc ad primam patris, nitidam illam et usu tritam, conformavit non minus elegantem et variantium lectionum catalogo auctam.

Quinque locis tantum a suo fonte recedit, e quibus tres iam in secunda patris editione mutati erant (G[a.] U[g.] W. 18), duo in tertia postea fuerunt (G. 59. 60.)

Exstant exemplaria in titulo quoad notam anni diversa. Scilicet opus in officina absolutum est idibus Ianuariis 1569 ut subscriptio docet. Sed unam eandemque editionem esse dudum viri docti viderunt et mihi Eug. Scherdlinus affirmavit cui utriusque generis exemplaria Parisiis in bibliotheca armamentarii inspicere et conferre contigit, item A. Kuyperus ex bibl. Lugduno-Batava. Caeterum cf. Maschium p. 214, Baumgartenii Hall. Bibl. IV. 193, Goezium p. 43; Lorckii BG. II. 50.

5. * FRANCOFURTI ap. haeredes Andr. Wechelii Cl. Mamium et Io. Aubrium. 1597. fol.

Est pars bibliorum graecorum a Franc. Iunio sive ut alii malunt a Friderico Sylburgio editorum de quibus fusius dixerunt Knochius p. 157, Goezius p. 69, Maschius p. 215. Textui per binas columnas disposito subiciuntur variae lectiones.

N. T. exscriptum est ex editione Rob. Stephani iunioris cuius lectiones peculiares omnes adsunt. Sed octo locis ab ea discedit scilicet lectiones Stophanicas recentiores amplectitur tres (W. 19. 23. 29), bis ad veterem Erasmicam redit (W. 7. 10), semel ad Steph. II. (K. 240); tum ad Brylingerianam semel (β. 4), denique Marc. 4, 18. primum versiculi comma casu excidit.

6.* ΕΝΕΤΙΗΣΙ παρὰ Νικολ Γλυκεῖ τῷ ἐξ Ἰωαννίνων. Α. Χ. Π. Ζ. [Venetiis ap. N. Dulci. 1687.] fol.

Biblia sunt graeca integra accuratissime ex editione praecedente descripta. Novum igitur Testamentum minime tertiae Stephanicae ἀπόγραφον est, quod Maschio placuit p. 217, sed primae. Qui rarissimum librum, praeter Le Longium omnibus fere ignotum et in ipsa collectione Lorckiana desideratum, suis oculis inspexisse non videtur. Exemplar meum splendidissimum.

[53]

7.* FRANCOFURTI ap. haeredes And. Wechelii Claud. Marnium et Io. Aubrium, 1600. 16.

Ipse titulus declarat hanc editionem ad exemplar Stephani ut a. 1546 ex bibliotheca regia excusum fuerat conformatam esse, adeoque ipsa eiusdem praefatio (*0 mirificam*) servata est quamvis ab editorum rebus aliena.

Textus tamen non intactus remansit, sed nonnusquam a Stephanico antiquissimo discrepat et quidem ab alia manu emendatus quam quae editionem a. 1597 ex eadem offcina emittendam curaverat, propius ad Roberti iunioris exemplum accedentem. Cum priore enim Wecheliana non nisi tres peculiares lectiones i. e. a Stephani prima alienas communes habet (U^g; W. 7; β. 4). Eundem fontem primarium sola relinquit quater pro recentiori Stephanica lectione ($D^{a.}$ E. W. 24. 32), bis pro Erasmica (Q. 230. U^h).

§ 2. EDITIO R. STEPHANI POSTERIOR.

8.* LUTETIAE ex officina R. Stephani. 1550. fol.

Inter Stephanicas haec est celeberrima et in historia textus graeci scribenda post duas editiones principes longe maximi momenti. Cuius externam formam paucis accipe depictam. Praemittitur duplex praefatio Roberti, altera graeca altera latina, de consilio suo critico ad lectorem disserentis, tum Chrysostomi ὑπόμνημα περὶ τοῦ εὐαγγελίου, Eusebii epistola ad Carpianum cum eiusdem tabula canonum synopticorum, duplex μίναξ locorum V. T. in Novo vel verbo tenus vel liberius allegatorum, Henrici Stephani carmen graecum exhortatorium. Evangeliis singulis praefiguntur βίοι auctorum, Theophylacti prooemia, Actibus narratio brevis de itineribus Pauli et Euthahi notitia chronologica, Epistolis ὕποθέσεις, omnibus aulem libris ἐκθέσεις τῶν κεφαλαίων, veterum scilicet apud Graecos usitatorum. Margo exterior loca parallela, intεrior variantes lectiones exhibet, siglis codicum distinctas. De quorum ratione

supra laudatos scriptores adeas dudum libere et vere professos quid de Stephani methodo statuendum sit.

Est haec ipsa editio ex qua derivatur quem nostri *textum receptum* vulgo vocant, nomine rei minus bene aptato. Talis fuit eius apud plurimos autoritas, imo etiamnum est, ut nihil obstet quominus in sequentibus huius *tertiae* textum simpliciter Stephanicum appellem. Itaque diligentius eius caussas exponam oportet.

Quem si cum primum edito contuleris, tricies et octies Complutensem lectionem delevisse, Erasmicam adoptasse deprehendes (DEG$^{a-j.}$ H. U^{bfgls}), bis e contrario ab hac ad illam transiisse (O). Quod ad lectiones novas Stephanicas attinet ubique

[54]

facit cum secunda editione exceptis duobiis locis (W^{be}) in quorum posteriore ad veterem lectionem redit.

Sunt ergo in nostra editione lectiones Complutenses superstites quinquaginta et novem (FMNOPQU^{admq}), Erasmicae ducentae sexaginta septem, sexcentae quinquaginta duae tribus recensionibus communes et viginti duae novae Stephanicae, scilicet quae in secunda fuerant tredecim (W^{afghi}) et novem aliae:

W. k. 20.	Marc. 8, 13.	(414)	εἰς τὸ πλοῖον GKS (olim sine art. ML)
21.	Luc. 2, 20.	(415)	ἐπέστρεψαν (pro ὑπ.**)
22.	Act. 12, 25.	(Q^{k})	ἐξ ἱερουσαλὴμ **
23.	1. Cor. 15, 33.	(416)	χρῆσθ' L (pro χρηστὰ *)
24.	Phil. 2, 1.	(Beb. 7.)	εἴ τινα G^{1}KT^{0}
25.	2. Tim. 1, 12. 14	(W^{b})	παραθήκην . . . . . παρακαταθ.
26.	Ap. 7, 14.	(L^{c})	ἔπλυναν . . . . . στολὰς αὐτῶν G^{1}

27.	Ap. 10, 4.	(L^b)	μὴ ταῦτα γραψῃς GK[1]S
I. 28.	1. Petr. 3. 11.	(417)	om. ἀγαθὸν ζητησάτω.

Ex his patet Stephanum in tertia editione a prima quinquagies et sexies recessisse ita quidem ut lectionem meliorem tredecim in locis, peiorem in viginti et octo amplexus sit: in caeteris recentiores adhuc haerent. Quae si omnia sine ira et studio perpenderimus non immerito dicemus Stephani curas textui purius et rectius exprimendo minime profuisse. Adde quod eae curae non eadem cum sedulitate toti operi impensae fuere. Quae in Erasmicis lectionibus Stephanus mutavit ea fere in libris historicis reperies. Progrediente labore emendandi vel studium vel audacia editorem defecit, ita ut paucissimis exceptis Epistolae et Apocalypsis intactae relinquerentur. Itaque mihi persuadere nequeo quod V. D. Tischendorfius in editione sua a. 1859 (prolegg. p. 84) affirmat, Stephanum in Apocalypsi saepius ducos Complutenses Erasmo praetulisse. Nihil enim neque in praecedentibus suis editionibus neque in hac tertia a Complutensibus mutuatus est notatu dignum nisi quod ipse Erasmus iam quartae suae inseruerat.

9.* BABILEAE per Io. Opormum. 1552. 16.

Cf. Baumgartenii Nachr. VI. 201. Le Longius hanc non vidit. Titulus antiquorum aliquot exemplarium collatione multo quam antehac emendatiorem textum hic editum dicit. Quod ex mente editoris de Stephani labore intelligendum Viri docti sie acceperunt quasi Oporinus, vel quisquis operis corrector fuerit, ipse talia exemplaria in suum usum contulerit. Sed nihil tale affirmare poterat ille vir egregius nisi impudenter mentitum dicere velis. Est enim haec editio pure pute Stephanica tertia (uno loco excepto 1. Tim. 5, 21 Ald. Bryl.) cuius emendationes suas fecerat noster. Caeterum textus nudus exhibetur praemissa sola Stephanica tabula locorum ex V. T. allegatorum.

[55]

10.* BASILEAE per Nic. Brylingerum. 1553. 8.

Est Brylingeri graeca tertia Le Longio ignota quam Baumgartenius in Nachr. IV. 107, Groezius II. 11, Maschius p. 202, Rosenmüllerus p. 284, alius alium temere describentes, ad Erasmicam quintam conformatam dicunt. Quod titulus dicit, eam collatis non paucis venerandae fidei exemplaribus accuratissima lima editam, de his sentias quaeso quemadmodum de Oporiniana

modo memorata. Ipsam hanc Oporini editionem, non Stephani grandius et pretiosius volumen, descripsit Brylingerus, nam et in loco 1. Tim. 5, 21. cum illo consentit. Sed. Marc. 11, 8. legit στιβάδας (P. 266) quod Erasmicum et in prioribus Brylingerianis fuerat. In fronte exemplaris mei legitur I. Lorckii nomen αὐτὸ γραφον.

11. BASILEAE ap. Nic. Brylingerum, 1558. 8.

Unicum huius editionis bibliographis fere ignotae exemplar detexi in bibliotheca Darmstadtiensi et a praecedente vere diversum esse cognovi ex numero paginarum et vitiis nonnullis scripturae. Textus idem nisi quod hic 1. Pet. 2, 3. χριστὸς legatur quod Erasmicum est (U^{q}).

12. * FRANCOFURTI typis Wechelianis ap. Cl. Mamium et heredes Io. Aubrii 1601. fol.

Simpliciter describit Stephani tertiam cum utraque praefatione, Chrysostomi et Eusebii praemonitis, Henrici carmine, variantibus in margine positis caeterisque additamentis, textu nusquam mutato. Fusius de eadem agit Baumgartenius Nachr. IV. 380.

13. * LONDINI ap. Io. Billium. 1622. 8.

Editor Richardus Whitakerus. Hanc Maschius p. 224 et Dibdinus Introd. p. 82 ad P. Stephani editionem a. 1617 conformatam dicunt. Quod, si textum respexeris, minime recte dictum est. Scilicet hunc simpliciter ex Roberti Stephani regia descriptum deprehendi mutatis duobus locis in quibus ipse Stephanus postea novas easque peiores lectiones receperat (W. 30. 32). Textui nude per binas columnas et versiculis distinctis expresso subiiciuntur in calce libri Symbola vetera, notae criticae Roberti marginales, inscriptiones κεφαλαίων graecae, notae Scaligeri et Casauboni, βίοι evangelistarum, versus memoriales et πίναξ allegatorum. Editio parum elegans.

14. * ABGENTORATI ex offic. Io. Phil. Mülbii. 1645. 24.

Praefetus est Io. Henr. Boeclerus professor Argentoratensis qui se typographo optima quaeque exemplaria suppeditasse testatur atque collatis etiam manu scriptis membranis, ut emendatissima fieret editio, providisse. Quod cave ita intelligas ac si textum e codicibus emendare conatis esset. Solummodo historiam aliquam Pauli apostoli et prologum in Epistolas

graece conscriptum in calce libri post ἔκθεσιν κεφαλαίων addit ex M8. Margini loca parallela non vero variantes adscribuntur.

Textum describendum curavit ex Steph. III. a qua ter discedit, bis ad Steph. IV. vel si mavis ad Bezam aut Elzeviros, nam hi omnes in his locis consentiunt (W. 30. 32) semel ad Brylingerum (β. 4). Exemplar meum olim Lorckianum fuit. Misere fallitur Vir doctissimus T. F. Dibdin I. 86 qui editorem suum textum ex Elzeviriana secunda repetiisse sibi persuasit.

15.* LONDINI ιmp. Tho. Roycroft. 1657. fol.

LONDINI ap. S. Smith et Benj. Walford. 1698. fol.

Est is tomus quintus operis polyglotti Waltoniani omnium eiusdem generis praestantissimi , in quo quid a viris doctis Angliae luminibus, inter civiles discordias literis sacris promovendis unice intentis, praestitum sit, quantaque indc in Brianum Waltonum, postea episcopum Cestriensem, instituti auspicem et moderatorem laus redundet, ab aliis saepius dictum repetere huius loci non est. Cf. prae ceteris Le Longium, Maschium, et Dibdinum nec non rei isagogicae scriptores. Nos paucis pro nostro instituto rem absolvere poterimus quum textum graecum N. T. simpliciter ex Stephano descripserint editores, quippe quibus non novam aliquam recensionem ex fontibus elicere propositum fuerit, sed potius adparatum quam maxime locupletem veteri textui eique eruditorum usu commendato subiicere. Itaque presse sequuntur Stephanicam tertiam quam tamen tribus locis deserunt (H. 68. J. 122. 123) ad Complutensem transeuntes. Exstant exemplaria N. T. separatim editi cum novo titulo a. 1698 de quibus vide Lorckii BG. I. 72.

§ 3. EDITIO CRISPINI.

16.* [Sine loco.] παρὰ Ιωάννῃ τῷ Κρισπίωῳ. ᾳ. φ. ω. γ.

[i. e. Genevaε ap. Io. Crispinum 1553]. 16.

Io. Crispinus vir doctus variisque scriptis clarus Parisiis religionis causa relictis Genevae typographicam artem exercuit ibique a. 1572 diem supremum obiit. Plura dabit Haag, France protestante s. h. v. Editioni suae huic primae (secunda enim ad aliam classem pertinet), praefationem latinam praemisit, in margine addidit varias lectiones et loca quae dieunt parallela. Capitibus singulis graece κεφαλαίων argumenta praefixit. Versiculorum numeri pro veteri more absunt. Typis nitidissimis Stephanicis usus est. Plane futilibus de caussis Maschius p. 218 et Goezius p. 46 duas eiusdem anni Crispini editiones fuisse

suspicantur. Idem Maschius propter illa additamenta et textus peculiarem recognitionem de qua autores plura et nimia, Crispinianam editionum familiam seorsim recenset. Immerito sane. Textus nostrae simpliciter ex Stephani tertia descriptus, mutatis sex locis:

1.	Matth. 6, 6.	(P. 277)	ταμεῖον Eras.
2.	Matth. 21, 7.		ἐπεκάθησεν Gerb.
3.	Matth. 24, 31.	(G. 47)	καὶ φωνῆς ex Steph. I.
4.	Luc. 2, 20.	(W. 21)	ὑπέστρεψαν ex ead. vel Er.
5.	Luc. 17, 36.	(J^n)	add. versum ex Steph. IV.
6.	Io. 14, 1.	(P. 282).	add. καὶ εἶπε cett. Erasm.

Ad quae efficienda hercle codicum mss. auxilio opus non erat Addo 1. 1. Pet. 3, 7. vitio scriptum esse ξωῆς quod in tribus editionibus proxime laudandis religiose servatur.

17.* TIGURI ap. Froschaverum. 1559. 8.

Secunda Froschoveri editio. Priorem vide supra in Bebelianis. Haec accurate ad Crispinianam expressa tam quoad textum quam quoad additamenta. Abest tamen praefatio et in fine adduntur carmina graeca Evangeliorum Actuum et Epistolarum laudes canentia. Observavi tres lectiones quas nescio omnes de proposito an casu illatas dixerim: Io. 1, 28. (G. 64) βηθβαρᾶ, 1. Tim. 4, 1. (J. 118): πνεύματι πλάνοις, et 1. Pet. 2, 3. χριστὸς (U^q).

18.* TIGURI ap. Froschoverum. 1566. 8.

Textum praecedentis eum suis mendis describit, corrigit tamen 1. Tim. 4, 1. πνεύμασι. Facile distinguitur a praecedente eo quod loca parallela margini latine adscribit, quae in priore graece exhibebantur. Possideo tertium exemplar in quo nescio quo casu plagula prima (a.) ex hac ultima editione desumpta est, caeterae omnes (b - Aa) ex illa secunda.

19.* BASILEAE per Nic. Bryling. 1563. 8.

Est haec quinta Brylingeri mere graeca editio; priores supra in aliis familiis habuimus. Fideliter ea, non ex Crispiniana ut viris doctis visum, sed ex Tigurina a. 1550 descripta est cuius omnes peculiares lectiones seu potius errata retinuit. In l. Marc. 6, 33. habet illud pluribus Brylingerianis commune προσῆλθον (β. 4).

20.* LIPSIAE in officina Voegeliana. 1563. 8.

Qui de hac editione scripserunt Baumgartenius in Nachr. IV. 108; Goezius p. 46, Maschius p. 220, Rosenmüllerus I. p. 299 omnes ad a. 1564 referunt. Sane hic anni numerus legitur in calce, sed in fronte meum quidem exemptar, Lorckii autographo insigne, distincte praebet 1563. Absunt carmina.

Sequitur praecedentem sicut et alibi (Cap. VI. § 1) necessitudinem quandam inter utramque officinam Brylingeri et Voegelini observabimus. Est tamen mirum quantum pulclrior Basileensi. Corrigit 1. Petr. 2, 3. χρηστὸς; 2. Tim. 4, 13. scribit φαιλώνην quod iam Haultini Ed. 1549 habuerat; 1. Petr. 2, 21. dat ἡμῶν ὑμῖν (G. 51) cum Steph. I.; Act. 12, 25. et Apoc. 6, 11. (L[a] O[a]) transit ad Erasraum. Denique novam lectionem et recentiorum plurimis probatam exhibet:

(418) Ioh. 18, 1. τοῦ κέδρων (pro τῶν κ.).

21.* LIPSIAE sumptibus Val Voegelini. 1595. 8.

In fine scribitur: imprimebat Michael Lanzenberger 1594. Hinc error quorundam duas editiones ex una facientium. Mere graeca est ut praecedentes et ab ea quam ultimo loco recensuimus nusquam diversa. Graeco-latinam eiusdem anni et officinae habebis in Brylingeriana familia.

§ 4. EDITIO R. STEPHANI QUARTA.

22.* [Sine loco] ex officina R. Stephani. 1551. 16.

Haec ultima R. Stephani patris editio a prioribus differt non solum adposita duplici interpretatione latina sed et versiculorum distinctione quam hac prima vice textui graeco editor noster obtrusit triste lumen nec posthac exstinguendum. Praemittitur nova praefatio, subiicitur Index latinus rerum et verbrum locupletissimus, accedunt harmoniae evangelicae II. IV. Caetera additamenta absunt. Nomen urbis Genevae in titulo non indicatur sed ex historia officinae Stephanicae notum. Le Longius narrat se plura exemplaria vidisse quae annum 1541 profiterentur, partim abrasa litera X ut 1551 restitueretur. Quod sphalma operarum fuisse debet quum de anno 1541 ne cogitari quidem possit. In meo exemplari distincte legitur MDLI. Editio caeteris Stephanicis multo rarior et minus elegans.

Sex tantum locis differt a tertia sed seorsim eam recensemus quia his maxime mutatis familiam ducit.

W. m. 29.	Matth. 21, 7.	ἐπεκάθισαν (R. 312. U^m)	c. Er. III.
30.	Matth. 23, 13. 14	(N)	transit ad Er.
31.	Matth. 24, 15.	(W. 9)	cum Steph. I.
32.	Luc. 17, 36.	addit versum (J^n)	ex Cpl.
n. 33.	Col. 1, 20.	(419)	om. δὶ αὐτοῦ (prob. L^2T^0)
o. 34.	Ap. 3, 12	(420)	λαῷ (pro ναῷ) vitio deinceps latissime propagato.

23. [Sine loco] ap. Io. Crispinum. 1564. 16.

* [Sine loco] παρὰ Ἰωάννῃ τῷ Κρισπίνῳ. ᾳ. φ. ξ. ε.

Est Io. Crispini Genevensis secunda in qua omnia sunt graeca, titulus, praefatio, carmina et πίναξ locorum V. T., preca-

[59]

tiones calci additae, non vero capitum argumenta neque loca parallela margini adscripta. Maschius p. 219 et Baumgartenius in Nachr. VI. 202 ad a. 1564 referunt; Le Longius habet utrumque numerum unam eandemque editionem esse affirmans. In meo exemplari scribitur in titulo A. Φ. Ξ. E., sed aliud vidi Basileae in cuius tilulo latinis literis scribitur M. D. LXIIII. in fine graecis: ἔτει ᾳ. φ. ξ. δ. Mei exemplaris folium ultimum periit.

Textum refert Stephani IV. exc. Col. 1, 20. (W^n), Luc. 1, 35, (β. 1. γενόμενον ἅγιον) et tertio loco ubi novam lectionem recentioribus tantum non omnibus probatam prima et inter antiquiores fere sola exhibet;

(421) Act. 7, 48. om. ναοῖς.

24. * BASILEAE per Petrum Pernam et Theob. Dieterich. 1570. fol.

Egregium hoc opus continet praeter textum graecum et Erasmi versionem emendatam Matthiae Flacii Illyrici, viri post medium saeculum XVI. inter theologos Lutheranos celeberrimi, glosam quam dicit compendiariam sive commentarium singulis capitibus adiectum, de quo adeas R. Simonem in hist. verss. c. 22 et hist. comment. c. 47, tum Baumgartenii Nachr. II. 20.

Textus minime Erasmicus quod Maschio placuit p. 297, sed Stephanicus ad quartam editionem expressus excepto eodem 1. Col. 1, 20, cuius lacunam merum vitium habebat autor. Praeterea ab eadem discedit locis hisce: Luc. 1, 35. γενόμενον (β. 1); C. 22, 12. ἀνώγεων (Beb. 4) Ioh. 14, 1. (Erasm. P. 282), Iac. 4, 6. (Erasm. Q. 297). Plane singulariter legit Matth. 7, 12. (J^b) τοῦτο γὰρ ἐστὶ et vitiose Iac. 4, 2. φρονεύετε. Denique Matth. 1, 11. inserit membrum integrum cum nomini ἰακεὶμ, quod infra in Bezanis frequenter repetitum videbimus, unde etiam huc irrepsit. Similem emendationem tentaverat Colinaeus (V. 16).

25.* FRANCOFURTI ap. Io. Beyerum cett. 1659. fol.

Iterata editio operis Flaciani textu vel in mendis servato. Cf. onmino Baumgartenii Nachr. II. 484.

26.* LOVANII typis Aegidiae Denique. 1700. 12.

Solum evangelium secundum Lucam, in usum studiosae iuventutis Gymnasii SS. Trinitatis editum, continet hic libellus quem tamen a nemine unquam laudatum silentio praeterire nolui, tum ob summam eius raritatem, tum quia Stephani quartam presse sequitur a paucioribus tantum descriptam. Textui subiunguntur Symbola Athanasii et Apostolorum quae dicuntur, et Decalogus, omnia graece.

[60]

§ 5. EDITIONES SELFISCHIANAE.

27. VITEBERGAE impensis Sam. Selfisch. 1583. 8.

* AMSTELODAMI typis Iegerianis. 1583. 8.

De hac editione nulli omnino bibliograpliorum cognita opus est ut paullo fusius disseram. Maschius (p. 303) editionem eiusdem Selfischii nactus quae annum 1605 profitetur, quum in praefatione legeret esse secundam ab eodem editore procuratam, audacter primam anno 1604 adsignavit quam *paene* ignotam appellat. Sane ex praefatione *secundae* absque omni dubio primae exsistentia colligitur, verum de anno ibi nihil. Iam equidem mihi aliquid certius de hac re afferre posse videor.

Exstat in collectione mea exemplar quoddam in cuius fronte simpliciter legitur: Novum Iesu Christi Testamentum graeco-latinum Des. Erasmo interprete. Amstelodami typis Iegerianis anno 1583. Titulus hic in charta belgica bona et alba exscriptus, liber ipse in foeda et subcana quae veterem nostram Germaniam olet eiusque artem typographicam , qualis tunc temporis fuit, noscentibus primo obtutu repraesentat. Praefationem praemittit typographus ex qua sequentia notes velim: "*materiarum biblicarum in capita non solum sed et in versiculos destinctionem utilissimam esse nemo non videt .... quod quum mecum perpenderem decrevi et ipse tandem N. T. ita distinctum in lucem emittere. Et quoniam in translatione latina voces interdum occurrunt quae non sunt in graeca (sic) . . . . has singulari typorum genere* [eo scilicet quod nos cursivum sive italicum appellamus] *procudendas curavi. Addidi materiarum similium* [i. e. locorum parallelorum] *harmoniam in margine. Vitas evangelistarum et*

apostolonm adieci. Singulis capitibus summaria praemisi . . . . addita est etiam summa brevis totius religionis, nec non explicatio vocabulorum difficiliorum ordine alphabetico tractata caett." Patet ex his typographum versiculorum distinctione adhibita novum aliquid et sibi gloriosum fecisse sibi visum esse, quod tamen inter Reformatos per Bezam iam dudum vulgatum fuerat, minime vero in coetibus Lutheranorum, apud quos ea aetate editiones graeco-latinas nullas in usu fuisse memineris nisi eas quas plures fecerat Voegelinus Lipsiensis (Cap. VI. § 1) quae omnes ea distinctione carent, sed habent Erasmi versionem et argumenta, harmoniam in margine, vitas evangelistarum et indicem latinitatis theologicae ut nostra quoque. Sequitur, eum qui talia promiserit typographum non Amstelodami sed in Germania Lutherana quaerendum esse. Iam cum istis quaeso conferas quae Erasmus Schmidius, literarum graecarum professor Vitebergensis, de editione Selfischii Secunda a. 1605 emissa praefatur: "*Edit nunc iterum. . . . S. Selfisch N. T. gr. lat. non tantum typo eleganti . . . . sed et versiculis distinctum, vocularum latinarum quas ad sensum exprimendum assumere opus fuit modo graphico discretum, materiarum similium harmonia. . . . .*

[61]

correcta et locupletata ad marginem illustraium, denique et evangelistarum atque apostohrum vitis et singulorum capitum ὑποθέσεσι et totius religionis christianae . . . . ἐπιτομῇ et vocabulorum difficiliorum catologo secundum ordinem alphabeticum congesto auctum." Tum pergit: *"Tu lector his . . . utere et Selfischio nostro iam seni bene precare.*"

Nemo est quin videat huius praefationes scriptorem non solum de editione loquutuni esse mirum in modum cum illa Amstelodamensi conveniente, sed eiusdem praefationem ad verbum descripsisse. Quod maxime ex eo apparet quod de vitis apostolorum additis fabulatur professor noster, ignari typographi nugas temere suas faciens. Sunt enim non vitae apostolorum sed Erasmi argumenta Epistolis praefixa. Denique, ut omnia dicam quae sentio, inter primam et secundam Selfischii editionem multo plurium annorum spatium intercessisse oportet quam quod Maschius voluit ex ingenio suo anno 1604 priorem vindicans. Nam Schmidius iubens lectorem bene precari Selfischio *iam seni*, minime videtur virum innuere qui anno superiore semet ipsum lectoribus commendaverit operi suo praefatus, et iam alieni indigeat stili quasi propria vi destitutus, iterum illud iisdem oblaturus.

Itaque dum quis meliora adtulerit tu his utore mecum : Selfischius Vitebergensis a. 1583, vel etiam antea, primam N. T. sui graeco-latini editionem in lucem emisit, cuius exemplaria vel annuente vel ignorante editore, Amstelodami novo titulo ornata sunt et sic in Belgio facilius divendia. Exemplar cum titulo Vitebergensi nemo habuisso videtur inter eos qui de his rebus scripserunt, neque ipse usquam in ullum incidi. Sed et Iegerianum meum, quantum scio, hodie in bibliothecis sui generis unicum est.

Ex modo dictis simul constabit falso hanc editionem dici Er. Schmidii fuisse. Nam qui editioni secundae praefatur laudem operis omnem in typographum confert, sibi nullam vindicat.

Textus familiae Selfischianae Stephanicus est ex ed. a. 1551 desumptus cuius lectiones peculiares (W^{mno}) omnes adsunt in plurimis editionibus hic recensendis. Habeut eaedem quatuor lectiones hasce probabiliter ex Brylingerianis repetitas:

σ. 1.	Matth. 6, 6.	(P. 277)	ταμεῖον
2.	Marc. 4, 21.	(U. 6)	καὶεται
3.	Act. 12, 25	(O. 262)	παῦλος
4.	Act. 21, 3.	(G. 59)	ἀναφανέντες.

Quae etsi diversae originis in edd. Brylingerianis utriusque seriei (Cap. II. § 5. C. VI. § 1) aeque habentur.

[62]

28. * WITEBERGAE. typia Laur. Seuberlich impensis Sam. Selfiseh. 1605. 8.

WITEBERGAE. typis Laur. Seuberlich impensis Sam. Selfisch. 1606. 8.

Una eademque est editio de qua ad praecedentem illustrandam iam satis dictum. Est priori in omnibus simillima quatuor lectionibus selfischianis quintam addens hanc, item Brylingerianam.

σ. 5. Rom. 16, 3. (P^{g}) πρίσκαν.

Exemplar cum nota a. 1606 vidi Darmstadtii sed ex accuratissima collatione cum meo non diversum esse cognovi. Meum olim Lorckii fuerat.

29. * WITEBERGAE typis haeredum Seuherlichii impeneis haeredum Selfischii. 1618. 8.

Exemplar meum titulo mancum est, sed integrum olim habui Stuttgardiae. Lectiones Selfischianae adsunt quinque, sed in W. 30 et 33. familiam suam deserit. Caeterum praecedenti similis.

30. * WITEBERGAE sumptibus haeredum Selfischianorum. 1623. 8.

Praecedentem fideliter describit, si unum locum exceperis in quo ab eadem discedit (Matth. 21, 7. ἐπεκάθησαν).

31. * GISSAE Hassorum ex offic. Iow. Dit. Hampel, 1669. 4.

** FRANCOFURTI ad M. ap. Blth. Cph. Wust. 1673. 4. (vel 8).

Una eademque editio quod nemo adhuc vidit, cf. Maschium p. 298 seq., Baumgartenii Nachr. IV. 101. Typographus Grissensis textum Selfischianum primarium anni 1583 cum versione descripsit, caeteris additamentis omissis; praemissa tamen praefatione breviori in qua consilii sui rationem exponit. Adsunt loca parallela in margine, variantes lectiones textui subiiciuntur. Wustius exemplaribus a Gissensi editore redemptis denuo addidit Summam doctimae christianae et Erasmi argumenta in Epistolas non suis locis inserta sed in capite voluminis Matthaeo praemissa, et in calce indicem theologicum. Margo paullp latior est, ita quidem ut textus per se formam octonariam maiorem, charta quaternariam exhibeat. Scilicet editor iuvenes studiosos invitat ut notas cx autoribus conquisitas pro more eius saeculi tali margini inscribant, quod ipsum in meo exemplari Francofurtensi rarius factum video, in Gissensi nusquam. Exstare videntur exemplaria maioris etiam formae. Lorckianus catalogus quatuor recenset, Gissense in fol. in 4. et in 8. et Francofurtense in 4. Ipse vero et hoc habeo charta minori impressum. Notandum tamen ultimam plagulam (p. 713 et 714) a Wustio recusam esse

quae in Gissensi libro vere ultima est, in Francofurtensi vero indicem addente tres alias integras post se habet.

Unicam observavi mutationem in textu. Col. 1, 2. Stephanicum κολασσαῖς vulgari cedit lectioni.

32.* ARGENTORATI excud. Theodos. Rihel. (Sine anno.) 8.

Etiam hac de editione fere omnia falsa apud nostros. Le Longius eam ignoravit, Knochius p. 447 ad a. 1675 detrudit, Goezius (II. 12) scribit Baumgartenium eam rectius inter a. 1591 et 1618 collocasse mediam. Verum hic in libro suo (Nachr. II. p. 16) de anno omnino nihil, et mero casu accidit ut notitia de ea conscripta sequatur aliam ad editionem a. 1591 nescio quam pertinentem, praecedatque tertiam textum a. 1618 aliquem impressum illustrantem. Maschius denique Rihelium acriter increpat quod quae Er. Schmidius praestiterit sibi ipsi in praefatione tribuerit. Quae tu ex supra ad a. 1583 dictis facile suae veritati restitues.

Nempe ista Rihelii editio purum putum ἀπόγραφον est primae Selfischianae quam modo descripsimus, cuiusque praefationem a typographo Vitebergensi, minime vero a Schmidio praefixam, adeoque omnia in eadem promissa lectoribus offert traditque insignis tum temporis librorum variorum editor, illustrioris etiam Wendelini Rihelii haeres, qui tamen in hoc N. T. nostrae aetatis iudicibus fur et latro audiret, non maiori quidem iure quam tot alii iam a nobis in hoc opusculo laudati vel etiam laudandi. Iam quum Theodosius noster artem suam Argentorati ab a. 1571 ad a. 1596 exercuerit, Selfischii exemplar autem circa a. 1583 lucem viderit, Riheliani aetas satis accurate definiri potest et omnino fallitur Maschius qui post a. 1605 illud vulgatam fuisse ex collatione cum Selfischiana secunda conficere vult. Cuius tamen definitio in catalogos plurimarum bibliothecarum transiit.

Textus Selfischianus est qualem ad a. 1583 habuimus. Ter a suo fonte recedit: Matth. 21, 7. ἐπεκάθησαν, (U^{m}), Marc. 6, 33. προσῆλθον (β, 4), Matth., 24, 15. ἑστὸς (cf. W. 9). Quae tres lectiones diversae originis in nulla editione alia simul obviae sunt nisi in Brylingeriana a. 1548 ex qua fortasse corrector operis eas desumpsit. Quod Act. 17, 25. legitur πνοὴν πάντα ad Bezam (X. 19) nihil facit, vitium est omisso κατά.

Caeterum inter omnes superioribus saeculis editas, haec sola est quae anni nota careat.

33.* HAMBURGI ap. Iac. Lucium. 1596. fol.

Editio trilinguis quae proprie pars sexta est operis biblici graeco-latino-germanici a Davide Woldero procurati de quo vide Knochium p. 32, Goezium I. 4. 16, Baumgartenium in Nachr. I. 306, Maschium p. 387. Etiam haec quoad textum graecum

[64]

N. T. Selfisψhianam primam sequitur, mutatis quataor locis: ter a Stephano ad Erasmum sive mavis Bezam desciscit (M. 258. Q. 230. W. 28) semel a Selfischiana (σ. 3) ad Stephanum (O. 262).

Vides textum Stephanioum purum et primarium variis in terris et diutius repetitum fuisse, rarissime quidem a catholicis, verum iam saepius a Lutheranis qui antea N. T. graece edendi minime curam habuerant. Et si Millii exemplar, de quo alio loco dicemus, huic familiae adiungere volueris, quod sane non immerito feceris, eam usque ad nostra tempora pertinere et vulgi studiis inservire videbis.

CAPUT VI. EDITIONES ERASMO-STEPHANICAE.

§ 1. EDITIONES BRYLINGERIANAE GRAECO-LATINAE RECENTIORES.

Hic habes secundam seriem tibi supra Cap. II. § 5 promissam editionum Brylingerianarum graeco-latinarum, primae forma, typis additamentis, numero paginarum simillimam sed in textu constituendo vere aiiam et novam. Scilicet hic ab initio statim plures lectiones Stephanicae Erasmicis miscentur, ita quidem ut in sequentibus editionibus illarum numerus sensim augeatur, harum minuatur.

1.* BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1553. 8.

Locis octoginta et duobus Erasmi V. et Stephani IV. altera ab altera discedebant, ut supra vidimus. Ex his sunt quinquaginta tres in quibus haec prima editio Erasmum sequitur (F. G^{k}. M. N. O^{a}. P. 266. 269. 272. $P^{efg.}$ $Q^{ab.}$ Q. 300. U. 1. 6. 7. 9. 11. 32. W. 2. 4. 5. 6. 10. 12. 14. 17. 18. 21. 23. 28.), vicies et septies ad Stephanum transit ($O^{b.}$ P. cett. Q. cett. U. 10. W. 1. 3. 13. 20. 24. 26. 27. 29. 31. 32.). Praeterea adsunt nonnullae lectiones aliunde petitae vel Brylingerianis libris propriae quas ex parte iam supra memoravi, hic tamen, ut collatio facilius procedat, breviter in censum revocabo. Adsunt nimirum Bryling.

1)	Luc. 1, 35.	γενόμενον ἅγιον.
2)	Marc. 16, 8.	ταχέως.
3)	2. Petr. 2, 18.	ὄντας.
4)	Marc. 6, 33.	προσῃλθον.
5)	Marc. 14, 15.	ἀνώγεων.

Quibus accedunt:

β. 8.	Marc. 14, 32.	(U. 8. W. 19)	ἕως ἀπελθὼν προσεὺξωμαι ex Bebel. (Bryl. 1546 ss.)
9.	Act. 2, 31.	(A$^{h.}$ W. 15)	ἐγκατελείφθη ex Bebel. (Bryl. 1542 ss.)
10.	Act. 21, 3.	(G. 59)	ἀναφανέντες (Bryl. 1546 ss.)
11.	1. Cor. 12, 2.	(S. 318. U$^{s.}$)	ὅτι ὅτε ex Bebel. (Bryl. 1542 ss.)
12.	Col 1, 2.	(J. 216)	κολοσσαῖς (Bryl. 1546 ss.)

[66]

13.	1. Tim. 5, 21.	(Ald. 6)	πρόσκλησιν (Bryl. 1546 ss.)
14.	Iac. 4, 2.	(U^{h})	φθονεῖτε ex Bebel (Bryl. 1542 ss.)
15.	Matth. 21, 7.	(R^{c}U^{m})	ἐπεκάθισαν ex Bebel. (Bryl. 1542 ss.)

2.* BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1556. 8. Le Longio ignota. A praecedente nusquam discedit.

3.* BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1558. 8. Erasmicum ἔθηκαν Io. 20, 12. in Stephanicum ἔκειτο mutat, caeteris intactis. (P. 269).

4. BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1562. 8.

Collatum est in meum usum exemplar in bibliotheca publica Lugdunensi adservatum, postea aliud Darmstadtiae ipse accuratius inspexi. Haec quarta editio huius classis plures habet novas lectiones scilicet quatuor quae deinceps in sequentibus omnibus servantur, omnes Stephanicae pro Erasmicis (M. 260. Q. 293. 300. U[a]) et septem alias eadem lege commendatas quae non ultra editionem proxime recensendam inveniuntur (M. 258. P. 278. 280. 289. Q. 298. W. 14. 23).

5.* BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1564. 8.

Praecedentem accuratissime in omnibus sequitur. Prima haec Bom. 11, 6. vitiose scribit εἰ δὲ ἔργων omisso ἐξ quod mendum sequentes religiose tuentur.

6.* LIPSIAE in officina Voegeliana. 1563. 8.

Haec iam saepius Erasmum valere iubet, Stephano calculum adiectura. Scilicet ex lectionibus Stephanicis in editione anni 1562 prima vice occurentibus quatuor priores suas facit iisque sex alias eiusdem generis iungit (P. 266. 272. U. 9. 32. W. 2. 4) quae et ipsae in sequentes editiones transierunt. Praeterea nonnullae adsunt alius naturae. Delentur lectiones Brylingerianae β. 12. 15. pro Stephanicis; porro introducuntur novae.

β. 16.	(K. 241) Apoc. 3, 1.	add. ἕπτα (antea Cpl. Col.)
17.	Io. 18, 1.	τοῦ κέδρων quod dederat Voegeliana gr. 1563.

Cap. V. § 3)

18.	(422) Matth. 27, 9.	ἱερεμία pro ἱερεμίου.
Denique haec prima vitiose scribit	Luc. 1, 35. (β. 1)	γενώμενον.

7. LIPSIAE in officina Voegeliana. 1565. 8.

Contuli exemplar Lorckianum Stuttgardiae cf. ei. BG. II 44. In omnibus consentit cum praecedente exc. uno loco Matth 3, 8.

[67]

ubi haeo sola legit παρπὸν ἄξιον (H. 67) quod miror, quum illo tempore lectio illa Complutensis praeter Stephani primam et apud Colinaeum in nullo libro recepta exstiterit.

8. BASILEAE ap. Nic. Bryling. 1566. 8.

Exstat Heidelbergae. Habet omnes lectiones duarum editionum Voegelinianarum proxime praecedentium exc. Io. 18, 1. et Matth. 3, 8. Eadem de causa non habet illas septem in ed. Brylingeriana anni 1562 ultimo loco memoratas et 1564 iteratas. Nihilo minus nostram ex alterutra harum descriptam esse censeo ita quidem ut ex exemplari Voegeliniano textus corrigeretur. Nam hinc inde reperiuntur vitia scripturae his tribus solis communes ex gr. Matth. 6, 6. σαμεῖον, Io. 20, 12. ἔκητο. Recipit etiam Voegelinianam scripturam Luc. 1, 35.

deinceps servandam. Praeterea unicam observavi lectionis varietatem 1. Marc. 14, 32. Brylingeriana (β. 8) in Erasmicam (U. 8) mutata.

9.* LIPSIAE typis Voegelianis (in fine: impr. per Andr. Sehneider.) 1570. 8.

Videtur Brylingerianae modo laudatae vel si mavis Voegelinianae praecedentis apographon. Singulares duae lectioncs supra memoratae et menda illa absunt. Servatur Erasmica scriptura in U.8, restituitur lectio Brylingeriana β. 12, deletur eadem β. 11.

10. * BASILEAE per haeredes Nic. Bryling. 1571. 8.

Maschius p. 296 hanc Brylingeri ultimam dicit, sequentem solam haeredibus inscribens. Sed iam nostra post fata viri lucem vidit Sequitur textum ed. 1570 sed lectionibus Stephanicis addit 1. Cor, 15, 33. χρῆσθ' (W. 23) et Col. 1, 2. κολασσαῖς (cf. §. 12).

11.* - BASILEAE per haeredes Nic. Bryling. 1577. 8.

Sequitur praecedentem restituta tamen ter lectione Erasmica (L$^{bc.}$ P. 271).

12.* LIPSIAE impr. Io. Steinmann. 1578. 8.

In titulo apparet insigne officinae Voegelinianae, arca foederis cui superimpositus est Christus in cruce pendens et sub qua mors et serpens conteruntur. Et facile primo obtutu hanc quoque superioribus germanam esse tibi persuadebis, etsi multo minus deformem.

Textus sumit ex Voegeliniana a. 1570 ita tamen ut Marc. 14, 15. et Col. 1, 2. (β. 5. 12) a Brylingeriana lectione ad Erasmicam transeat contra Marc. 14, 32 et 1. Cor. 12, 2. (β. 8. 11) ab hae ad illam.

13.* LIPSIAE impr. Io. Steinman. 1582. 8.

Titulus ut in praecedente. Textus ex ed. 1570 desumptus ita ut quatuor lectiones a. 1578 hic non adsint. Corrigit tamen Matlh. 27, 9. (β. 18). Novum vitium introducit in sequentibus servandum:

β. 19. 1. Cor. 7, 37. ἑδραίως..

14.* LIPSIAE impr. Io. Steinmann. 1588. 8.

Accuratissime e praecedente descripta, si unicum 1. Matth. 27, 9. exceperis in quo ad Brylingerianam scripturam redit.

15.* LIPSIAE impr. Michael Lanzenberger. 1591. 8.

Repetit praecedentem mutatis Marc. 14, 32. et 1. Cor. 12, 2. in quibus ad ed. 1578 transit. Matth. 1, 18. habet singularem lectionem γένεσις pro γέννησις, quod antea in una tantum fuerat, Vignonii prima a. 1574, neque deinceps receptum est sed hodie multis probatur.

Exemplar meum in fronte nomen Lorckii αὐτόγραφον exhibet.

16. LIPSIAE typis Voegeliania. 1594. 8.

Accepi ex bibliotheca armamentarii Parisiensis exemplar Voegelinianum cuius titulo anni designatio inscripta est nulla. Ultimum autem voluminis folium, ubi typographus ille librorum suorum cunas et natales indicare solebat, deperditum esse videtur. In fronte tamen manus coaeva annum 1594 significavit et Oratorii Parisiensis bibliothecae hoc exemplar fuisse testata est. Iam quum Iac. Le Long. eiusdem oratorii presbyter ex bibliotheca ordinis sui editionem Voegolinianam anni 1594 recenseat graeco-latinam, fortassis eius tempore folium illud nondum abscissum fuerat. Certe liber hic a caeteris omnibus Voegelinianis diversus quoad formarum compositionem, quanquam externo habitu iisdem simillimus. Quantum ad textum, proxime accedit ad ed. a. 1578 a qua uno tantum loco discrepat. (Marc. 14, 15. ἀνώγεον.)

17.* LIPSIAE impr. Michael Lanzenberger. 1599. 8.

Haec ultima, si temporum rationem habueris, ditissimae seriei Brylingero-Voegelianae editio omnibus in locis, in quibus huius familiae libri inter se differunt, cum ed. a. 1582 facit exceptis duobus: Luc. 1, 35. haec sola veram scripturam γεννώμενον restituit, 1. Petr. 2, 3. Χριστὸς olim Erasmicum, sed inde ab a. 1563 eiectum. Sed fontem proximum nostrae fuisse priorem eiusdem typographi (1591) demonstrat 1. Matth. 1, 18. Editiones Lanzenbergeri habent in fronte insigne Voegelini.

[69]

18.* BASILEAE ex officina Brylingeriana per Leonhardum Ostenium. 1586. 8.

Haec editio in tota hac familia sola est quae textum graecum absque versione exhibet typis paullo maioribus expressum, sola quoque quae versiculorum distinctionem et numeros accepit. Item prima omnium est quae textum in binis columnis disposuit. Margini inscriptae sunt variae lectiones et loca parallela. Exemplar meum in fronte gerit nomen Io. Sauberti theologi quondam apud Brunsvicenses clarissimi αὐτόγραφον.

Etiam textus non plane intactus mansit sed in ipso titulo sub Aristarchi limam revocatus dicitur. Quisnam autem iste fuerit ambigitur. Maximo convenit cum ed. a. 1570, habet tamen nonnullas alias lectiones (Matth. 21, 7. ἐπεκάθησεν, Marc. 14, 15. ἀνώγεον, ib. v. 32. προσ εύξωμαι, Act. 24, 22. ἀνεβάλετο, 1. Cor. 15, 33. χρπῆσθ' 2. Cor. 2, 3. ἔχω, 2. Petr. 1, 8. ἀκάρπους, Ap. 6, 11. ἐδόθησαν αὐτοῖς) quarum plures hinc inde in Brylingerianis graeco-latinis invenimus, quae tamen omnes ab editore facillime ex una eiusdem officinae editione mere graeca anni 1563 (Cap. V. § 3) huc transferri poterant. Corrigit etiam vitia Matth. 27, 9. et Rom. 11, 6.; Luc. 1, 35. redit ad β. 1. Philem. 7. assumit χαρὰν olim Complutensium nunc Bezanum, denique 1. Petr. 3, 21. exstat lectio plane singularis ὁ καὶ ὑμᾶς ἀντ. νῦν hodie quibusdam probata. ($S^{f.}U^{i.}X^{e.}$)

19.* BASILEAE ex officina Leonh. Ostenii, 1588. 8.

Graece et latine, versiculorum numeris latino textui insertis. Typi veteres et miserabiles Brylingeri cuius officinam Ostenius haereditario iure possedit. Numerus paginarum non idem atque in omnibus hucusque recensitis editionibus graeco-latinis huius familiae et

Brylingerianae primae. Praemittitur chronologia N. T., praefatio Vincentii Pralli Hamburgensis ot Symbola vetera fidei christianae.

Textus e praecedenti desumptus quatuor locis exceptis in quibus veteres lectiones Brylingerianae servantur: (β. 1 et Er. Q. 298. S. 324. L. 254.)

20. FRANCOFURTI ap. Zach. Palthen. 1596. 8.

Hanc quoque graeco-latinam Stuttgardiae repertam et cursim inspectam ad Brylingerianas pertinere vidi quarum lectiones peculiares omnes habet, vitia vero emendat. Notavi tamen aliquot variantes ab illa familia alienas: Ap. 14, 5. (J. 182) ψεῦδος quod praeter Complutenses adhuc nemo receperat; Iac. 4, 6. (Q. 297) ubi omnes Brylingeriani libri Erasmi sphalma servaverant; Matth. 24, 15. ἑστὸς, quod iidem inde ab a. 1553 mutaverant.

[70]

21.* FRANCOFURTI ap. Io. Andr. et Wolfg. jun. Endteri haeredes. 1661. 8.

Editio omnibus qui de N. T. scripserunt ignota et sane singularis. Textum ηabet Brylingerianum quem illo saeculo nemo typis edidit et quidem ex praecedento Paltheniana absque mutatione repetitum. Cui addit summam doctrinae christianae, indicem tbeologicum et versionem Erasmi, quae omnia in editionibus Selfischianis habentur; versiculos tamen non nisi numeris inter binas textuum columnas positis distinguit.

§ 2. EDITIO CHEMNITIO-LYSERIANA.

Inter opera Lutberanorum exegetica vergente saec. XVI ineunte XVII edita eminet Harmonia evangelica a Martino Chemnitio primum inchoata, a Polycarpo Lysero continuata, denique a Io. Gerhardo ad finem perducta. De quibus triumyirorum clarissimorum studiis plura dicere non huius loci est. Sed ad nostra pertinent quod versioni et commentario textum quoque archetypum addunt, ita quidem descriptum ut in iis capitibus quae plurium scriptorum verba referunt primum singulorum seorsim posita exhibeant, deinde inter se mixta. Opus ipsum per partes prodiit saepius interrupto labore ita ut exemplaria quae circumferuntur varie imperfecta paulo difficilius singulas editiones constituant. Ecce quae certiora offerre de his possum.

22. FRANCOFURTI ad Moenum ex officina Wolfg. Richteri impensis Io. Spiessii. 1593 ss. 4.

Hoc anno scilicet Lyserus Chemnitii labores primum post obitum autoris edidit, librum I. et II. et tertii partem priorem usque ad Sect. LI., quae repetita sunt a. 1599 et 1600. Libri III. Pars II. Lysero autore prodiit Lipsiae 1604 ap. M. Lanzenbergerum, liber quartus duabus partibus Francofurti 1608 et 1610; quinti pars prior 1611; et iterum bae tres partes 1613 ad 1616 impensis I. I. Porsii, typis Er. Kempferi ibidem. His opus perductum ad sect. CXL. Quae omnia totius operis Partem I. appellare liceat, vel Chemnitio-Lyserianam.

Textus Erasmo-Stephanicus vel si mavis Brylingerianus; adsunt enim lectiones Erasmicae F. 44. P. 277. 280. 281. 290. Q. 294. 295. U. 7. Vetus contra W. 17 et Bryl. 4 in caeteris Stephanum sequitur ubi hic ab Erasmo discedit, semel Complutenses U. 12.

Cui primae parti operis accedunt duae aliae Gerbardianae. Io. Gerbardus commentarios in harmoniam historiae passionis et resurrectionis edidit Ienae typis et sumtibus Tob. Steinmanni 1617. 4. non ut harmoniam Chemnitianam continuaret, quae in cap. Io. XI. Matth. XX. subsistit, sed singularem librum. Postea yero a pluribus rogatus inter utramque partem I. et III. lacunam

[71]

quae remanserat explevit harmonia Chemnitiana a Sect. CXLI. ad CLXXX. i. e. usque ad Matth. XXV. Io. XVII. perducta. Ienae 1626. 1627. Gerhardianus commentarius Chemnitiano multo maiorem molem eruditionis theologicae refert.

Textum suum Gerhardus non ex Brylingeriana aliqua sed ex vulgari neseio qua editione descripsisse videtur Stephanica aut Bezana.

Ad manus mihi fuit exemplar bibliothecae collegii Wilhelmitani Argentoratensis a quo tamen P. III. abest.

23.* FRANCOFURTI apud I. I. Porssium. 1616. fol.

Continet tantum partem primam Chemnitio-Lyserianam. Quatuor locis a praecedenti discrepat: Matth. 6, 6. (P. 277) Erasmicam scripturam missam facit; Matth. 5, 44. et 11, 16. (H. 69. K. 252) Complutensem praefert; Io. 9, 8. (U. 11) Erasmicam amplectitur reiecta Stephanica.

24. FRANCOFUETI apud I.I. Porssiim. 1622. fol. Praecedentis fidissimum apographon. Exstat in bibliotheoa Collegii Wilhelmitani nostri.

25. * GENEVAE sumtibus haeredum Iac. Beron. 1628. fol.

Continet Partem I. et III. In textu consentit illa cum praecedenti. Pars III. vero has lectiones suppeditat a Stephanico textu alienas: Marc. 14, 45. (J. 227) ῥαββί semel, veteribus ignotam; Marc. 15, 3. (G. 48) Compl. Ioh. 18, 20. (X. 17) Bez.

26.* GENEVAE ex typographia Petri Chouet sen. 1645. fol.

Duobus spissis voluminibus haec editio totum iam opus comprehendit. In textu primae et tertiae partis cum praecedenti fere consentit; etiam in media lectiones miscet, Matth. 23, 13. 14. et 24, 15. Stephanicum κατεσθίετε . . . . κλείετε, cum ἑστὸς amplexa, Matth. 21, 7. vero ἐπεκάθισαν; Marc. 14, 45. ad vulgarem redit; ib. 1, 16. cum Erasmo ἀμφίβληστρα scribit.

27.* FRANCOFURTI et Hamburgi summtibus Zach. Hertelii. 1652. fol.

Opus integrum, itidem duobus immensi ponderis voliiminibus absolutum. Etiam haec correctoris manum sensit; in prima parte in omnibus cum editione principe facit praeter unum locum Io. 9, 8. de quo vide supra; in secunda tuetur illas lectiones quas sub N. 26 recensuimus praeter unam (cum Steph.

ἐπεκάθισεν reposito); cum eadem ubique in tertia consentit

28. HAMBURGI sumtu Z. Hertelii et Gf. Liebernickelii. 1704. fol.

Haec quoque omnes treg partes continet. Textus primae partis item praecedentem refert; in caeteris Stephanum sequitur exc. Marc. 15, 3. de quo iam dictum. Exstabat in bibliotheca Seminarii Argentoratensis, nunc deleta.

Nescio an omnes huius harmoniae editiones in quibus textus exhibetur graecus recensuerim: Le Longius T. II. p. 742; Fabricius Bibl. gr. III. 216 laudant ille Genevensem a. 1641 et Roterodamensem a. 1646; hic Hamburgensem a. 1647 et Francofurtensem a. 1657 quas tamen Walchius bibl. theol. IV. 870 dubias habet.

§ 3. EDITIO TORNAESII.

29. LUGDUNI ap. Io. Tornaesium. 1559. 8.

LUGDUNI ap. Iac. Roussin. 1597, 8.

Editio perrara cuius alterum exemplar (1559) Stuttgardtiae in collectione Lorckiana reperi. Exstare quoque in bibliotheca Seminarii Montalbanensis rescivi. In natali sua urbe frustra ab amicis meis quaesita est. Est graeco-latina a typographo regio Ioanne de Tournes procurata, Guillardini textus apographon e Stephano emendatum. Habet enim omnes supra Gap. II. § 6 commemoratas lectiones inter quas sunt nonnullae aliunde non petendae. Praeterea ex Stephani IV. recipit has undeviginti: M. 260. P. 268. 270. 271. 272. 292. Q. 297. U. 9 quae olim Complutenses fuerant, tum T. 326. 327. 331. 333. 335. 336. 344, quas ex Complutensibus suas fecerat Erasmus in editione quarta, denique W. 4. 9. 13. 22. Habet etiam Matth. 21, 7. ἐπεκάθησαν cum Er. V. et 2. Cor. 11, 10. σφραγήσεται cum Steph. I. Est haec textus forma plane singularis.

Alterum exemplar cum nomine Roussini bibliopolae Lugdunensis in titulo et nota anni recentioris, accepi ex bibliotheca armamentarii Parisiensis, alibi nusquam repertum. Idque non solum Tornaesiano per omnia concinere vidi, sed in calce ipsius Tornaesii subscriptionem atque adeo annum 1559 profiteri, ita ut e numero editionum haec omnino expurganda sit.

Baumgartenius possidebat exemplar nescio cuius generis, scilicet titulo destitutum (Nachr. IY. 97).

§ 4. EDITIO BARBIRII.

30.* BASILEAE impensis Nic. Barbirii et Thom. Courteau. 1559. fol.

* BASILEAE impensis Nic. Barbirii et Thom. Caurteau. 1 560. fol.

* TIGURI [seine nomine editoris]. 1559. fol.

Tres sunt tituli unius eiusdemque exemplaris, sed VV. DD. male vulgo diversa putant. Cf. Goezium p. 29, Baumgartenii

[73]

Hall. Bibl. IV. 194, Maschium p. 308, Eichornii Introd. V. 275. Primum olim Basileensem librum mecum communicaverat Io. Guil. Baum collega amicissimus, Turicense examinaveram Turici, nunc ipse possideo omnes.

Continet Bezae versionem latinam et adnotationes, ideoque a nonnullis prima editio in serie Bezanarum vocatur. Quae certe mihi esse non potest textum graecum solum respicienti qui hic a Bezano plane alienus et a typographo de propria industria versioni additus est. De ipsius autem textus fonte diutius anceps haesi. Non poteram quidem non adsentire viris doctis Stephanicum hic agnoscentibus, sed quo autore editor hunc mutaverit non aeque facile dictu est. Quatuordecim lectiones Stephanicae tertiae delevit pro quibus decies tales recipiuntur quas supra diversae originis esse cognovimus sed omnes iam in unicam editionem Brylingerianam graeco-latinam a. 1553 aut 1556 delatas, ex qua igitur in nostram fluxisse putandae sunt. Ecce illas: Matth. 24, 15. (W. 31); Luc. 17, 36. (W. 32); Io. 18, 20. (M. 257); Io. 20, 12. (P. 260); 1. Cor. 15, 33. (contra W. 23); 2. Cor. 9, 8. (Q. 296); 2. Cor. 11, 10. (contra W. 10); Col. 1, 2. (β. 12): 1. Tim. 1, 4. (M. 258); 1. Tim. 5, 21. {β . 13). - Tres aliae absque omni dubio ex auctoritate ipsius Bezae, nempe ita suadentibus eius adnotationibus, mutatae sunt:

1.	Io. 8, 59.	(U. 10)	om. c. Bryl. antiqq.
2.	Act. 9, 35.	(B^d)	του Σάρωνα
3.	Gal. 4, 17.	(423)	ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς.

Restat una	Ap. 1, 9.	(T. 330)	ubi vetus Erasmi lacuna denuo apparet, de qua quid dicam non habeo.

CAPUT VII. EDITIONES COMPLUTO-STEPHANICAE.

Fama notissimum est opus biblicum polyglottum quod anno 1669 et sequentibus Antwerpiae Christophorus Plantinus Turoneusis excudebat dirigente Benedicto Aria Montano (de la Sierra), octo voluminibus formae maximae absolutum, quod quum auspiciis Philippi II. regis Hispaniae editum sit vulgo Bibliorum regiorum nomine appellatur. De huius operis variis editoribus materiis fontibus et meritis non est quod h. 1. plura dicam: cf. Maschium p. 340 ss.; Baumgartenium in Nachr. I. 289 et Hall. Bibl. I. 1 et Annales typographiae plantinianae nuperrime insertos diario: Bulletin du bibliophile belge 1856 ss. Verum de textu graeco N. T. eo magis opus est ut verba faciam, quo altioro silentio recentiores fere omnes eum praeterierunt, quippe qui historiam textus typis exscripti ex propriis ipsorum studiis ignorantes ultra Millium sapere non ausi sint. Millius vero, nescio casune an negligentia invidiave ab hac editione accuratius examinanda distractus, ne verbulum quidem de ea in prolegomenis suis dixit, caeteroquin inexhausto in talibus fonte. Obiter tantum (§ 1115) dicit Ariam nonnulla Complutensis textus menda erasisse.

Vulgaris opinio est, eaque ab ipsis Bibliorum regiorum editoribus propagata, textum N. T. graeci ad Complutensem conformatum esse. Ad summum aliquoties ducibus Erasmo et Stephano eum correxisse creduntur, Videsis quae Wetstenius in prolegomenis p. 385 ed. hal. ex Millio Curcellaeo Bengelio refert. Sed res plane aliter sese habet et textus Plantinianus, quem hoc nomine appellare liceat, quum quisnam vir doctus ei emendando maxime operam impenderit ignoremus, dignus omnino est quem seorsim consideremus. Magnae enim editionum familiae communis est et multas lectiones servavit quas a Griesbachio, imo iam a Macio Bengelio Wetstenio receptas recentiores critici veteribus plane incognitas fuisse vulgo arbitrantur, quasi Elsevirorum textus i. e. Bezanus olim unicus fuisset.

[75]

Notandum vero est opus boc regium duplicem exhibere textum graecum N. T. alterum Tomo V. triglotton, alterum Tomo VII. vel VII. (nam in serie exemplaria variant) cum versione Ariae interlineari, quae est nova et emendata recensio vulgatae. Quae duae editiones non in omnibus inter se conveniunt. Quum autem prior ille trilinguis in unum opus polyglotton

Parisiense transierit, bilinguis vero in plurimos libros, hunc maxime Plantinianum dicemus. His praemissis singula iam expediam.

§ 1. EDITIO ANTWERPIENBIS REGIA.

1.* ANTVERPIAE excud. Chr. Plantius. 1571. fol.

Textus huius editionis in locis 709 cum Complutensi et Stephanico fed. 1550) consentit, in caeteris 291 vario modo alius ab alio recedit; et quidem tricies et novies noster cum Stephano fecit contra Complutenses (A[a - g.] C. D. G[a.] J[ab.] U[kr.] W. 10. 15. 19. 21), ter tertiam aliquam lectionem tuetur, nempe

	Luc. 10, 22. (F) et 1. Petr. 2, 3.	(U[q])	Erasmicam, et unam novam
	Act. 5, 24.	(424)	ἀρχιερεὺς (pro ἱερεὺς)

Restant ergo lectiones Complutenses 249 (BEG[b - k.] HJ[e - n.] KL. R[dfg]. S[adef.] T[abc.] U[efgit.] W. 13. 17. 20. 23. 24. 28). Inter illas 709 lectiones tribus ducibus communes sunt 89 iam supra recensitae (MNOPQR[abce.] S[bc.] T[def.] U[dh.] W. 7. 9. 11) in quibus Erasmus vel ipse Stepbanus alia habuerunt, in caeteris omnes editiones maiores hucusque memoratae inter se consentiebant.

2. LUTETIAE excud. Ant. Vitré. 1630. fol.

Tomus quintus celeberrimi operis polyglotti Parisiensis cura et sumptibus Guidonis Michaelis Le Jay editi et anno 1645 decem voluminibus absoluti. Cuius descriptionem accuratissimam et virorum doctorum in opere edendo studia cupientibus tradet peculiaris Iacobi Le Long. dissertatio quam Mascbius integram suae bibliothecae P. I. p. 349 ss. inseruit. Mibi de textu graeco N. T. unice sollicito non ita magni momenti haec alioquin splendidissima editio est, quippe quae fere Antwerpiensis exemplaris ἀπόγραφον exhibeat. Novies a suo fonte editorem discessisse video, scilicet quinquies facit cum caeteris Plantinianis primarium suum typum descrentibus (B. 31. 32. 33. W. 24. et Apoc. 1, 6. de quo 1. vide infra), item bis cum iunioribus nonnullis eiusdem familiae usque Complutensem repudiantibus (Q[b.] M[b]). Denique novas

deprehendi duas: Matth. 9, 18. (J. 194) ἄρχων εἰσελθὼν quod veteribus ignotum recentioribus nonnullis placuit, et Luc. 6, 48, (425) τεθεμελίωται γὰρ ἐπὶ πέτραν,

[76]

§ 2. EDITIONES PLANTINIANAE VULGARES.

3.* ANTVERPIAE excud. Chr. Plantinus. 1572. fol.

Quae et ipsa, ut dixi, est pars operis regii polyglotti. Discedit a textu anno praecedente simul cum syriaco et duplici latino impresso locis octodecim, scilicet decies et quater lectionem Complutensem repudiat (B. E. W. 20. 24) et hic ubique ad Stephanum transit uno loco excepto ubi novam scripturam affert (B. 35. Apoc. 1, 6. βασιλείαν καὶ ἱερεῖς); ter a Stephano ad Complutense exemplar regreditur ($G^{a.}$ J^{ab}) denique Erasmicum χριστὸς 1. Petr. 2, 3. (U^{q}) missum facit pro lectione vulgari et meliori. Iam ergo Complutenses lectiones supersunt omnes nostrae Cl. IV. - VIII. et praeterea ex Cl. IX., item antestephanicae (W) plurimae quas modo sigillatim recensui. Inter ducentas et nonaginta (nam emendato loco 1. Petr. 2, 3. una demenda) lectiones, in quibus Plantinianus textus vel a Complutensi vel a Stephanico discrepat, sunt centum et octo quas recentiores suas fecerunt, centum et decem quas iidem omnino reiiciendas putarunt, quadraginta et duae hodieque ambiguae, triginta in quibus neutri exemplari adstipulantur. Nimis inique de Ariae opere iudicarunt nonnulli re non penitus examinata, inter quos Bowyerus eum Complutensem editionem ad Erasmicam ita composuisse ait ut lectionibus veris extrusis mendosas preli culpa ortas substituerit.

Huius exemplaris textus saepissime iteratus est, sed omnes fere editiones iam recensendae in his terris rarissimae sunt. Nostrae modo laudatae exemplaria occurrunt, sed haud frequenter, ab opere polyglotto separata, et Biblia integra hebraeo-graeca cum versione Ariae exhibent.

4. ANTVERPIAE ap. Chr. Plantinum. 1573. 8.

Editio mere graeca quam sine titulo vulgatam fuisse, ut cum hebraico V. T. a. 1566 (de quo anno videas in spuriis) ligaretur Maschius suspicatur p. 192. Ipse equidem contuli exemplar Guelferbytanum titulo minime orbatum.

Textus a suo fonte recedit tribus locis: Matth. 7, 12. (J. 73) οὗτος, Apoc. 3, 7. εἰ μὴ ὁ (J, 137) correcto vitio, et 1. Tim. 4, 1. (J. 118) πνεύματι μλάνης quod haud dubie casu irrepsit, sed a pluribus deinceps servatum est.

5.* ANTVERPIAE ap. Chr. Plantinum. 1574. 32.

Contuli olim exemplar Lorckianum Stuttgardiae, iam ipse possideo rarissimum libellum. Typorum character est minutissimus. Textum suum sumit ex praecedente (exc. 1. Tim. 4, 1).

[77]

6.* ANTVERPIAE ap. Chr. Plantinum. 1583. 8.

Textus in omnibus convenit cum ed. primaria a. 1572, cuius etiam versionem describit. Sed habet vitium 1. 1. Tim. 4, 1.

7. * ANTVERPIAE ex officina Chr. Plantini. 1584. fol.

Biblia sunt integra hebraica V. T. et graeca N. T. et Apocryphorum cum Ariae versione ut in Tomo VII. operis polyglotti fuerant. De hac editione Maschius p. 272 scribit Novum Testamentum non accurate priori respondere si quidem in Evangeliis Actis et Epistolis ad minimum centies a Complutensi discedat ad Erasmum et Stephanum deflectens, dum in Apocalypsi pressius Complutensi adhaereat. Habet hoc ex Wetstenio (Prolegg. p. 387. hal.) qui, nisi fallor, de Plantinianis in universum spectatis cum Complutensi comparandis dicebat, paullo tamen obscurius loquutus. Quidquid sit nostra ne uno quidem in loco ab editione anni 1572 discrepat exc. illo vitio modo memorato 1. Tim. 4, 1.

8. ANTVERPIAE ex officina Plantiniana ap. Io. Moretum. 1606 - 1616. 4 t. fol.

Textus quatuor evangeiiorum cum commentario Francisci Lucae Brugensis, de cuius operis meritis exegeticis et criticis disserunt Millius § 1299, Lorckius BG. I. 80. In textu Plantiniano nihil mutatum nisi quod quinquies ($G^{ab.}$ $J^{ab.}$ N) ad lectionem Erasmo-Stephanicam, semel (E) ad Complutensem transeat. In his sunt quatuor (E. $G^{a.}$ J^{ab}) probabiliter ex regia ipsa petitae.

9.* LUGDUNI Bat. ex officina Plantiniana ap. Franc. Rapheleng. 1591. 32.

Raphelengius hic, vir in literis orientalibus non parum versatus, Plantini gener fuit, sicut Io. Moretus praecedentis libri editor. Editio haec minus pulchris adnumeranda sequitur in omnibus Plantinianam a. 1574 eadem forma expressam.

10. * LUGDUNI Bat. ex officina Plantiniana ap. Chph. Rapheleng. 1601. 48.

Editio haec quoad formam minima omnium quae adhuc typis expressae fuerant. Editor Francisci Raphelengii filius, magni Plantini ex matre nepos.

In textu nonnullis in locis a Complutensi lectione ad Erasmicam s. Stephanicam deflectit (G. 54, J. 73. 119. 198. 219. K. 252. U. 19) quae, quum etiam Matth. 24, 15. ἑστὼς legat et Marc. 6, 33. προσῆλθον, absque dubio ex Brylingeriana aliqua editione desumpsit. Ap. 3, 7. corrigit vitium (J. 137) cf. ad a. 1573.

11.* [Sine loco] ex officina Plantiniana Raphelengii. 1612. 32.

De qua Plantinianarum et forma et nitore minima vide Goezium p. 49, Baumgartenium in Nachr. 11. 31. Quod ad fontem

[78]

attinet ex ed. a. 1574 huic simillima execripta est. Sed exhibet vitium 1. Tim. 4, 1. iam saepius in hac femilia observatum.

Catalogus bibliothecae Sussexianae duo exemplaria Plantiniana ad a. 1612 refert, alterum Plantino alterum Raphelengio inscribens, utrumque in forma quam dicit duodenariam ezpressum. Quae omnia non tam novas aliquos mihique incognitos libros quam editoris errorem prodere videntur.

12.* [Sine loco] ex officina Plantimana Raphdengii. 1613. 8.

Graeco-latina est et pars bibliorum integrorum ad modum edd. 1572 et 1584 efformatorum, quae scilicet textui archetypo Ariae versionem interlinearem iungunt. Concordat in omnibus cum hac posteriore. Quum in quibusdum exemplaribus volumen graecum a libris V. T. apocryphis incipiat, peculiari titulo ad a. 1612 relatis, huic anno nonnulli hanc editionem vindicarunt.

13.* PARISIIS ap. Io. Benenatum. Excud. Steph. Preuosteau. 1584. 4,

PARISIIS ap. Hil. Le Bouc et Io. Gueffier. 1586. 4.

Editio trilinguis in qua textus syriacus principem locum obtinet, cura et studio Guidonis Fabricii Boderiani (Guy Le Fevre de la Boderie) editus unius ex Ariae collegis in opere regio Antverpiensi elaborando. Gf. Maschium p. 410. In calce libri impressum est: Pridie Kal. Nov. 1583 ad quem annum a nonnullis refertur. Textus syriacus versione interlineari illustratur, marginem exteriorem occupat Vulgata, inferiorem cuiusque paginae graecum ἀρχέτυπον. Versio syriaca ad exemplar veteris Peschito quae dicitur authenticum expressa deficit in quatuor epistolis catholicis et Apocalypsi. Praemissa est Boderiani dedicatio satis prolixa ad regem Henricum III. Exemplar a. 1586 exstabat in bibliotheca Langlesiana cuius vide Catalogum p. 3. et in exemplari bibliothecae Nanceianae iteratam sub alio nomine et anno emissionem esse a nescio quo viro docto fronti inscriptum legi.

Textus graecus ad ed. a. 1572 conformatus a qua tamen quinque locis discedit lectione ad priorem Antverpiensem a. 1571 triglotton correcta (B. 27. 28. 29. 36. J. 73).

14.* [Sine loco] ex officina Commeliniana. 1599. fol.

15.* [Sine loco] ex officina Commeliniana. 1599. 8.

[Sine loco] ex officina Commeliniana. 1602. 8.

[Sine loco] ex officina Commeliniana. 1616. fol.

[Sine loco] ex officina Commeliniana. 1599. 8.

* LUGDUNI ap. Barth. Vincentium. 1599. 8.

GENEVAE. 1599. 8.

Hos sex titulos unius eiusdemque libri esse nemo adhuc vidit, nisi quod exemplaria in forma maxima edita (1599 et 1616) solam faciem primam mutasse alii iam dixerunt. Sed de minoribus quoque rem extra omnem dubitationem positam affirmare

[79]

audeo, quum ipse maitis et minus, et hoc quidem utriusque anni notae possideam, postquam pridem Stuttgardiae alterum cum altero accuratissime contuli. Scilicet typographus exemplaris maioris formas ita mutavit ut unamquamque columnam in duas paginas divideret et sic ex una plagula quatuor paginarum in *folio* expressarum quas dicunt, unam in octonis sedecim paginarum faceret. Fuit quondam Hier. Commelinus typographus Heidelbergensis, quum hoc opus prodiret iam fato functus. Vincentius Lugdunensis non typographus sed bibliopola. In Lorckiano exemplari editionis Lugdunensis nomini urbis deleto Genevae nomen typis minoribus expressum superpositum est.

Editio maior satis infrequens de qua cf. Lorckii BG. II. 70. Maschium p. 273. 384. Additum est N. T. hoc Plantinianum cum versione Ariae interlineari operi triglotto quod a. 1587 ex officina Sanctandreana, auspice ut videtur Bonav. Cornelio Bertramo professore olim Genevensi prodierat, vetus Testamentum solum complectens. Cui iam novo titulo novaque anni nota ornato hoc N. T. haeredes Commelini, ut integra Biblia fierent, addi curarunt. Quum vero exemplaria tardius ab emtoribus distraherentur, iterum titulo mutato a. 1602, tertia vice a. 1616 eadem editio quasi nova venum data est. Huius postremae notae exemplar exstat Turici. Editionem a. 1602 ignorabat Maschius.

Duobus tantum locis ab editione primaria recedit: Philem. 7. (J. 217) cum Stephano legit χάριν AP. 1, 4. cum eodem (J. 198) ἀπὸ τοῦ ὁ ὤν, Sed inter operationem ipsam mutandarum formarum tertius aliquis locus correctoris manum sensit; nam Matth. 24, 15. in maiori exemplari legitur ἑστὸς in minori ἑστὼς.

16.* [Sine loco] excud. Petrus de la Rouiere. 1609. fol.

17.* AURELIAE Allobrogum exc. Pet. de la Rouiere. 1609. 8.

Una eademque est editio quamvis diversis formis expressa, sicut idem modo in Commeliniana observavi. Petrus de la Rouviere (sic enim hodie eius nomen sciberetur) latine dictus Quercetanus, hebraice Kepha Elon, plures bibliorum editiones procuravit neque typorum elegantia neque chartae albedine insignes. Haec nostra, de qua vide omnino Goezium p. 16. Maschium p. 273, textum graecum cum versione interlineari ex Plantiniana a. 1584 sumit

quod ex loco 1. Tim. 4, 1. colligendum. Mutat tamen eundem duobus locis ad Erasmo-Stephanicum (G. 53. H. 68). Aurelia, sive ut alibi dicitur Colonia Allobrogum ipsa est Geneva, quaesito nomine sic appellata tum temporis a viris Romanorum sermonem curiosius affectantibus.

18.* AURELIAE Allobrogum exe. Petr. de ta Rouiere. 1609. 24.

A praecedente diversa, mere graeca, sine ullo additamento. Textum maioris editionis mutat tribus locis, correctis vitiis 1. Tim. 4, 1. et Ap. 3, 7. et recepta Erasmico-Stephanica lectione J[b.]

[80]

19.* AURELIAE Allobrogum exc. Petr. de la Rouiere. 1610.

T. II Coloniae Allobr. 1611. 16.

Ex iis quae Goezius p. 48, Lorckius in catalogo p. 95, Baumgartenius in Nachr. VIII. 7 de hac editione referunt patet exemplaria exstare in quorum fronte iam tomus prior Coloniam patriam dicat et annum nativitatis 1611 profiteatur. Fallitur sine dubio V. D. Maschius p. 274 qui duas editiones, alteram Aurelianam a. 1610. 8. alteram Coloniensem 1611. 16. recenset. Forma minor est sed plagularum signaturae ita dispositae ut de ea dubitare possis. Qua de causa in catalogis varie indicatur. Habet praefationem Ariae eiusdemque versionem interlinearem.

Hic quoque textus aliquoties mutatus. Quem si cum ed. Roverii gr. - lat. 1609 contuleris lectiones Erasmo-Stephanicas praeter iam memoratas (Gr. 53. H. 68) etiam has deprehendes duas: J. 198. 217. Tum Ap. 5, 6. (J. 140) plane singulariter legit ἐσφραγισμένον, Matth. 24, 15. cum pluribus aliis huius familiae ἑστώς.

20.* [Sine loco] excud. Petr. de la Rouiere. 1619. fol,

21.* AURELIAE allobr. apud Petr. de la Rouiere. 1619. 8.

* [Sine loco] apud Petr. de la Rouiere. 1619. 8.

AURELIAE Allobr. apud Petr. de la Rouiere. 1631. 8.

Duplex forma unius eiusdemque editionis graeco-latinae eodem modo altera ex altera concinnata quo id factum esse in ed. anni 1609 ostendi. Le Longius neutram recenset, Maschius diversas habet, Baumgartenius Nachr. X. 4. maiorem, Knochius p. 429 minorem tantum nosse videtur; Reimmannus vero Catal. p. 195 priorem et editionem a. 1609 confundit. Sunt tamen hae inter se diversae et non solum charta et typis posteriores antiquioribus multo praestantiores, sed etiam textum novis curis emendatum exhibent. Exemplari maioris formae iunguntur biblia V. T. hebraice et libri apocryphi graece cum versione Ariae. Exemplar cum nota a. 1631 omnibus bibliographis ignotum Gissae vidi, quae ipsissima editio a. 1619 est vel tituli charta id prodente, a corpore libri facile distingueuda.

A Plantiniano textu haec nostra desciscit ad Erasmo-Stephanicum decies (G. 45. 59. H. 66. J. 198. 217. 230. Ubq. W. 13. 31). Verum emendandi curam vel inter operas minime neglexerunt editores. Nam in maiori volumine Marc 11, 1. (G. 46) legitur βηθσφαγῆ et 1. Tim. 1, 4. (M. 258) οἰκονομίαν, in minori βηθφαγῆ et οἰκοδομίαν.

22.* COLONIAE Allobr. ap. Petr. de la Rouiere. 1619. 4.

* COLONIAE Allobr, ap. Petr. de la Rouiere. 1620. 4.

* GENEVAE ap. Petr. de la Rouiere. 1620. 4.

Editio una eademque maioribus haec quoque typis exscripta sed mere graeca. Le Longius non nisi imum annum 1620 indi-

[81]

cat, Goezius p. 38 et Maschius p. 193 utminque, sed non diversas esse recte viderunt. Exemplar meum prioris olim I. Cph. Wagenseilii postea Io. Tob. Krebsii fuit, virorum in literis biblicis et iudaicis non infimo loco clarorum. In altero vero nomen Coloniae Allobrogum atramento typographico deletum et in margine tituli inferiore minoribus typis Genevae adscriptum, quod in catalogos transiit. Talia exemplaria, nisi fallor, etiam Ienae Berolini et Hamburgi exstant. Iam et in tertium incidi quod in ipso tituli corpore et a prima, quam dixeris, manu, Genevae nomen exhibet. Adduntur in calce Scaligeri adnotationes, praemittitur exhortatio Oecolampadii quae olim in Basileensibus libris fuerat. Sed nomen autoris obscurius hoc modo significatum: I. Oe. olim ecclesia (sic) Tig. τοῦ ἐπισκόπου exhortatio; quod 1620 ita emendatum : I. Oe. olim ecclesiae Basil. τοῦ ἐπισκόπου exhortatio. Num forte vir vaferrimus lectori fucum fecere volebat, S. Basilii episcopi nomen incauto suggerere conatus?

Textus cum eo facit qualis in editione minore eiusdem anni expressus est Tantum Act 22, 20. (J. 99) plane singulariter legitur πρώτου μάρτυρος.

23.* [Sine loco] ex typographia Iac. Stoer. 1627. 8.

Accurate ad ed. Roverii 1619. 8. expressa, eidemque simillima, et omnino diversa a caeteris Stoerii, item Genevensis typographi, editionibus quas infra in Bezanam familiam relatas habebis. Cf. Baumgartenii Nachr. U. 481.

24. [Sine loco] ap. Sam. Crispinum. 1612. 8.

Duae sunt Crispini huius typographi Genevensis editiones graeco-latinae ad modum Plantinianarum interlinearium efformatae typisque minutioribus excusae. Quarum tamen textus nonnumquam a Plantiniano differt. Recipit enim lectionem Erasmo-Stephanicam quinquies (G$^{\text{be.}}$ J. 198. U. 2. 15) in quibus aliquoties cum Roverianis consentit, et Bezanam quater (W. 31. X. 11. 14. 24).

25.* [Sine loco] ap. Sam. Crispinum. 1622. 12.

Textus e praecedente repetitus. Caeterum hunc Samuelem Crispinum cum Ioanne decem lustris antea Genevae prelum exercente confundit Dibdinus I. 71, et non minus incaute utriusque textum eundem dicit, et Stephanicum.

26.* LIPSIAE impensis Chr. Kirchneri typis Io. Wittigau. 1657. fol.

Editionem bibliorum hebraeo-graecorum typis maioribue cum versione Ariae Montani interlineari expressam Maschius p. 157. 276. Martini Geieri aliorumque Saxoniae theologorum curis deberi affirmat Abest a meo exemplari V. T. Novum praecedunt

Lucae Brugensis libelli correctorii efc libri apocryphi, sequitur index rerum latinus. Sane miror theologos Lutheranos tum temporis orthodoxiam πατροπαράδοτον anxie custodientes textum suo patrocinio commendasse qui antea non nisi in catholicorum coetibus et aliquatonus etiam apud reformatos receptus fuerat et saepiasimo ab Erasmo-Stephanico adhorrebat , Lutheranis prae caeteris familiari. Scilicet haec editio Plantiniana lectione relicta undecim tantum locis ad Erasmico-Stephanicam transit (G. 46. H. 66. J. 198. 217. 222. 230. P. 277. U[bq.] W. 9. 13). Doxologiam Matth. 6, 13. in margine damnat.

27. * VIENNAE typis Leop. Io. Kaliwodae. 1740. 8.

Editor Lud. Debiel S. J. qui versionem Ariae interlinearem hin inde mutatam et in margine inferiore variantes vulgatae ex aliis quatuor editionibus Romana Antverpiendi. Coloniensi et Lugdunensi adiecit. Erat sane huic viro satis curta supellex qui vel Sixtinam vulgatam cmn Clementina confundere potuit et ex additis rarissimis aliarum editionum varietatibus *quadruplicem* vulgatam magno hiatu promittere. Attamen nec textum graecum intactum reliquit, qui, si universum spectaveris, Plantinianus est, nonnunquam tamen ad Elzevirianum mutatus. Scilicet decies transit ad lectionem olim Erasmo-Stephanicam (G. 45. 46. 58. H. 66. J. 86. 119. 121. 129. 196. K. 246), quater ad Bezanam (W. 29. X. 11. 14. 23), bis singularem aliquam habet: Iac. 3, 3. (J. 196) εἰδὲ, et 2. Petr. 1, 10. (v. 46) satis conmmendandam eam quam apud Colinaeum invenimus, quam tamen unde sumserit non assequor. Editio haec duobus tomis constat sed singula evangelia novam paginarum seriem inchoant et meum in octo volumina divisum est. Cf. etiam Lorckii BG. I. 117.

28.* MOGUNTIAE sumptibus Franc. Varrentrapp. 1753. 8.

Editionem catholicam novissimam in titulo dicit Hermannus Goldhagen S. J. et id fere προφητεύων, quum certe in Germania per duodecim lustra proxime sequentia ex iisdem castris nulla amplius prodierit. Specialem scopum persequutus est editor in margine selectam lectionis varietatem adscribens qua ex ipsis graecis codicibus hodieqtie exstantibus vulgatam latinam authenticam demonstraret. Praeterea adiecit argumenta librorum et capitum et lexidion graecum. Iniquius de hoc instituto iudicarunt olim Baumgartenius in Nachr. VIII 15, Goezius p. 63, Michaelis Introd. p. 828, Kraft, Bibl. theol. IX. 244 alii, quasi textum ipsum editor ad vulgatam conformare ausus sit, quum tamen huic autoritatem testis in primis audiendi vindicasse satis habuerit, in hoc quidem minime improbandus.

In, textu exscribendo octies tantum eum a fonte suo (Plant. 1572) abiisse viddi; ter enim lectionem eam recipit quam biblia polyglotta Antwerpiensia prima vice expresserant (Erasm. G[a.] J[ab]), bis, alibi ad eundem transit (J. 133. 214), semel Elzeviros

[83]

sequiter (W. 29), singulariter vel potius vitiose scribit 1. Cor. 12, 2. οἴδατε ὅτε (S. 318) et 2. Cor. 2, 3. λύπην ἐπὶ λὺπης σχῶ (T. 325).

29.* LEODII excud. P. Kersten. 1839. 8.

Editor P. Kersten, nescio an a typographo diversus, editiones acatholicorum falsatas esse queritur, alias autem in Belgio non inveniri. Qua de causa hanc ex praecedenti Goldhageniana accurate et satis pulchre describendam curavit, cum omnibus additamentis excepto lexidio, in cuius locum aliud locupletius se editurum promittit. Textus non variatus, si exceperis paucissima loca (J. 119. 219. 229. G. 46) in quibus scriptura Complutensis vitiosa videri poterat Caeterum noster quoque textum suum pro authentico Complutensi venditat.

30.* PASSAVII apud Ambrosium Ambrosi. 1835. 8.

Synopsis quatuor evangeliorum graeco-latina, edita a. J. A. Rotermundt ecclesiae Passaviensis canonico et lycei rectore, et satis singulari modo concinnata. Pericopae soilicet parallelae non synoptice sed altera alteri subiectae exhibentur, ipsae in plures quam soletit particulas discerptae, et ordine novo eodemque maxime arbitrario et incommodo dispositae, ita ut ne uni quidem evangelisitae suus integer servatus sit. Singulis pericopis plurium libroram textum referentibus additur harmonia latina in eum finem conscripta ut omnis diversorum autorum discrepantia evanescat. In margine notatur varietas lectionis edd. Stephani, Griessbachii, Matthaei, Scholzii et Lachmanni Textum ipsum tam in fronte libri quam in praefatione genuinum Complutensem se referre affirmat editor, sed falso, quod minus fraudi quam ignorantiae hominis tribuendum videtur. Est enim fere ubique Plantinianus. Scias ex viginti septem locis in quibus Plantiniani libri a Complutensi archetypo discedunt in evangeliis nostrum vicies et bis illos, quinquies tantum hoc sequutum esse. (A. 2. 16. 24. C. 38. W. 21.).

[84]

CAPUT VIII. EDITIONES BEZANAE.

Theodori Bezae nomen in historiis sui saeculi adeo celebratum ut cumulatius aliquid in laudem eius hic addere necesse non sit. Etiam quantam et qualem operam vertendis et explicandis libris sacris impenderit a nostro instituto dicere alienum. Consulas de his rebus eos qui de eius editionibus ante nos scripserunt earumque formam subsidia merita pluribus illustrarunt v. c. Maschium I. 309 ss. Baumgartenium in Nachr. IV. 386; Knochium p. 391. Rosenmüllerum in bibl. Litt. I. 400 ss. et libros isagogicos inter quos etiam Marshii notas ad Michaelem p. 858 laudatas velim. Quibus autoribus Guilielmi Baumii nostri nomen me addere non posse magnopere doleo, cuius vita Beeae, alioquin splendidum eruditiones et facundiae monumentum, citra hos summi viri labores substitit, probabiliter nunquam ultra progressura.

Hoc loco do graeco textu solo dicam. Constat ex ipsius Bezae ore, illum collationibus Henrici Stephani, pro viri humanissimi liberalitate, adiutum proprio marte apparatum postea auxisse, pluribus optimae notae codicibus in suum usum excerptis, imo et versionibus nonnullis orientalibus inspectis gloriari potuisse. Verum non invidiose quaerit Miliius quis usus criticus talium copiarum fiierit, quis fructus in emendandum textum redundarit? Adhibet eas nimirum passim ad explicandos scripturae sensus, non nunquam ad hypotheses suas stabiliendas, raro ad eruendum sacri codicis textum genuinum. De hoc enim parum laborat et ubi de lectionis cuiusdam authentia forte agit, ostendit quam curta ipsi scientiae criticae supellex fuerit, viro alias maximo et perspicacissimo. Quibus tanti iudicis paullo severius dictis vix est cur calculum non adiiciam, si ex mente nostrae aetatis rem exigere velim. Habet vero Beza excusationem ex sui saeculi et imbecilliori scientia et acriori in rebus sacris diffidentia. Caeterum ipse non is erat qui, missis maioris momenti studiis theologicis et ecclesiasticis, animum ad artem mere philologicam unice applicaret.

[85]

Nihilo minus casu evenit ut hic talis vir textum N. T. graecum posteris ita constitutum tradiderit qualis per duo saecula, imo per tria et fortasse diutius etiam, mansurus erat fere intactus et paene divina autoritate gaudens. Nempe Beza verus autor fuit textus illius quem mox *receptum* dici audiemus. Quod iam re sedulo examinata demonstrare conabor. Distinguo duas Bezae recensiones, vel etiam tres, tertiam tamen rectius Henrici Stephani dicendam.

§ 1. EDITIO BEZAE PRIOR.

1.* [Sine loco] excud. Henr. Stephanus. 1565. fol.

Perperam in catalogis bibliothecarum editiones Bezanae dicuntur Parisienses, ab iis scilicet qui historiam Stephanorum ipsiusque Bezae minus bene norunt. Quae a prima ad ultimam

omnes sunt Genevenses. Haec nostra inter maiores mihi prima, ipsi Bezae secunda audit, quia is mere latinam iam a. 1556 vulgatam in censum recipit. Ab aliis male Barbirii editio a. 1559 prima Bezana numeratur. Continet, ut caeterae maiores, veterem et novam interpretationem et copiosum commentarium. Praemittitur dedicatio ad Elisabetham reginam Britanniae et carmen Henrici Stephani graecum ex editione regia, subiungitur index in commentarium.

Textus graecus a Stephani quarta desumptus, non ex tertia: adsunt enim lectiones Stephanicae quinque novissimae (W^{mo}). Quem tamen deserit viginti quinque locis quos h. 1. accuratius recensebo, quia posthac saepius ad eosdem provocandum erit:

X.a.			Recipit lectionem Complutensem:
X. a. 1.	Act. 21, 3.	(G. 59)	ἀναφανέντες **
2.	Rom. 8, 11.	(K. 236)	διὰ τοῦ cett. L^1T^0
3.	Rom. 12, 11.	(U. 4)	τῷ κυρίῳ MKSLT
4.	Col. 1, 2.	(J. 216)	κολοσσαῖς GKS
5.	2. Tim. 4, 13.	(J. 122)	φελόνην **
6.	Ap. 2, 5.	(K. 240)	τάχυ GMKS
7.	Ap. 5, 11.	(K. 243)	add. καὶ ἦν cett. **
8.	Ap. 8, 11.	(J. 177)	add. τῶν ὑδάτων **
9.	Ap. 14, 18.	(J. 184)	add. τῆς ἀμπέλου. **
b.			Item Erasmicam:
10.	Luc. 10, 22.	(F. 44)	om. καὶ στραφεὶς cett. GKT^0
11.	1. Tim. 1, 4.	(M. 258)	οἰκοδομίαν
12.	Tit. 2, 7.	(M. 259)	om. ἀφθαρσίαν **
13.	Hebr. 9, 1.	(M. 260)	om. σκηνὴ **
e.			Item utrique fonti communem:
14.	2. Cor. 11,	(W^d)	φραγὴσεται **

	10.		
15.	Col. 1, 20.	(W^n)	add. δἰ αὐτοῦ GMKS
16.	1. Petr. 3, 11.	(W^l)	add. ἀγ. ζητησάτω **
			Novas inserit hasce
17.	Io. 18, 20.	(M. 257)	παντόθεν οἱ ἰουδ.
18.	Act. 9, 35.	(B^d)	τὸν Σάρωνα **
19.	Act. 17, 25.	(V. 36)	πνοὴν καὶ τὰ * (Colinaei)
20.	Rom. 7, 6.	(426)	ἀποθαωὸντος (ante - τες **)
21.	Jac. 5, 12.	(V. 37)	ὑπὸ κρίσιν * (Colinaei)
22.	Apoc. 11, 1.	(J. 149)	add. καὶ ὁ ἄγγ. εἱστήκει
23.	Apoc. 11, 2.	(J. 150)	ἔξωθεν . . . . ἔξω $GMKST^0$
24.	1. Petr. 2, 21.	(G. 51)	ὑμῶν ὑμῖν GKL
25.	1. Petr. 3, 21.	(S. 324. U. 24)	ᾧ καὶ ἡμᾶς ἀντ. νῦν.

Verum iniuriam viro summo faceremus si eius iudicium criticum ex paucissimis illis ab eo tentatis emendationibus vellemus aestimare. Sunt aliae permultae quae tacite in versione exprimit, lectionem graecam intactam relinquens, ne nimiis hominum vecordium et ignorantium cavillationibus ansam praeberet. Quarum nonnullas a me collectas caeteris addere lubet. Inter eas plures sunt quibus postea in ipsum textum aditus patuit cf. in editione a. 1567: Matth. 1, 11.; in edit. a. 1582: Luc. 1, 35.; Act. 25, 5. 6., 1. Cor. 16, 31. 55.; in edit a. 1589: 2. Cor. 3, 1.; in edit. a. 1576: 1. Thess. 2, 12., Philem. 7, Iac. 4, 2., Ap. 3, 1.; 7, 14. Quibus adde quas nunquam graece exscripsit: Matth. 3, 8. Compl.** (H. 67); Luc. 2, 33. Erasm. GT (Q. 294); Io. 8, 59. Erasm. GLT (U. 10); 1. Cor. 9, 10., ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν τῆς ἐλπίδος, ex coniectura (V.41); 1. Cor. 11, 17. Colin. LT (V.22); Gal. 4, 25. om. Ἄγᾶρ L; Eph. 4, 16. μέλους T; Phil. 3, 13. Erasm. (P. 288); Col. 1, 20. Steph. LT (W^n); Hebr. 11, 4. Erasm.** (Q. 299). Quae fere omnia iam in prima editione mere latina sic sese habebant.

Adnotationes, quantum ad rem criticam spectant, Bezae ingenium talibus diiudicandis minus aptum arguunt. Plerumque enim varietatem codicum declarare satis habet, lecturis iudicium

permittens; nonnullis tamen locis lectionem a recepta diversam commendare audet, sed ultra non progreditur. Etiam horum locorum exempla iam ante a. 1565 vulgata hic subiicere placet. Melioros Complutenses laudat Matth. 2, 11. (H. 66); 5, 47 (J[a]); 6, 18. (C. 39); 12, 6. (A. 17); 27, 35. (A. 18); 27, 41, (H. 71); Act. 3, 20. (G. 58); 9, 5. 6. (A. 22); 14, 10. (K. 235); Col. 1, 14. (J. 195); 2. Petr. 2, 2. (K. 253); Stephanicam Io. 3, 25. (W.7). Novas et inauditas excitat: Matth. 28, 9. om. ὡς δὲ ἐπορεύοντο caett. LT; Marc. 14, 15. om. ἕτοιμο Harw.; Luc. 2, 14. εὐδοκίας LT; C. 22, 20. om. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Io. 7, 8. ἐγὼ οὐκ ἀναβ. GKST; Io, 7, 53. - 8, 11. om. tot. recentioribus plerumque adstipulantibus; C. 20, 25. τόπον L; Act. 13, 45, om. ἀντιλέγοντες καὶ LT; 1. Cor. 2, 1. μυστήριον Harw.; 1. Cor. 10, 28. om. glossam**; Gal. 3, 1. om. τῇ ἀλ. μὴ πείθεσθαι **; 2. Thess. 3, 16. τόπῳ LT; 1. Tim. 2, 7. om. ἐν χριστῷ GKSLT.

2.* [Sine loco] excud. M. Stephanus. 1565. 8.

Editio minor prima cum versione Bezae et brevibus rerum et doctrinarum summariis margini inscriptis, Ludovico. Borbonio

[87]

principi Condensi dicata. Textus idem atque in maiori, uno loco excepto:

X. f 26.	1. Cor. 15, 31.	(J. 105)	ὑμετέραν.**

Iam qaum haec minor editio ipsa illa sit ad quam postea plurimae aliae conformatae sunt, non abs re erit eius textum cum antiquioribus collatum ad mentem recentiorum criticorum aestimando expendera In 256 locis Erasmo adstipulatur, in 61 aliis Complutenses sequitur, utrobique fere Stephano praeeunte; in 649 locis cum utraque principe consentit, in 34 tantum tertiam aliquam vel certe ab iis alienam lectionem tuetur, scilicet novies suam propriam, vicies. et quinquies Stephanicam. Inter Erasmicas sunt 102 bonae, 117 malae; inter Complutenses 33 bonae, 13 malae; inter Stephanicas 9 bonae, 7 malae; inter Bezanas 4 bonae, 4 malae; in summa 148 hodie probatae, 141 reiectae. De caeteris 62 adhuc sub iudice lis est.

3.* [Sine loco] excud. H. Stephanus. 1567. 8.

Editio minor secunda. Textus prioris non mutatur nisi duobus in locis, utrobique infeliciter:

X. g. 27.	Matth. 1, 11.	(V. 16)	add. ἰακεὶμ, ἰακ. δὲ ἐγ.
h. 28.	Gal. 4, 17.	(Barb.)	ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς (pro ὑμ.).

4.* [Sine loco] excud. H. Stephanus. 1569. fol.

LUGDUNI in bibliopolio Salamandrae. 1571. fol.

Est N. T. Imman. Tremellii triglotton, graece latine et syriace, de quo vide Maschium p. 408. Hirtii bibl. or. II. 289. Exemplar Lugdunense omnino idem est ac Genevense ut iam Le Longius docuit mihique nuper vir amicissimus I. G. Hoffet affirmavit qui utrumque exemplar in bibliotheca Lugdunensi simul inspexit, id unum observans epistolam nuncupatoriam ad reginam Elisabetham ex libro Genevensi in Lugdunensem non transiisse, cuius loco alia praefatio ad lectorem hic inseritur.

Exhibet textum praecedentis editionis a. 1567 additis lectionibus duabos Erasmicis (J. 230. P. 277).

§ 2. EDITIO BEZAE POSTERIOR.

5. * [Sine loco et typographio.] 1582. fol.

Huius secundae editionis Bezae maioris, aeque ac sequentis tertiae, titulus Henrici Stephani nomen tacet verum de officina operi inserviente dubium esse nequit. In hac autor maiorem interea subsidiorum criticorum copiam nactus textum emendare continuavit sed iam tales conatus aetas illa vix sustinebat, quae ad summum lectiones e veteribus exemplaribus impressis modeste et quasi furtim repeti patiebatur, novas et inauditas suspectas habebat. Qua de causa factum est ut quao in his maioribus

editionibus mutata sunt in minores et manuales non transirent.

Lectiones primae editionis peculiares (X^{a-e}) hic omnes servantur praeter unam (24) in quo loco nostra ad Stephanum et Erasmum redit. Caeterum recipit, praeter unam iam sub X memoratam, hasce:

X.i.	29.	Act. 16, 7	(427)	in fine add. Ἰησοῦ GKSLT
	30.	Act. 25, 6	(J. 101)	οὐ πλείους ἢ δέκα
	31.	1. Cor. 15, 55	(428)	νῖκος . . . . κέντρον, caeteri inverso ordine.
	32.	2. Cor. 1, 6.	(U. 13)	εἴτε θλιβ . . . εἴτε παρακ . . . . τῆς ἐνεργ . . . καὶ ἡ ἐλπὶς GK
j.	33.	Marc. 8, 24.	(J. 76)	ὡς δένδρα GKS
	34.	Luc. 1, 35.	(U. 12)	γενν. ἔκ σου T^0
	35.	Act. 25, 5.	(B. 29)	εἴ τι ἐστὶν ἄτοπον ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ
k.	36.	Luc. 5, 7.	(429)	add. παρά τι
l.	37.	Hebr. 10, 2.	(J. 125)	ἐπεὶ ἄν
m.	38.	Act. 4, 27.	(W. 11)	add. ἐν τῇ πόλει τ. **
	39.	Act. 4, 25.	(430)	ὁ πνεύματι ἁγ. διὰ στ. Λ. (antea om. πν. ἁγ.)
	40.	Jac. 2, 18.	(V. 39)	χωρὶς GK²SLT
n.	41.	Act. 4, 36.	(431)	ἰωσῆφ LT (pro ἰωσῆς)
	42.	Eph. 6, 7.	(J. 168)	ὡς τ. κ. **

Emendare etiam voluit 1. Io. 2, 23. addito membro integro sed nescio quo casu scripsit ὁ ὁμολογῶν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἔχει quod postea mutavit.

In versione plures emendationes antea tentatas tacite suppressit, exempli gratia Matth. 3, 8., Luc. 2, 33., Io. 8, 59., Gal. 4, 25., Phil. 3, 13. In annotationibus commendat inter alia haec: Matth. 23, 14. (N) om. totum versum G[1]LT; Marc. 1, 2. ἐν ἡσαΐᾳ προφήτῃ GKSLT; 3, 5. om. ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη GSLT (K); 9. 43. ss. om. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεσιον T; Rom. 16, 20. om. totum versum; Ap. 1, 8.: om. ἀρχὴ καὶ τέλος **, 2. Cor. 2, 10. ὃ κεχ., κεχ. δι' ὑμᾶς ex conj. Item Luc. 22, 17. - 20.; Apoc. 22, 12. - 17. versus singulos alio ordine legendos censet.

Cf. de hac editione Goezium p. 31, Marshium ad Mich. p. 860.

6.* [Sine loco et tygrapho.] 1588. fol.

* [Sine loco et typographo.] 1589. fol.

Una eademque editio est, eaque tertia e maioribus Bezanis cuius utrumque exemplar in mea collectione exstat.

Sequitur fere in omnibus secundam, a qua quinque tantum locis discrepantem observavi:

X. h. 28.	Gal. 4, 17.		(vide ad a. 1567)
o. 43.	Ap. 3, 1.	(K. 241)	add. ἕπτα **
44.	Ap. 3, 12.	(W. 34)	ναῷ **
p. 45.	2. Cor. 3, 1	(V. 40)	ἢ μὴ GKSLT
q. 46.	1. Io. 2, 23,	(V. 38)	add. ὁ ὁμολ. τ. υἱὸν cett,**

In notes commendat Luc. 7, 31. om. εἶπε δὲ ὁ κύριος ** et 1. Cor. 15, 5. inanem coniecturam τοῖς δέκα.,

Cf. de hac editione praeter modo laudatos Baumgartenii Hall. Bibl. IV. 196, Knochium p. 407.

7.* Sine loco] sumptibus haeredum Eust, Vignon. 1598. fol.

* Sine loco et typogropho.] 1598. fol.

Ultima haec Bezae iam octogenarii editio a praecedente duobus tantum locis discedit novis lectionibus introductis :

X. r. 47. (432) Matth. 6, 1. δικαιοσύνην GKLT (pro ἐλεημ.)

48. (433) Hebr. 10, 17. add. , τότε εἴρηκε,

quod est glossema postea a nemine receptum. In versione Marc. 6, 54. exprimit aliud quoddam codicum additamentum: οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου quod solus Lachmannus recepit sed uncis inclusum.

Igitur in hac ultima sua textus recensione Beza quadragies et novies a Stephani editione regia recedit, vicies et semel meliora et nostris probata amplexus, decies et septies peiora et hodie fere repudiata, undecies talia de quibus nunc quoque ambigitur.

Caeterum exstant huius editionis tituli diversi, quod olim utriusque generis exemplaribus Guelferbyti collatis cognovi. Iam utrumque etiam in mea collectione habetur. Alterum nomini haeredum Vignonii iungit insigne anchorae et serpentis, alterum nomen typographorm tacet et insigne exhibet olivam cum securi e nubibus demissa et epigraphen: Vide benignitatem et severitatem Dei. Talia quoque in bibl. Traiectina et Lugduno-Batava haberi rescivi.

8.* CANTABRIGIAE ex officna Rog. Danielis, 1642. fol.

Editio iterata ad quartam (1598) conformata, additis subinde quibusdam Bezae notis ex prioribus. Accessit separatim in calce voluminis Ioachimi Camerarii commentarius inter libros

exegeticos saeculi XVI. non infima nota signandus. Cf. Baumgartenii Nachr. VIII. 8, Goezium p. 33, Maschium p. 317.

Bis tantum relicta lectione archetypi sui facit cum Bezanis minoribus sive editiono H. Stephani (vide infra X. 49. 64).

9.* LUGDUNI Batav. ex offic. Adr. Wyngaerden. 1652. 4.

* AMSTELAEDAMI ap. Io. Ravestein. 1662. 4.

Opus Balduini Walaei theologi apud Belgas celeberrimi exhibens libros N. T. historicos, evangelia scilicet et Acta apostolorum, cum duplici versione latina, Hieronymi et Bezae, et notis variorum. Una eademque editio est diversis titulis ornata. Cf. Maschium p. 320, Baumgartenii Nachr. II. 28, Goezium II. 14. Textnm sequitur Bezae ex ed. principe 1565 desumptum, a qua tame quinquies transit ad ultimam (1598) X. 30. 33. 38. 39. 47.

[90]

Singularem lectionem praebet Matth. 18, 29. (P. 265) om. εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ quod Erasmicae familiae propriam.

§ 3. EDITIO HENRICI STEPHANI.

10* [Sine loco] excud. H. Stephunus, 1576. 16.

Opusculum satis nitidum idemque non infrequens ad cuius marginem praeter loca paraliela notulas suas philologicas et exegeticas adscripsit doctissimus typographus praemissa celeberrima tractatiuncula de stilo graeco N. T. postea saepius recusa. Cf. Baumgartenii Nachr. I. 199, Millium § 1264, Maschium p. 222.

Hanc et sequentes fortasso pseudo-Bezanas vocare liceret. Non solum enim a quibusdam Bezanis adnumerantur et revera cum Bezae textu maximam habent affinitatem, sed plures ipsius Bezae nomen, scilicet latini interpretis, prae se ferunt. Textus tamen a Stephano varie mutatus qui, ut olin suas divitias cum Beza communicaverat in huius usum convertendas, ita

nunc plurima ex eodem recepit suis iungenda. Editiones huius classis magis quam aliarum inter sese differunt.

Nostra lectiones Bezanas ex editione anni 1565 maiori sub lit. X[a - d] descriptas omnes recipit praeter quatur (3. 4. 12. 13) in quibus redit ad patris textum. Praeterea sunt lectiones viginti et una a Beza et Roberto Stephano alienae:

X. s.	49.	2. Tim. 1, 12. 14.	(J. 230)	παρακαταθήκην bis
	50.	Iac. 4, 2.	(U[h])	φθονεῖτε
	51.	Matth. 12, 6.	(A. 17)	μεῖζον *
	52.	Marc. 4, 18.	(A. 23)	οὗτοι εἰσὶν semel G[0]MK
	53.	Marc. 15, 3.	(G.48)	add. glossam
	54.	Ap. 7, 14.	(L[c])	Compl. G[2]SL
	55.	Ap. 13, 5.	(K. 244)	add. πόλεμον M
	56.	Matth. 9, 18.	(J. 194)	ἄρχων τις
	57.	Act. 21, 8.	(J. 171)	οἱ περὶ τ. Π. ἤλθομεν
	58.	2. Io. 8.	(J. 133)	ἀπολέσητε . . . . εἰργάσασθε LT.

Hac pertinent etiam lections X[gkop] quas nostra similiter suas facit

t.	59.	Hebr. 3, 6.	(434)	μέχρι τέλους βέβαια (pro - αν)
	60.	Hebr. 10, 2.	(X[l])	ἐπεὶ κἂν

	61.	1. Petr. 3, 21.	(X. 25)	ᾧ ἀντ. κ. ἡμᾶς νῦν
	62.	2. Petr. 2, 2.	(K. 253)	ἀσελγείαις **
u.	63.	1. Thess. 2, 12.	(U^r)	μαρτυρόμενοι M^{2}T^2
	64.	Philem. 7.	(J. 217)	χαρὰν GSLT^1
v.	65.	1 Petr. 2, 21.	(X. 24)	ἡμῶν ὑμῖν MST.

Vides ex istis virum multis rationibus incomparabilem huic operi manum admovisse minus felicem.

11.* [Sine loco et typographo.] 1587. 16.

Editio Henrici Stephani secunda priori simillima, a qua tamen abest tractatus de stilo N.T. cuius locum obtinet alius de

[91]

graecis κεφαλαίοις. Le Longius ex una duas fecit, titulo ex diversis catalogis diverse descripto. Cf. Goezium p. 46, Knochium p. 403.

Discedit a prima quinque locis: X^u ad Erasmum reversa, X^v ad antiquiorem Bezanam (24), tum receptis Bezanis^k et^j 33.

12. Londini exeudebat Thomas Vautrollerius. 1587. 16.

Editio omnium in Britannia procuratarnm prima. Typographi e Gallia oriundi nomen Le Long. et Maschius p. 224 perperam Wautrollerium scribunt. Titulus promittit textum ad ed. H. Stephani impressum et cum ultima Bezae editione diligenter conatum. Neque haec a vero aliena. Henrici Stephani secundam editionem referunt notae marginales, praemissa praefatio et diatribe de κεφαλαίοις adeoque ipsae typorum formae.

Unicum quod nancisci potui exemplar possidet Bibliotheca ad S. Genovevae Parisiensis. Quo diligenter excusso undecim locos observavi in quibus a suo fonte (Steph. 1587) ad Bezae textum tunc novissimum (1582) transit: 12. 26. 34. 50. 51. 58. 61. 62. 65 et maxime 1. Io. 2, 23. ubi vitium servat a Beza postea emendatum. Huc ctiam pertinet omissa glossa Stephanica X. 27. Porro 1. Thess. 2, 12. lectionem X. 63 recipit et Marc. 8, 24. mendose scribit: ὅτι ὡς δένδρα omisso ὁρῶ. Verum suum fontem etiam prodit servatis lectionibus X. 49. 5 - 57. 59. 60.

13.* [Sine loco et typographo.] 1604. 16.

Ex posteriore patris editione Paulus Henrici Stephani filius hanc suam primam, quam ipse tertiam dicit, descripsit, servato tractatu de divisione per κεφάλαια. Duos locos mutavit: 2. Cor. 11, 10. σφραγήσεται ad Steph. I et 1. Petr. 3, 21. (X. 25) ᾧ ἀντίτ. καὶ ὑμᾶς quod huic nostrae proprium. De eadem vide etiam quae ad hunc annum capite ultimo, quod de editionibus spuriis agit, adnotavi.

14.* LONDINI exc. Reg. typogr. 1592. 16.

Nitida et miniuscula editio iu nostris terris rarissima. Leguntur in margine praeter loca parallela scholia latina breviora et fere in usum tironum scripta. Textus ad exemplaria H. Stephani expressus est. Habet enim omnes fere prioris editionis (1576) lectiones peculiares, cum posteriore (1587) tamen facit in X. 36. 63. Praeterea observavi duaa Bezanas X. 28. 38.

15.* LUGDUNI ap. Ant. de Harsy. 1599 - 1600. 16.

Duobus tomis diverso anni numero notatis cum vulgata versione, non Erasmi, ut male habent Goezius et Maschius. Haec quoqtie Stephani primam (1576) sequitur, qua tamen quantum equidem vidi ex Stuttgardiensi exemplari, quinque locis

[92]

recedit, quater veteri lectione Bezanae praelata (W. 19. X. 2. 11. 52 reformatis ad U. 8. K. 236. M. 258 A. 23), semel Stephano repudiato (X^f). A meo exemplari tomus secundus abest.

16. LUGDUNI ap. viduam Ant. de Harsy. 1611. 16.

Unicum huius libri exemplar possidere videtur bibliotheca Parisiensis ad S. Genovevae dicta, graeco-latinam, versione ad romanae correctionis amussim descripta. In fine legitur: Excudebant Iac. Mallet et Pet. Marniolles. Constat duobus tomis textumque exhibet binis columnis expressum ita ut archetypum exteriorem obtineat, vulgata interiorem. Additamenta adsunt nulla. Le Long. titulum affert ed. Harsyanae anni 1610 mere graecae quam tamen in indice chronologico et ipsam bilinguem dicit. Maschius fidenter, quanquam nullo alio teste usus, duas facit p. 260 et 279. Textus e praecedenti repetitus a quo tamen paucissimis locis ad genuinum suum Bezam recedit (X. 41. 55. 59. 61).

17. [Sine loco] ap. Iac. Stoer. 1609. 16.

Stoerius iste Genevae prelum exercebat estque haec eius prima editio graeco-latina cum versione vulgata. Textum ad Plantinianas referendum censet Maschius p. 280 quem vix inspexisse reor virum doctissimum, nam Bezanus est (ex ed. 1576) ut ex Lorckiano exemplari Stuttgardiae asservato didici. Discrepat a suo fonte undecies, scil. sexies redit ad Bezanam scripturam primariam olim ab Henrico eiectam (X. 4. 11. 26. 52. 55. 64), cum Paulo Stephano (1604) facit in 1. Petr. 3, 21; cum Brylingerianis libris (1563) in Luc. 1, 35; bis a Beza ad veterem Erasmicam regreditur (X. 2. 20); denique 1. Cor. 15, 33. singulariter et vitiose exhibet χρῆστ’.

18. [Sine loco] ap. Iac. Stoer. 1625. 16.

Editio e praecedente simpliciter iterata. Diligenter contuli exemplar Dresdense.

19.* LONDINI exc. R. Norton. 1653. 12.

Editio in usum tironum adornata adscriptis in margine notis grammaticis cura et studio Caroli Hoole. Haec et sequentes nonnullae in Lorckiana quoque collectione exstant. Alibi non vidi. Prima haec sequitur editionem anni 1576 a qua transit ad secundam duobus locis (X. 36. 64), utramque deserit bis (X. 51. 62) ad vulgatam rediens, denique 1. Io. 2, 23. vitiosam lectionem Bezanae secundae (1582) recipit.

20.* LONDINI exc. R. Norton. 1664. 12. Bibliographis nostris ignota, simpliciter describit praecedentem.

[93]

21 * LONDINI exc. S. G. prostat ap. N. Ranew. 1672. 12.

Eidam haec prioribus in omnibus simillima, additis Hoolii notis. In textu unum locum mutat sc. Io. 18, 20. ubi pro Bezano παντόθεν Stephanicum πάντοτε restituitur.

22* LONDINI exec. Andr. Clark pro S. Mearne etc. 1674. 8.

Repetit primam aut secundam Hoolii editionem restituta lectione Bezana Io. 18, 20. sed ab iisdem discedit 1. Thess. 2, 12. ubi veterem lectionem μαρτυπούμενοι refert.

23.* LONDINI exc. Iac. Flesher. 1660. fol.

Io. Pricaei commentarii in varios N. T. libros, quibus inseritar textus graecus Matthaei et Lucae integer, Ioannis cap. X. et XI. tum Acta App. Epistolae primae ad Cor. c. XII. Epp. ad Timotheum, Titum, Philemonem, Iacobi, Iudae et Ioannis. Textus Apocalypseos commentario non additus est, et Maschius p. 322 hactenus corrigendus. Cf. de hoc opere Baumgartenii Nachr. IV. 119, Knochium p. 442.

Textus ad ed. Stephani II. (1587) exscriptus est. Quem Britannis tum temporis maxime familiarem non nisi duobus locis mutatum video sc. Matth. 24, 15. ἑστὸς, Act. 9, 35. τὸν σαρωνᾶν, quae lectiones e Stephani patris tertia desumptae sunt.

24.* PARISIIS ap. Petr. F. Emery filium. 1715. 8.

Editio rarissima et iti Gallia saeculo superiore N. T. ultima. A typorum elegantia non magnopere commendatur sed alioquin digna quae curiosius examinetur. Constat duobus tomis nec praeter textum quidquam praebet nisi brevem typographi praefationem qua ipsius

curis opus tribui videtur. Ridicula res Le Longio accidit qui e schedis suis turbatis praefationem H. Wetstenii editioni Mastrichtianae (Cap. XI. § 6) praemissam in suam bibliothecsmi transtulit quasi ad hanc Parisiensem pertineret. Quod Maschius incaute imitatus est, Lorckius (BG. II. 65) vero miratur quamvis erroris rationem et causam nesciret. Ipsius nostri praefatio affirmat hic N. T. a Stephanis editum recusum esse, ita tamen ut cum aliis editionibus maxime Milliana collatum sit. Quae vero consentanea reperi, falsa omnia quae alii de Emeryana dixerunt. Si quidem Milliana eadem est ac Stephani maioris tertia, ex qua nonnulla in suum usum convertit noster fundamento H. Stephani (1576) superstruenda.

Cum hoc enim communes habet lectionies omnes $X^{a - e.o.p.s - v}$ exceptis locis septem ubi ad Stephanum patrem sive mavis Millium transit (1. 20. 50. 51. 56. 59. 60). Rarissime ab utroque discrepat recepta lectione Bezana (X. 24. 28), Erasmica (P. 277),

[94]

Complutensi (H. 68) quam tamen et Waltonus post Rob. Stephani I. habuerat. Plane siugulariter legit Luc. 3, 2. ἀρχιεπέως Ἄννα καϊάφα, et Luc. 5, 7. βαθίζεσθαι quae nescio vitia an coniecturas dixerim.

§ 4. EDITIONES BEZANAE MINORES RECENTIORES.

25.* [Sine loco et typographo.] 1580. 8.

Tertia est in scrie Bezanarum editiouum minorum, et ipsa ab Henrico Stephano excusa, cum duplici interpretatione latina Bezae et vetere, et adnotationibus marginalibus maxime e Bezae ipsius commentario petitis et partim olim a V. D. Loiseleur Villier Lond. 1573 editis, partim Stephano suadente a Io. Cherpont in commodum huius editionis excerptis. Praemittuntur praefationes, Bezae ad principem Condensem ex ed. a. 1565, Loiselerii et Stephani, cum huius carmine graeco, subiiciuntur symbola orthodoxae fidei. Cf. Maschium p. 315, Baumgartenii Hall Bibl. IV. 197.

Lectiones Bezanas edit. 1565 omnes servat . ($X^{a - e}$) praetar unam (13) quam praeeunte Henrico ad vulgarem mutat; Cum eodem consentit in lectionibus X^{su}, non vero iu X^{tv} in quibus ad vulgarem Bezanam accedit (X^{el}). Etiam X^{h} recipit. Eph. 1, 18. vitiose scribit διακονίας (K. 249).

26.* [Sine loco et typographo,] 1590. 8.

Quartam hanc excudebat Eust. Vignon, de quo vide infra Cap. IX. § 1. Absunt hic praefatio et carmen Stephani, Vulgata Hieronymi et Symbola. Cf. Knochium p. 486, Baumgartenii Nachr. IV. 99.

Omnes servat lectiones praecedentis modo mamoratas, recipit praeterea Bezanas quinque ex tertia maiori editione a. 1589: $X^{fmq.}$ Habet et ipsa novum aliquid:

X. w. 66. 2. Cor. 1, 17. (485) βουλόμενος SLT^{1} (pro βουλευόμενος $GMKT^{2}$).

27.* [Sine loco et typographo] 1604, 8.

Quinta, eiusdem Eustathii Vignon, praecedenti iu omnibus similis, quam tamen sex locis deserit: scilicet Stephanicis lectionibus X. 27, 58 olim receptas substituit, pro X. habet veterem Erasmicam (G. 51) etiam in Bezae maioiribus editionibus inde a secunda receptam; ex eodem fonte sumit X. 41. 42, denique habet glossema Hebr. 10, 17. (X. 48) ita ut omnes suas emendationes ex una ultima ed. a. 1598 sumpsisse videatur.

[95]

28.* [Sine loco] apud Io. Vignon, 1611. 8.

* [Sine loco] apud Sam. Crispin. 1611. 8.

* [Sine loco] apud Iac. Stoer. 1611. 8.

Una eademque est editio eaque a bibliopolis iterum *quinta* appellata quemadmodum iam praecedens fuerat, quia ut videtur, novam hanc ad illam referebant quae anno 1590 edita fuerat, quanquam tertiae, (1580) hoc nomine propior dici potest quod haec quoque duplicem latinam interpretationem exhibet. Le Longius et Maschius exemplaria cum Crispini nomine non habuisse videntur. Meum olim Lorckii fuit. Stoerianum nusquam reperi, titulum ex, bibliotheca Sussexiana describo, satis dubiae fidei libro.

Textum sumit ex quarta (1590) a qua tamen discedit sex locis, repudiata bis lectione Bezana (X. 40. 66), recepta ter eadem (X. 41. 42. 59), item semel Brylingeriana (β. 1).

Ex modo dictis facile colliges textum Bezae genuinum et Henrici Stephani minus late divulgatum fuisse et fere in Calvinistarum coetibus substitisse. Quem tamen mox intercedente Elzevirorum industria omnium frequentissimum videbimus, orbatum tamen primarii editoris et nomine et laude.

§. 5. EDITIO LUBINI.

29.* ROSTOCHII typis Ioach. Pedani. 1614 - 1616. 4.

AMSTELODAMI ap. Io. Ianson. 1614. 4.

ROSTOCHII ap. Io. Hallerfeld. 1617. 4.

* ROSTOCHII impensis Augustini Ferberi. 1626.4.

Hi omnes eiusdem libri sunt tituli, ut ex subscriptione primi voluminis et ex inscriptione clavis adiunctae s. lexidii graeci patet. Exemplaria enim minus cupide ab emtoribus distracta subinde novis titulis ornata sunt quo facilius venirent. Cf Knochium p. 422, Goezium I. 7. II. 12, Bibliothecam Moerlianam p. 316, Boernerianam p. 56, Maschium I. 411.

Hanc plane singularem et hodie infrequentem N. T. editionem trilinguem propriis sumtibus evulgandam curavit Eilhardus Lubinus professor Rostochiensis qui a. 1621 ex hac vita decessit. Versio latina et Lutheri germanica lineis graecis ita interpositae sunt ut fere verbum verbo respondeat. Opus pueris destinatum, quos hoc auxilio adiuvare volebat editor linguarum antiquarum studio incumbentes. Igitur versionem Lutheri fideliter retinuit velut textus normam supremam et authenticam, ad quam graeca pro necessitate, ordine verborum passim mutato, *cogere coatus* fuit ut ipse eleganter dicit.

Textum ipsum non simpliciter ex aliqua antiquiore editione descripsit. Sequitur quidem in universum Bezana exemplaria,

sed ubi ipsa inter se discrepant modo hoc modo illud praefert. Et Bezam quidem seqnitur in X. 4. 12. 24. 25. 46; Stephanum (1576) in X. 3. 13. 43 - 45. 49. 51. 53 - 56. 58; utrumque in W[m.] X. 1. 5 - 11. 14 - 16. 18 - 20. 22. 23; Stephanum deserit pro Beza in X. 27. 50. 52. 57. 59 - 65; utrumque rarissime missum facit pro veteri lectione (X. 2. 17. 21); ex Bezae II sumit X. 34. Matth. 22, 13. (J. 226) scribit ἐμβάλετε et sic alibi quoqne singularia nonnnlla vidi, quas vix lectiones variantes aut coniecturas dixerim, sed potius mera vida. Exemplar genuinum i. e. Rostochiense 1614 unicum praeter meum adhnc reperi in bibliotheca Sangallensi. Habet in fronte vol. II. epistolam dedicatoriam Philippo Iulio Duci Pomeraniae inscriptam quae postea omissa esse videtur. Quae falsa tradit de hac editione catalogus bibliothecae Schadeloockianae vide infira in spuriis.

[97]

CAPUT IX. EDITIONES STEPHANO-BEZANAE.

Iam inter eas editiones qnas ad familiam Bezanam pertinere dixi plurimae erant quae lectione Bezana hinc inde repudiata ad veterem Stephanicam, vel quae plerumque eadem erat Erasmicam, redire maluerunt. Vix ab iis differunt aliae quarum nunc seriem quasi novam aliquam familiam constituentium expositurus sum. Seorsim has collocavi quia revera ad Stephanicas expressae sunt e quibus ut e fonte suo derivantur, hoc tamen pacto ut modo plures modo pauciores lectiones a Beza primum vulgatas recipiant. Etiam hic magna singularum varietas, ad quam si iuste attenderis usque aliqua libertate in tractando textu usos esse editores confiteberis.

§ 1. EDITIO VIGNONII.

1 . [Sine loco] παρὰ Εὐστ. Οὐιγνῶνι. ᾳ. φ. ο. δ.

[i. e. Genevae 1574.] 16.

Fuit hic Eustathius Vignon Ioannis Crispini gener et ex socio successor. Cuius graecam praefationem hic denuo praemisit. Maschius hanc editionem ignoravit, imo nemo usquam recenset. Quod in praefatione sequens secunda audit typographo id ita explicarunt ut Crispini editionem a. 1565 primam numerent. Idem Maschius auctor est Vignonianam ab illa Crispiniana nusquam discedere. Sed haec omnia falsa. Iam in catalogo bibliothecae Moerlianae reperi titulum editionis a 1574 vulgatae quae ibidem a raritate commendatur utpote omnibus bibliographis incognita, et postea Darmstadtii unicum exemplar quod aldhuc nancisci potui manibus tractavi. Titulus graecus est, adsunt praeter graecam Crispini

praefationem βίοι, πίναξ, versus memoriales, de quibus omnibus iam satis supra. Textus absolvitur fol. 358 verso, ut in Crispiniana secunda, ita in hac et sequentibus.

[98]

Lectiones Bezanas deprehendi sex: X. 3. 15. 18. 21. 23. 34. Praeterea Io. 18, 1. legitur τοῦ κέδρων quod semel supra vidimus (418) ap. Voegelinum Cap. V. § 3, Act. 7, 48. cum Crispini II. om. ναοῖς et prima omnium habet:

(436) Matth. 1, 18. γένεσις (pro γέννησις).

2. [Sine loco] παρὰ Ε. Οὐιγνῶνι. ᾳ. φ. π. δ.

[i. e. Genevae, 1584.] 16.

Vidi Stuttgardiae et Guelferbyti. Easdem habet lectiones ac prima.

3.* [Sine loco] ap. Eustathium Vignon. 1587. 16.

Ipse typographus in sua praefatione latina (nam Crispiniana exsulat) hanc tertiam dicit. Titulus latinus. Adduntur in calce Is. Casauboni adnotationes, praemittitur eiusdem epistola ad Phil. Canaium.

Lectionibus Bezanis supra memoratis addit alias octo (X. 4. 6. 14. 19. 20. 25. 37. 46).

4. GENEVAE ap. Io. Vignon. 1615. 16.

Haec eousque praecedentem in omnibus sequitur ut ipsa praefatio typographi intacta manserit quae *tertiam* editionem lectori offert, et extema forma de verbo ad verbum eidem respondet ut vix inter se distingui possent. Sed diversas esse ex quibusdam levibus erratis demonstrari potest. Sic inter alia Luc. 12, 7. πολλῷ legit. Contuli Guelferbyti.

5.* [Sine loco] Oliva Pauli Stephani sumtibus Sam. Crispini. 1617. 16.

In meo exemplari anni nota distincte sic legitur: {1617}, sed de vera lectione dubium oriri nequit. Cf. Maschium p. 223, Baumgartenium in Nachr. I. 203, Goezium p. 49. Habet praefationem Henr. Stephani ex eiusdem ed. a. 1587 et Casauboni notas, sed textum patris minime sequitur. Est is potius idem atque editionum duarum praecedentium. Consentit cum ed. a. 1615 in Luc. 12, 7; Act. 21, 8. reponit ἤλθομεν (X. 57) et Luc. 23, 6. (U. 9) singulariter legit γαλιλαίων. A pristina celeberrimae officinae elegantia mirum quantum aliena.

6.* [Sine loco] sumptibus Iac. Crispiri. 1632. 16.

[Sine loco] sumptibus Io. de Tournes. 1632. 16.

Una eademque editio cuius alterum exemplar ipse possideo, a Maschio p. 224 falso Ioanni Crispino editori tributum, alterum in Lorckianis vidi Stuttgardiae. Habet praefationem H. Stephani ex ed. a. 1587 eiusdemque et Casauboni notas. Textus ab illo quem praebent caeterae Crispinianae et Tournesianae

[99]

plane diversus, a Vignoniano qualis tertia vice (1587) expressus fuerat uno tantum loco discedit (W[d.])

7. [Sine loco] sumptibus Io. de Tournes et Iac. de la Pierre, 1632. 24.

Editio rarissima quam in unico exemplari Genevae in bibliotheca publica detexi. Describit eam paucis Baumgartenius Nachr. II. 472 Maschius vero I. 194 temere apographon alius Tournesianae dicit quam infra Cap. X. § 3 habebis. Imo textus e praecedenti simpliciter descriptus, versiculis itidem distinctis sed absque omni praefatione aliisve additamentis. Paginae sunt 908.

8. LONDINI ap. Dan. Frere. 1648. 24.

Examinvi Hamburgi. Textus omnino idem est ac Vignonii a. 1587.

§ 2. EDITIO HAFENREFFERI.

9.* TUBINGAE per Theod. Werlin, impensie Io. Berneri. 1618. 4.

Editio satis splendida, typis graecis maioribus excusa. Textui graeco addita est versio Erasmi hinc inde emendata. Praefationi subscripsit Matthias Hafenreffer professor Tubingensis. Singulis capitibus subiectae sunt variantes lectiones sed paucissimae, quippe *in quibus adnotandis summam ἀκριβείαν adhibere non cansultum* ratus sit editor. Caeterum textui quam correctissime recensendo se studuisse testatur, scilicet ex diversis editionibus, quae olim cum libris manu scriptis collatae fuerint, eum repetiisse confessus. Maschius omnino fallitur fontem libri Erasmicum textum fuisse dicens p. 303; imo fuit Stephani editio regia a qua non nisi sex locis ad Bezam transit (W. 32. X. 4. 6. 16. , 20. 52), semel ad Erasmum (P. 277). Cf. etiam Baumgartenii Nachr. H. 18. Schnurreri Oratt. p. 151.

§ 3. EDITIO ERASMI SCHMIDTII.

Plures sunt editiones quas hoc nomine insignire non abs re erit, etiamsi Er. Schmidtium autorem non omnes profiteantur. Iam supra vidimus e bibliopolio Sam. Selfischii Vitebergensis nonnullas venum datas fuisse quae et Erasmi versione in versiculos distincta et aliis quibusdam in commodum studiosorum factis additamentis singularem aliquam formam exhibent, item in textu aliquot lectiones quibus facile a caeteris omnibus distingunntur. Quarum nonnullis praefixa est brevis Erasmi Schmidtii professoris literarum graecarum Vitebergensis ad lectorem commendatio ex, qua praeter alia hoc quoque efficere poteris ipsum ad textum adornandum nihil de suo contulisse. Postea vero idem

[100]

ille Schmidtius textum saepius suo marte recoguovit, ita quidem ut Selfischianum plerumque sequutus, quem Stephanicum fuisse memineris, ope Bezanae lectionis quae minus recta viderentur corrigeret, imo rarissime ex aliis fontibus nova adferret. Atque huc referendae editiones sequentes.

10. * Ἐν Ο'ΥΙΤΤΕΜΒΕΡΓΗ ὑπὸ Αὐγ. Βωρεκίου ἔτει α. χ. κ. β.

[Viteb. ap, Aug. Borheck. 1622.] 4.

Haec editio quam uno ore omnes in his terris rarissimam proclamant quamvis fere quotidie occurrat venalis et in plurimis bibliothecis Germanicis exstet, in usum Graecorum, τῶν φιλοθέων καὶ εὐλαβῶν ῥωμαίων, adornata est sub auspiciis duumvirorum Nicephori Thessalonicensis, episcopi in Monte sancto, et Demetrii presbyteri, cura et studio Zachariae Gergani viri nobilis ex urbe Arta, et Erasmi Schmidtii qui in titulo ἐργοδιώκτης appellatur. Quem titulum mere graecum sequitur fragmentum ex Iustini Apologia, textui adscribuntur loca parallela. Omnia graeca in hoc libro orientalibus ecclesiis destinato, sed ut videtur ab iisdem non adeo expetito ut eum nobis omnino praeripuerint. Plura dabunt Goezius p. 38; Knochius p. 434; Baumgartenius in Hall. Bibl. III. 471. Maschius denique p. 205 qui textum uno loco correcto mere Erasmicum statuit in quo mirum quantum a vero aberravit.

Est enim, ut dixi, Selfischianus, ita quidem ut habeat decem lectiones ex undecim illis quae huic propriae sunt (W$^{mo.}$ Self. - 5) quibus accedunt non nisi septem Bezanae (X. 4. 14. 18. 22. 25. 34. 50). Singularis observavi duas:

σ. 6. Ap. 2, 5. (K. 240) ἐν τάχει

7. Ap. 7, 14 (L. 256) om. ἔπλυναν τὰς στ. ἀ.

Opus non absque mendis typographicis gravioribus excusum. Sic Matth. 13, 38. legitur: τὸ δὲ καλὸν σπέρμα οὗτοί εἰσιν οἱ νἱοὶ τοῦ πονηροῦ omissis octo vocabulis. Huc etiam fortasse trahendum quod Marc. 15, 41. omittitur καὶ διηκόνουν αὐτῷ, sed vide R. 307.

Exemplar meum olim fuerat Ern. Frid. Caroli Rosenmülleri, celeberrimi scholiastae Lipsiensis.

11.* WITEBERGAE impensis haeredum S. Selfisch. 1635. 12.

Haec quinta et ultima editio Selfischiana quatuor supra memoratas sequuta est quoad externam operis formam et rerum dispositionem, sed novam habet Er. Schmidtii praefationem in qua tamen de textu nihil dicitur. Qui exhibet lectiones Selfischianas decem (vide supra Cap. V. § 5: W$^{mn.}$ σ. 1 - 5) et Be- zanas octo (X. 10. 12. 16. 18. 22. 25. 34. 50), porro Schmidtianam modo laudatam (σ . 6) et unam Erasmicam ab his familiis omnino alienam (Q. 294).

[101]

12.* WITEBERGAE et Francofurti impensis Balthas. Mervii typis Casp. Roetelii. 1653. 8.

Simpliciter describit ultimam Selfischianam. Examinavi olim Stuttgardiae in collectione Lorckii quem cf. in BG. II. 46. Nuper demum incidi Mouachii in exemplar aliud, idque unicum quod unquam venum prostitisse memini ex quo talia conquirere coepi.

13.* WITTEBERGAE impensie Balth. Cph. Wustii. 1661. 8.

Praefatur Io. Ericus Ostermann, Erasmi Schmidtii in cathedra graeca Vitebergensi successor, qui paucis docet in hac editione nihil in Selfischianis mutatum esse. Quod quantum attinet ad additamenta huic familiae propria omnino verum; quantum ad textum, ad duas ultimo loco memoratas editiones restringendum.

14.* FRANCOFURTI ad Moentm typis et impensis Balth. Cph. Wustii. 1674. 12.

Praecedenti quoad externam formam et rerum copiam simillima, solam veterem Er. Schmidtii praetationem a. 1635 datam exhibet, in textu vero nonnulla mutat. Selfischianas lectiones duas W. 33. σ. 5 valere iubet, item Bezanas duas X. 18. 50, in quibus omnibus ad Stephanicas transit; sed Bezam ducem praefert Stephano bis (X. 11. 14). Item Schmidtianimi ἐν τάχει Ap. 2, 5. repudiat dempta praepositione. Act. 17, 25. (X. 19) legit καὶ μνοὴν καὶ πάντα, Io, 6, 11. legit δέδωκε pro διέδωκε quae novae lectiones sive vitia potius in plures deinceps editiones translata sunt.

15.* FRANCOFURTI ad Moenum typis et impensis Balth. Cph. Wustii. 1686. 12. Accuratissime describit praecedentem sine ulla mutatione.

16.* FRANCOFURTI ad Moenum typis et impensis Balth. Cph. Wustii. 1693. 12.

Quod Le Longius dicit forma quaternaria hoc anno Francofurti N. T. excusum esse, id non de hac nostra valere crediderim, sed potius de Leusdeniana huius anni quae paullo grandior octonaria dici potest. Caeterum textus huius Wustianae idem ac praecedentis.

17.* FRANCOFURTI ad Moenum typis et impensis Balth. Cph. Wustii. 1700. 8.

In hac ultima huius seriei editione, prioribus alioquin simillima nonnulla in textu mutata deprehendi. Sic Marc. 6, 33. Legitur

[102]

προσῆλθον (β. 4); Luc. 1, 35. singulariter γενόμενον ἕκ σου (cf. U. 12: cum β. 1); Matth. 6, 6. sola omnium Erasmum deserit (P. 277. σ. 1); Col. 1. 2. et Apoc. 3, 1. transit ad Bezam (X. 4. 43).

Caeterum observandum has editiones Wustianas a pluribus, unice versionem Erasmi respicientibus, Erasmicis adnumerari quod inter alios et Dibdino accidisse pro sueta huius viri levitate non mirandum.

18.* NORIMBERGAE sumptibus ac typis Mi Endteri. 1658. fol.

Titulus exhibet: Erasmi Schmidtii opus sacrum posthumum in quo continentur versio N. T. nova cum notis et animadversionibus, quibus accedit teztus graecus cum versione veteri. De quo vido Maschium pag. 318, Goezium p. 34, Baumgartenium in Nachr. II. 23. Lucem vidit haec editio diu post autoris mortem iam anno 1637 fato functi, sed omnium in hac serie memoratarum maxime Schmidtii nomen textui graeco adponendum sibi vindicat. Qui ex mente editoris constitutus ad Bezanum quam plurimum accedit non tamen ita ut unam aliquam editionem caeteris exclusis sequatur.

Retinet enim ex lectionibus Bezanis has: X. 4. 7. 8. 10 - 18. 20- 23. 25 - 27. 30. 34. 38. 39. 42. 45. 47. 50. Ex fonte primario Selfischiano retinet W$^{m.}$ σ. 1. 2. In caeteris W$^{no.}$ σ. 3 - 5. X. 1 - 3. 5. 9. 19. 24 ad veterem Stephanum redit. Habet etiam singularia nonnulla Io. 9, 8. (U. 11) προσαίτης, lectionem nostris unice probatam; Hebr. 11, 13. (K. 251) om. καὶ πεισθέντες cum Plantinianis et recentioribus; 1. Cor. 10. 28. (V. 49) glossam uncis includit; Ap. 2, 5. (X. 6) suum ἐν τάχει iam supra memoratum tuetur. Vides Maschium rem acu non tetigisse quum dicat Schmidtium non nisi vicies a Bezae textu (a quonam quaeso?) abiisse et hinc inde merae coniecturae indulsisse.

§ 4. EDITIO BLAUII.

19.* AMSTERDAMI ap. Guil. Bleau. 1633. 32.

Liber parvulus et elegans praeter textum et πίνακα μαρτυριῶν nihil continens et quoad textus rationem plane singularis, quem cuinam viro docto debeamus ipso tacente definiri nequit. Externa specie typorum et forma voluminis deceptus Goezius p. 53 Elzevirianis adnumerat, post cum Maschius p. 251 et Dibdinus I. 85 primam Elzevirorum accurate repraesentare affirmant, Hugius vero (Introd. p. 328) secundam. Verum res plane aliter sese habet. Scilicet editor pro fundamento posuit Bezae maiorem tertiani anni 1589 cuius textum nonnullis locis emendavit. Quae tamen emendationes fere omnes, paucissimis exceptis, ex Rob. Stephani secunda (a. 1549) repeti potuerunt. Nam cum hac recipit lectiones Complutenses D. 42

[103]

E. 43. G. 48. 54. 58. M. 260. U. 17. Erasmicas J. 77. U. 12. 13. Stephanicam W. 6; item deserit Bezam pro veteri lectione quae etiam in Stephani II. habetur in locis W. 31. X. 31. 36. 39. 40. Igitur citra dubium Stephanica illa editio praecipuus emendatoris fons erat ex quo scientiam suam hausit. Ex aliis non nisi pauca desumpsit: Io. 18, 1. τοῦ κεδρὼν (Vignon), Phil. 1, 14. τὸν λόγον τοῦ θεοῦ (Colin.), 2. Tim. 1, 4. πλησθῶ (J. 120. Plant.), 1. Petr. 2, 21. ὑμων ὑμῖν (Bez. X. 24). \

[104]

CAPUT X. EDITIONES STEPHANO-PLANTINIANAE.

Textus a Plantino eiusque successoribus et asseclis excusus Complutensis fuit ad exemplaria Stephanica ex parte mutatus. Iam incidi in editiones nonnullas quae evidenter Plantiniano fundamento i. e. Stephano-Complutensi superstruuntur sed multo plures lectiones Stephanicas recipiunt quam ut simpliciter eidem familiae accenseri possint. Quatuor sunt hae editionis inter se diversissimae, a bibliographis vix obiter memoratae. Quum vero nulla earum familiam ducat et omnino singulares manserint, supervacaneum puto earum lectiones sigillatim indicare, satis habens numerum utriusque classis, et Complutensium et Stephanicarum, hoc loco adscribere. Sunt tamen illae non indignae quibus curiosius animum adverteris: evidentissime enim demonstrant usque ad medium fere saeculum decimum septimum textum receptum quem dicimus nullum fuisse, virosque doctos salva orthodoxiae

fama de tali textu constituendo vix etiam cogitasse. Nostrae enim, quod probe notandum, non ex uno aliquo coetu aut ingenio ortae sunt, sed partim a catholicorum, partim a protestantium tam Lutheranorum quam Calvinistarum studiis originem repetunt.

Memineris Plantinianam editionem a. 1572 et Stephanicam tertiam locis 243 ex mille nostris discrepare.

§ 1. EDITIO MYLII.

1.* COLONIAE in officina Birckmannica sumtibus Amoldi Mylii. 1592. 8.

Additur in altera columna versio vulgata a theologis Lovaniensibus recognita quae ab Ariae Montani opere multifariam discrepat. Rara est haec editio et parum nota. Lorckius eam

[105]

describit BG. I. 120. hoc maxime miratus quod a catholicis edita sit in Germania ad suum tempus, non nisi ter in talibus studiis versatis. Maschius (p. 279) eam a Plantinianis etiam in graecis differre omnino nescit.

Locis 165 servat lectionom Complutensem, 77 aliis praefert Stephanicam. Habet tamen etiam lectiones quindecim ab utroque fonte alienas, scilicet Erasmicas decem (M. 257. 258. N. 261. P. 278. 282. 291. Q. 294. 295. U. 7. W. 10), tum Matth. 21, 7. ἐπεκάθησεν, 23, 7. ῥαββὶ semel, 24, 15, ἑστὼς, quae tredecim lectiones omnes simul occurrunt in unica editdone Ostenii (C. VI. § 1) a. 1586. Ad hanc ergo quisquis Mylianam curavit textum suum caeteroquin satis libere mixtum correxisse putandus est. Peculiares tantum duas observavi: Apoc. 6, 15. (J. 205) πλούσιοι . . . χιλίαρχοι . . . ἰσχυροί quod etiam a Vatero receptum est, et Act. 17, 5. (J. 97) ζηλώσαντες cett. (om. ἀπειθοῦντες) quod Lachmanno placuit.

§ 2. EDITIO HUTTERI.

2.* NORIMBERGAE studio et labore Eliae Hutteri. 1599. fol

Opus dodecaglotton duobus tomis absolutum cuius ampliorem notitiam suppeditabunt Carpzovii critica s. P. I. c. 9, Knochius p. 28, Maschius p. 391, Baumgartenius in Nachr. I. 316. Senis columnis evoluto libro uno obtutu conspiciendis inscribitur textus duodecim linguis expressus, et quidem in sinistra pagina primum syriaco subiicitur per singulos versiculos italicus, tum hebraeo hispanicus, denique graeco gallicus; in dextra vero latino anglicus, germanico danicus, ultimo loco bohemico polonicus. Fuit enim iste Hutterus Lusatus, plurimarum linguarum bene gnarus, olim Augusti Saxoniae electoris hebraice edocendi magister, postea Norimbergae typographus, qui multas editiones polyglottas plerasque tamen imperfectas molitus est. Novum Testamentum bis absolvit, in cuius textu constituendo nemo antea nemo postea tam arbitrarie tamque audacter spretis testibus et plurium versionum lectiones miscuit, alia ad aliam conformata, et sua ipsius commenta subinde ipsi archetypo obtrusit.

Recepit 120 lectiones Plantinianas, 110 Stephanicas, praeterea Bezanas sex (W. 29. 3). X. 23. 25. 38. 46). Verum haec minoris momenti. Iuvat hic accuratius recensere nonnulla loca quae ex ingenio suo, rarius feliciter, saepius summa cum temoritate reformavit.

Glossemata plura vel ex codicibus vel ex vulgata textui inseruit ex. gr. Act. 14, 6: καὶ ἐκινήθη ὅλον τὸ πλῆθος ἐπὶ τῇ διδαχῇ κ. τ. λ. C. 15, 34: καὶ ἰούδας μόνος ἐπορεύθη εἰς ἱερουσαλήμ. 1. Io. 5, 6: add. καὶ πνεύματος (437). Act. 23, 25: ὅτι ἐφοβήθη γὰρ [sic] μήποτε ἁρπάσουσιν αὐτὸν οἱ ἰουδαῖοι καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν καὶ αὐτὸς ὕστερον συκοφαντήσετε [sic] ὡς λαβὼν ἀργύριον. 2. Io. 11: ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν ἵνα ἐν ἡμέρᾳ κυρίου μὴ αἰσχυνθῆτε etc.

[106]

Alibi suo marte novas et inauditas fingit lectiones, praesertim eas quibus dogmata theologica facilius firmarentur, quas textus adulterationes fraudulentas dixeris, nisi res risum potius quam bilem moveret. Exemplo sint: Mattb. 28, 18: καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. C. 9, 25 : add. καὶ λέγει αὐτῇ τακλθὰ κοῦμι. Act. 20, 28. κυρίου καὶ θεοῦ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Rom. 4, 5. πιστεύοντι δὲ μόνον. 1. Cor. 10, 17: add. καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ποτηρίου. 1. Tim. 4, 1. πνεύματι πλάνης, quod apud Plantinum vitium operarum fuerat hic putaverim theologastri commentum. 1. Pet. 3, 15: κύριον τὸν θεὸν Χριστὸν. (438) 1. Io. 5, 6: add. ὅτι ὁ χριστὸς ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. Matth. 27, 9. (422) ἱερεμίου uncis inclusum. Iac. 3, 6: ἀδικίας ὕλη.

Duas variantes miscet: Apoc. 22, 21. (J. 225) πάντων τῶν ἁγίων ὑμῶν. C. 14, 15. (J. 182) ψεῦδος καὶ δόλος. Act. 25, 6. (J. 101) πλείουσ ἤ ὄκτω ἤ δέκα. Rom. 12, 11. (U. 4) κυρίῳ (καιρῷ).

Textum revera sanavit interdum, quamvis et tunc ex sola coniectura fecisse crediderim, lectione e margine arrepta: 1. Cor. 9, 20. (439) add. μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον (GK^{2}SLT) Eph. 4, 32. (J. 109) ὁ θεὸς ἐν Χρ. ἐχαρ. ἡμῖν M^{2}L.

3.* NORIMBERGAE per Eliam Hutterum. 1602. 4.

* AMSTELODAMI ap. Io. Walchaert. 1615. 4.

Editio Hutteri secunda quadrilinguis, hebraica scilicet, graeca latina germanica ex opere maiori. Versio hebraica ipsum Hutterum auctorem agnoscit. Textus paucis locis a priore mutatus invenitur. A Plantiniana lectione ad Erasmicam s. Stephanicam transit quinquies (J. 80. 104. 107. U^{gq}), ad Bezanam semel (X. 57); vice versa a Stephanica ad Plantinianam semel (J. 90), ab utraque ad veterem Complutensem ter (A. 3. B. 29. W. 20), item Rom. 12, 11. ubi quod in parenthesi prius addiderat καιρῷ delet. Denique omnium prima Act. 25, 6. (J. 101) legit οὐ πλείους ὄκτω ἢ δέκα cum GKSLT. Singulares et arbitrarias illas lectiones quas ex priore editione supra commemoravi omnes servat. Exemplar Amstelodamense nullum reperi usquam praeter meum, nuperrime Stuttgardiae redemptum. Cuius novus titulus non, ut vulgo in talibus editionibus fieri solet, prioris et authentici locum obtinet, sed simpliciter glutinis ope eidem superpositus est, ita ut in ipso primo folio verso vetus textus servatus appareat. Caeterum hoc opus duobus proprie voluminibus constat, quorum prius quinque titulis et quinquies redintegrata paginarum serie libros historicos continet, alterum viginti tribus titulis, annum 1603 referentibus sed paginarum serie continuata, Epistolas et Apocalypsin. Post Colossenses inserta est epistola ad Laodicenses.

[107]

3. EDITIONES TOURNESII.

4.* [Sine loco] sumptibus Io. de Tournes. 1628. 24.

AURELIAE Allobr. sumptibus Io. de Tournes. 1628. 24.

Gissae vidi exemplar cum nomine loci in titulo, quod a meo abest. Caeterum non differunt. Sine omni praefatione aliove additamento, ex quo quis huic operi edendo praefaerit colligi posset, textus exscribitur nudus typis minutis, versiculorum numeris in margine interiore positis. Cuius tamen recensio plane singularis hic exhibetur, ab omnibus aliis diversa, minimeque audiendus Maschius qui p. 194 affirmat typographum Quercetani (Roverii) editionem a. 1609 evulgatam ita expressisse ut nostra ille exacte respondeat. Imo Plautinianas lectiones servat tantum centum nonaginta et unam quas usque plures esse vides

quam quas Hutterus et Coloniensis editor receperant; quadragies et novies ad Stephanum transit, novies ad Bezam (W. 31. X. 11. 18. 19. 20. 21. 24. 49. 50).

5.* GENEVAE ap. Io. de Toumes. 1628. 8.

* GENEVAE ap. Io. de Toumes. 1629. 8.

Editio est trilinguis textui graeco duplicem Bezae versionem et latinam et gallicam iungens, quarum posterior tamen Bezae iure non dicitur. Le Longius et Maschius solum annum 1628 indicant. Utrumque etiam in catalogo Lorckiano recensetur.

Haec quoque nescio quo autore textum plurimis in locis mutavit diversarum familiarum]ectiones miscens. Plantinianas recipit 77; Stephanicas omnes prioris editionis servat praeter unam, iisque addit 109 alias, ita ut earum summa sit centum quinquaginta et septem. Longius igitur a familia Plantiniana recedit quam caeterae quas hoc capite recensui. Bezanas lectiones recipit sedecim, scilicet praeter supra memoratas novem, has septem: W. 29. X. 12. 14. 30. 38. 45. 57. Singulares habet: Ap. 21, 24. περιπ. τὰ ἔθνη τῶν σωζ. διὰ τ. φ.. (J. 191) et Ap. 22, 19. (J. 193) ἀπὸ τοῦ βίβλου, emendatione satis infelici.

CAPUT XI. EDITIONES ELZEVIRIANAE.

Iam CLXXXVIII editiones recensui, longe plures quam quae enumerandae supersunt usque ad Griesbachianam a qua vulgo historiam textus emendati incipiunt critici, centum octoginta et octo dicimus quae nullo modo ab editione Elzevirorum a. 1624 excusa pendent, quamquam quadraginta earum hoc anno recentiores sunt. Simul ad oculos demonstravi cuivis rem sine praeiudicata opinione rependenti illas editiones plurimum inter se differre, ita quidem ut vix binae vel temae inter se concordent vel in iis tantum locis quibus ad collationem meam instituendam usus sum. Patet igitur editionem Elzevirornm, qualiscunque eius textus fuerit, sine causa talem haberi quae *textum ante Griesbachium receptum* re vera repraesentet. Quod non solum prorsus erroneum si ad antiquiores retuleris, veram etiam quoad plurimas earum quae annum 1624 sequutae sunt. Adde quod inter illas variantes lectiones quarum ex nostris mille locis passim mentionem fecimus, plures pro mere arbitrariis habendae sint, ex quo non immerito collegeris, maiorem textus antiquitus propagati conformitatem non ex sola theologorum contra novatores tenacitate derivandam esse, sed potius ex studii critici imbecillitate et penuria subsidiorum. Iam videbimus, quod sane mirari possis, textum indies rarius mutatum et in plurimis editionibus simillimum, quamvis subsidiorum copiae magis

magisque crescerent, et studio critico plures viri primae notae incumberent summa cum alaeritate et minime infeliciter. Cuius rei causas suo loco significabo.

Quod editiones Elzevirianas seorsim tractare constitui, id haudquaquam ea de causa factum est quod familiam ducant aliquam novam et a prioribus omnibus plane diversam, verum pro sola commoditate, ob magnum numerum huc pertinentium exemplarium et, ut omnia dicam, propter famam qua apud vulgus criticorum gaudent. Textus enim pure pute Bezanus est, nihil novi nihil inauditi exhibens, et minus saepe a suo fonte discedens quam in plurimis editionibus supra recensitis id factum observa

[109]

vimtis. Cave tibi hac de re a viris doctis et praestantissimis, Millio Bengelio Wetstenio aliis, minus vero consentanea obtrudi patiaris. Sed quid multa? Rem ipsam accuratius examinandam adgrediamur, libris ipsis quum plures sint, in quasdam classes distributis.

§ 1. EDITIONES ELZEVIRIANAE GENUINAE.

De Elzevirorum in re typographica laudibus non est quod Loc loco verba faciam. Satis notae res sunt iis qui talia curant elegantiores illorum typi, chartae nitor, formae minusculae et habiles; mendorum denique absentia, quam certe fama libellis ὀλίγοις τε φίλοις τε, ut ipsi editores homerico stilo scribunt, triuere solebat.

Septem omnino sunt Elzevirorum editiones N. T. non octo ut ii asserunt qui primam Curcellaei iis adnumerant (et addita Whitakeriana novem recensere deberent), non pauciores, ut alii. Ego tamen eam quae in hac serie tertia est (1641) pro ratione instituti mei a caeteris seiungam.

1.* LUGDUNI Bat ex officina Elzeviriana. 1624. 24.

Dicitur in fronte ex regiis aliisque optimis editionibus cum cura expressum hoc N. T. Regiae dicebantur Rob. Stephani tertia et Plantini polyglotta. Quod fucum fecit viris doctis. Quum evidenter Plantinianum textum non sequuti sint Lugdunenses, Stephanum ducem sibi elegisse eos putabant. Praeter supra laudatos v. Maschium p. 226, qui eousque oscitantiae procedit ut hoc Elzeviriani textus peculiare dicat quod a Beza ad Stephanum redierit, porro Marshium p. 862, Eichhomium p. 280 et onmino plurimos. Recentiores critici Elzevirianae et Stephanicae

lectionis discrepantiam notantes vel nescire videntur cui illa debeatur, vel certe de fonte eius accuratiora non tradunt.

Textus huius editionis primariae ex Bezae prima minori (1565. 8.) descriptus est cum qua consentit in locis 992 ex nostris. Discedit *octo* tantum locis, quorum lectio ex aliis Bezanis editionibus repetita est. Habet ergo lectionem Stephanicam a Beza alienam omnino nullam! Quod si fortasse casu sic videri credideris, quia collatio mea ad certum locorum delectum exacta sit, scias Tischendorfium in prolegomenis ad suam editionem a. 1841 centum et quindecim loca afferre in quibus a Stephani tertia textus receptus, nempe Elzevirianae nostrae, discedat. In his quoque centum fere sunt in quibus Elzeviri cum Beza consentiunt, caeterae non tam variantes lectiones Bezanam emendantes, quam orthographicae vel grammaticae sunt correctiones, minimi illae momenti, vel etiam vitia operarum, vix uno alterove loco excepto. Minime igitur commodum facere videntur ii qui ad designandum in notis suis criticis textum Elzevirorum siglo **ς** utuntur.

[110]

Ecoe octo lectiones istas quibus receptis a Bezae prima nostri abeunt:

ε. 1.	Act. 21, 8.	(J. 171)	οἱ π. τ. Π. ἤλθομεν cf. X. 57
2.	Rom. 7, 2.	(440)	ἀπὸ τ. ἀνδρός (om.νόμου)
3.	Gal. 4, 17.	(X. 28)	ἐκκλ. ἡμᾶς
4.	Philem. 7.	(J. 217)	χαρὰν cf. X. 64.
5.	Hebr. 9, 1.	(X. 13)	add. σκηνὴ
6.	Hebr. 10, 2.	(X. 37)	ἐπεὶ ἄν
7.	Ap. 3, 1.	(K. 241)	add. ἕπτα cf. X. 43.
8.	Ap. 13, 5.	(K. 244)	add. πόλεμον. cf. X. 55.

Ex his lectionibus una (ε. 2) merum vitium est, caeterae omnes in editione Bezae tertia minore (1580) exstitere, ita ut vir doctus; quisquis ille fuerit, qui textui corrigendo operam

navavit, exemplar editionis Bezanae primae passim cum tertia collatum denuo typis mandasse videatur, neque erat our recentiores de nomine viri tam anxie anquirerent non iniquo fato sua laude apud posteros expertis.

Praefatio adest nulia. Titulum excipit πίναξ locorum V. T. Textus nudus et perpetuus, versiculorum numeris margini interiori inscriptis.

2. AMSTERODAMI sumtibus H. Laur. typis I. Corn. Wourdan. 1626. 8.

Addita est versio Bezae latina. Textus ed. Elzevirianae primae nusquam variatus. Exstat in collectione Stuttgardiana et Hamburgensi.

3.* SEDANI ap. Io. Iannon. 1628. 32.

Editio omnium quae exstant, praeter unam nostri saeculi, minutissima, typis excusa tam exilibus ut vix nudo oculo distingui possint. Caeterum eximiae est raritatis. Textus primae Elzevirianae accurate repetitur correcto vitio Rom. 7, 2. Cf. Baumgartenii Nachr. VIII. 12, Goezium p. 53.

4.* LUTETIAE Paris. ap. Claud. Sonnium. 1628. fol.

* LUTETIAE Paris. ap. Seb. Chappelet. 1628. fol.

LUTETIAE Paris. ap. Nic. Buon. 1628. fol.

LUTETIAE Paris. ap. Ant. Stephanum. 1628. fol.

PARISIIS ap. Sim. Piget. 1641. fol.

Editio bis evulgata solo titulo mutato. Est tomus tertias bibliorum graecorum quae cum vulgata latina versione excludi curavit Io. Morinus vir alioquin clarissimus et κριτικώτατος, qui in hoc libro textum N. T. e probatis exemplaribus petitum dicens paullo nimia canit, nam Elzevirianum simpliciter describit. Maschius, adeoque omnes quos adii, nomen solius Nic. Buon nosse videntur, quasi unici editoris, cui postea Sim. Piget suum substituerit. Verum quatuor bibliopolae praefationi cel. viro Matthaeo Molé dicatae subscripserunt, iidemque sigillatim titulos

exemplarium divendendorum nominibus suis appositis varie ornarunt. Stephanianum exemplar exstabat in Bibliotheca Sussexiana; Pigetianum rarissimum vidi et contuli in Bibliotheca Genevensi.

5.* HANOVIAE typis Wechelianis sumptibus Clem. Scleichii et Petri de Zetter. 1629. 12.

HAMBURGI impensis I. W. Ammon. 1655. 12.

Haec quoque unica est editio quod nemo adhuc vidit. Hanoviense exemplar in titulo dicitur ex Rob. Stephani aliisque optimis editionibus fideliter excusum et exlibet eiusdem praefationem (*O mirificam*), Hamburgense vero hac praefatione omissa ex optimis quibusvis exemplis potissimum vero Erasmi editione expressum traditur, impudenti mendacio utrumque, qui bibliopolarum eius saeculi mos erat. De Hanoviensi vide Baumgartenii Nachr. IV. 110, Goezium p. 53, Maschium p. 216 qui Stephanicis adnumerat titulo deceptus. De Hamburgensi idem ex Le Longio falsa refert p. 299, graeco-latinam dicens. Lorckius BG. II. 587 hanc unquam exstitisse dubitat. Equidem praeter meum exemplar nullum vidi. Textus Elzevirorum integer et intemeratus.

6.* LUGDUNI Bat. ex officina Elzeviriorum. 1633. 24.

Editio Elzevirorum secunda a priore hactenus diversa quod singuli versiculi a linea incipiunt et in fine argumenta graeca κεφαλαίων adduntur.

Textum habes nunc ab omnibus receptum aiunt isti in sua praefatione, felici audacia theologis minime renitentibus quod et illis et sibi commodissimum foret persuasuri. Elegantissimum libellum, et *εὔωνον* et *περιφόρητον* pluribus describunt Baumgartenius in Nachr. I. 206, Goezius p. 50, Maschius p. 227, alii multi, utpote textus recepti vere antesignanum et κορύφαιον. Uno in loco discrepat a prima:

ε. 9. Marc. 8, 24. ὡς δένδρα (J. 76).

expunctis cum Beza (X. 33) ὅτι et ὁρῶ, quam simpliciorem lectionem iam receperat Ianssonius, vide § seq.

7.* AMSTELODAMI ex officina Elzeviriana. 1656. 32.

Abest ab hac quarta editione (nam de tertia infra dicam) praefatio olim praemissa, in cuius locum substituta est brevior alia quae alto supercilio lectorem aliorum proletarias et abortivas editiones cum hac conferre iubet, scilicet absque dubio palmam ablatura. Exsulat quoque syllabus κεφαλαίων ex MSS. graecis repetitorum. Duobus locis discrepat a secunda: Rom. 7, 2. (ε. 2) vitium corrigit et

ε. 10. Luc. 1, 35. (U. 12) add. ἔκ σου.

8.* AMSTELODAMI ex officina Elzeviriana. 1662. 16.

Editio quita accuratissime describit praecedentem,

[112]

9.* AMSTELODAMI ex officina Elzevirana. 1670. 16.

Editia sexta a praecedenti vix distinguenda sed vere nova.

10.* AMSTELODAMI ex officina Elseviriana. 1678. 16.

Editio septima eademque ultima huius officinae. Haec quoque praecedentibus simillima. Corrigit tamen vitium caeteris omnibus commune:

ε. 11. Apoc. 3, 12. (W°) ναῷ (pro λαῷ).

Caeterum quod Dibdinus (I. 84) affirmat hanc primam et solam singulos versiculos separatim impressos exhibere, id non solum falsissimum est, quum omnes Elzevirianae praeter

principem a. 1624 tali modo distinguendi utantur, sed et evidenter docet, quod sane mireris, istum virum Elzevirorum labores non inspexisse quum de iis scriberet.

11. PATAVII ex typographia Seminarii opera Io. Cagnolini. 1692. 16.

Anno superiore Vratislaviae in bibliotheca civica in unicum huius editionis exemplar incidi, omnibus qui antehac de N. T. graece edito scripserunt ignotae, et satis singularis indolis. Titulus ex regiis aliisque optimis editionibus cum cura expressam dicit, quae est Elzevirorum formula; adest praefatiuncula mere et verbo tenus Elzeviriana; adest πίναξ locorum parallelorum; lineae itidem cuique paginae sunt triginta quatuor ut in ultima Amstelodamensi. Quid quod ipsi typi, nisi omnia me fallunt (nam conferre cum authentico Elzevirorum exemplari non potui) ab his ipsis mutuos accepisse videtur typographus Patavinus; certe ab iis quibus postea usi sunt Patavini omnino diversos esse affirmare audeo. Solae initiales aliam referunt formam quam quae Batavis sueta erat, et quin vere nova sit haec editio, non autem simpliciter titulo mutato iterata, quod primum suspicatus fueram, dubitari nequit. Textus in omnibus cum ultima Elzeviriana consentit.

12.* Ἐν ´ΑΛΑ τῆς Σαξονίας ἐν τῇ τυπογρ. τοῦ ὀρφανοτροφείου. Ἔτει ᾳ ψ ί. [Halae 1710.] 12.

Editio bilinguis cuius textui archetypo addita est versio neo-graeca cura et studiis primum Anastasii Michaelis Macedonis recognita, postea Liberii Coletis presbyteri Atheniensis, cuius emendationes textum ipsum collectae praecedunt. Praefatus est latine A. H. Franke cel. Halensis theologus, graece Io. Haimannus nescio quis Lugduni Bat. degens. Praemittitur canon paschalis s. menologium in usum ecclesiae graecae eodem Coleti autore. Plura suppeditabunt Knochius p. 511. et Baumgartenius in Nachr. IV. 112. Textus Elzevirianus 1678 invariatus. I

[113]

13.* ἘΝ ΧΕΛΣΕΑ ἐξετ. μαρ' Ἰω. Τιλίγγου. 1810. 12.

Ἐν ΛΟΝΔΙΝΩ ἐξετ. μαρ' Ἰω. Τιλίγγου τῆς Χελσέας. 1810. 12.

Ἐν ΛΟΝΔΙΝΩ ἐξετ. μαρ' Ἰω. Τιλίγγου. 1814. 12.

Editio δίγλωττος in usum Graecorum a societate bliblica procurata et stereotypice iterata ita ut ipse, an omnes annorum notas enumeraverim, definire non ausim. Textus graecus

authenticus Elzevirorum postremus est, versio neo-graeca. Exemplar cum nota a. 1814 vidi in bibliotheca Hamburgensi.

14.* Ἐν ΛΟΝΔΙΝΩ ἐξετ. μαρ' Ἰω. Τιλίγγου. καὶ Οὕγου τῆς Χελσέας. 1819. 12.

ἘV ΛΟΝΔΙΝΩ ἐξετ. κ. τ. λ. 1824. 12.

A praecedenti vix discernenda. Accuratius tamen inspicienti nova formarum compositio adparet facillime ex eo cognoscenda quod in primo capite Marci et aliis nonnullis in locis litera K uncialis in priore editione paullo grandior hic ad rectam caeterisque similem formam redacta est. Textus non variatus.

Exemplar cum nota a. 1824 rccensetur in catalogo societatis biblicae cuius sumptibus editiones illae procuratae sunt.

15.* Ἐν ΜΟΣΧΑ. ἐν τῷ τῆς ἁγ. αυνόδου τυπογρ. Ἔτει ᾳ ω κ ά. [Mosquae. 1821.] 4.

Biblia graeca integra cura et sumptibus Societatis biblicae (ἱεροβιβλιακπῆς) Mosquensis sub auspiciis SS. Syodi imperii rossici edita. Liber forma quam typis insignior. Textus ex ed. Cpolitana a. 1810 descriptus dicitur de qua tamen vide quae in capite penultimo de editionibus dubiis agente dicturus sum. Interim scias eum cum Elzeviriani forma recentissima omnibns convenire.

Ecce tibi omnes fere quas genuinas dixeris Elzevirianas editiones easque vel ipsas inter se minime concordantes. Paucissimas alias praeterea infra § 3 addam. Caeterae omnes, etiam proxime prosseque illas sequutae plus minus textum mutant Bezanis lectionibus Stephanicas, Erasmicas vel adeo Plantinianas miscentes. Quae quum itai sint, quo pacto hodie aliquis editionem Lugduno-Batavam a. 1624 pro norma textus recepti et vulgaris et deinceps non amplius variati habere possit equidem non assequor, neque nisi ex ignorantia historiae literariae viris doctis haud immerito imputanda explicari posse videtur. Sane, si singula minus accurate respexeris, libros a medio saeculo decimo septimo ad Griesbachii usque aetatem impressos inter sese magis quam antea concordare iure aliquo dixeris, sed et hoc latiore sensu tale iudicium non de omnibus ferri debere mox patebit Ad Elzevirorum textum hominibus prae caeteris commendandum primum fecerat ipsorum typographorum fama, libellorum elegantia, mendorum absentia, tum quoque theologorum consuetudo nova metuentium et iam γράμματοσ quam πνεύματος maiorem in -

dies curam gerentium. Qua vigente factum est ut eodem anno quo edita est formula consensus Helvetici qui dicitur (1675) ipsorum punctorum vocalium et accentuum in V. T. sacram autoritatem vindicans, prima vulgata sit Leusdenii editio cuius textum quasi nova quadam masora septum omnique ulteriori emendationi negatum mox videbimus. Fuerunt Calvinistae inter thologos orthodoxos olim, ut interpretandae Scripturae non sine laude curiosiores, ita et literae colendae, quam διακονίαν θανάτου dixit Apostolus, magis addicti; a quibus idem suetae et immutabilis lectionis tenax amor ad Lutheranos transiit eo tempore quo inter hos Pietistae, alioquin meritissimi pristinae religionis vindices, stili sacri emphasibus inhiare coeperunt et variantium impedimenta perhorrescere. Aliam praeterea recepti et invariati textus causam in ipsis primis criticis editionibus mox laudandis significabo.

§ 2. EDITIONES ELZEVIRIENAE VARIATAE.

In hanc classem eas referam quae paucissimis locis a genuinis discrepant lectionibus variantibus casu fortuito ex variis fontibus arreptis, et inter se singulae minime necessitudine aliq iunguntur.

16.* LONDINI ap. Rich. Whittakerum. 1633. 8.

LUGDINI Bat. ex officina Elseviriana. 1641. 8.

Huius editionis ratio singularis est. Excusa est Lugtduni Batavarum in officina Elzeviriana, sed, ut videtur, sumptibus bibliopolae Londinensis cuius praemittitur praefatio ad regem Britanniae. Adest in titulo insigne Elzevirorum, nempe figura viri uvam ex vite decerpentis addito adagio: Non solus. Textui per binas columnas versiculis distinctis expresso subiioiuntur symbola, versus memoriales, Scaligeri et Casauboni annotationes, Roberti Stephani variantes marginales, πίναξ etc. Quam talem Londinensem etiam ratione textus habita inter Elzevirianas recensere par est, quippe quae a secunda harum genuina non nisi paucissimis in locis recedat. Reperiuntur enim hic quatuor tantum lectiones a caeteris alienae quarum tres apud H. Stephanum a. 1576 fuerunt:

ε. 12.	1. Cor. 15, 31.	(J. 105. X. 26)	ἡμετέραν
13.	2. Tim. 1, 12.	(J. 230. X. 49)	παρακαταθήκην bis

	14.		
14.	Phil. 2, 30.	(441)	παραβολευσάμενος GK[2]SLT[1]
15.	Marc. 4, 18.	(A. 53. X. 52)	οὗτοί εἰσιν semel.

Iam quum huius editiones exemplaria, ut videtur, minus celeriter pro bibliopolae votis divenderentur, ipsi Batavi typographi post aliquot annos nonnulla suo nomine commendata iterum in publicum exire iusserunt. Nam posteriorem titulum neutiquam novam editionem declarare iam alii viderunt, et ipae certissime comperi, exemplari Armamentarii Parisiensis cum meo antiquiorem annum referente diligenter collato.

[115]

17.* LUGDUNI Bat. ex officina Elseviriorum. 1641. 12.

Est haec tertia Elseviriorum (nam sic h. 1. nomen scribitur) supra in catalogo genuinarum omissa et a praecedenti eiusdem anni omnino diversa, tam pro forma minore quam pro tota libri externa conditione seriei supra laudatae adnumeranda. Absunt enim hic omnia quae Whittakero auctore typographi Batavi praecedenti libro addiderant. Sed habet nostra hoc peculiare quod textum suum non ex Elzeviriana secunda verum ex ipsa Whittakeriana sumpsit cuius adsunt tres lectiones ε. 12. 13. 14 a caeteris Elzevirianis alienae.

18. AMSTELODAMI ap. Io. Iansson. 1632. 16.

Cf. Baumgartenii Nachr. I. 215, Goezium p. 53. Habui Stuttgardiae in Lorckianis. Recedit ab Elz. I. tribus locis lectione Stephanica ex ed. 1587 recepta (X. 12. 33. 50).

19. AMSTELODAMI ap. Io. Ianssan. 1639. 16.

Examinavi ibidem. Textus e praecedenti repetitus exc. loc. Tit. 2, 7. (X. 12) in quo ad Elz. redit.

20. * AMSTELODAMI typis ac sumptibus Io. Iansson. 1639. 8.

Binis columnis; paginis 264. De hac dixerunt Baumgartenius et Goezius ll. ll. Textus praecedentis ter ad Plantinianum mutatus (G. 47. H. 71. R. 314).

21.* Ἐν ΠΑΡΙΣΙΟΙΣ. ἐκ βισιλικῆς τυπογραφίας. ᾳ χ μ β'. [Parisiis 1642.] fol.

Titulus aeri incisus mere graecus, charta maioris formae et margine latiore insignis. Apud bibliographos haec splendidissima editio Mazariniana audit quem nominis honorem non ex dedicatione, quae non adest, sed propterea accepit quod sub potentissimi rei publicae moderatoris auspiciis lucem vidit. Exemplar nostrum olim in bibliotheca V. Cl. Io. Aug. Ernestii τοῦ πάνυ fuit qui propria manu nomen suum titulo inscripsit. De hoc opere si plura desideraveris adeas Knochium p. 438, Goezium p. 34, sed de textu apud hos nihil habebis, apud Baumgartenium Nachr. II. 473, Maschium p. 217, Dibdioum I. 86 non nisi falsa, qui Stephani regiam, dignitatis aequalitate decepti, hic typis iterum exscriptam esse sibi persuaserunt , a qua tamen nostra praeter variantes lectiones calci subiectas nihil mutuata est. Si quid video editor, quisquis ille fuerit, exemplar Elzevirianum a. 1624 describi iussit mutatis paucissimis. Vitia Rom. 7, 2. et Apoc. 3, 12. correxit, tum quater (J. 217. M. 259. W. 12. X. 28) ad veterem lectipnem Stephanicam rediit.

[116]

22,* AMSTERODAMI sumptibus H. Laur. typis Guil. van der Hoeue Goudae. 1647. 8.

Antiquiorem eiusdem editoris supra in Eizevirianis genuinis habuisti. Cui nostra caeteroquin simillima a suo fonte ter discedit. Col. 1, 2. habet Stephanicum κολασσαῖς, Apoc. 18, 17. (J. 157) Plantinianum ἐπὶ τῶν πλοίων πλέων, Hebr. 10, 34 scribit δεσμοῖς om. μου quod h. 1. fortuito accidisse censeo.

23. ROTERODAMI ex officina Am. Leers. 1654. 12.

Non ex Elzeviriana secunda, quod placuit Baumgartenio (Nachr. I. 211), Goezio p. 55, Maschio p. 261, sed ex tertia descripta est haec nostra. Adest praefatio, πίναξ, ἔκθεσις κεφαλαίων et lectiones ε. 12. 13. Contuli Stuttgardiae.

24.* ROTERODAMI ex officina Am. Leers. 1658. 12.

In priore loco ε. 12 redit ad vulgatam, servat ε. 13, recipit ε. 10 et singulariter glossam Marc 15, 3. (X. 53). In caeteris praecedentem refert.

25.* TIGURI ex typographeo Bodmeriano, 1663. 8.

Bodmerianas editiones Maschius p. 225 Bezanae familiae adscribit, addita versione latina deceptus. Adsunt omnes Elzevirorum lectiones quibus eorum textus a Bezano primario distinguitur.

Haec nostra Amstelodamensem anni 1647 (supra N. 22) presse sequitur, cuius etiam tres lectiones singulares exhibet. Corrigit vitium Elzevirorum Ap. 3, 2. (ε. 1]). Tum Rom. 2, 17. sola inter omnes legit ἰδού (A. 13).

26.* TIGURI ex typographeo Bodmeriano. 1671. 8.

Haec simpliciter et accuratissime repetit praecedentem , ita ut vix oculis altera ab altera distingui possit. Etiam hic liber meus olim in Lorckianis fuerat.

27.* TIGURI typis Henr. Bodmeriano. 1677. 16.

Editio mere graeca. Textum nude descriptum sumit ex novissima quae tum temporis exstabat Elzevirorum a. 1670. Mutavit tamen Act. 4, 36. vulgatam ἰωσῆς in ἰωσὴφ (X. 41) et Phil. 3, 3. legit πνεύματι θεοῦ (J. 221).

28.* TIGURI ex typographeo Bodmeriano. 1708. 12. (gr,)

* TIGURI ex typographeo Bodmeriano. 1708. 12. (gr, lat.)

Utraque quoad textum graecum eadem , qui in altera binis columnis expressus, in altera in singulas relatus est addito e

[117]

regione Bezae latino. Editio bilinguis praeterea habet in margine exteriore locorum parallelorum notas. Textus videtur ex ed. Tigurina 1671 petitus cuius lectiones peculiares servat, quater tantam scriptura mutata (Rom. 2, 17. et 7, 2. corrigit vitia; 2. Cor. 11, 10. cum Steph. W^{d}; et Hebr. 10, 2. instaurat veterem et meliorem contra vulg. X^{l}).

29.* LUGDINI apud ant. Moln. 1674. 12.

Editionem graeco-latinam archetypo vulgatam versionem iungentem a solo Longio memoratam diu frusta quaesivi, et quum in nulla bibliotheca publica in ipsa Gallia servari viderem iam re desperata inter dubias retuleram, quum tandem amicus aliquis Lugduni in libellum incidit meamque misso hoc κειμηλίῳ supellectilem humanissime ditavit. Cuius titulus hic est; Epistolae b. Pauli apostoli. Aἱ τοῦ Παύλου ἐπιστολαί, Cum interpretatione accuratissima vocum difficiliorum ordine alphabetico digestarum. Lugduni ap. Ant. Molin. MDCLXXIV. Cum permissu. In fine idem annus notatur cum nomine typographi Petri Guillimin. Ex quibus, utrum caeterae N. T. partes unquam adfuerint nec ne, minime efficiendum. Ipse vetus bibliopegus qui meum exemplar olim ligavit inscriptionem voluminis hanc fecit: *Episto. beati Pauli* clare sic ostendens se nullum aliud eodem tempore manibus tractasse. Iam et epistolas catholicas cum Apocalypsi integrum volumen effecisse vix crediderim et vocum difficiliorum, id est formarum quarundam verbalium grammaticam definitionem (non, ut Maschius suspicatus erat, exegeticam declarationem ex Stephani iunioris margine desumptam) cur editor singulis tomis subiunxisset non bene assequor. Igitur dum meliora edocear equidem potius aestimaverim meum exemplar integrum esse et Longium ex coniectura tomos duos supputasse et annum prioris 1673 fecisse, vel etiam revera duos fuisse, evangeliorum alterum a. 1673, alterum epistolarum nostrum, sed tertium etiam Longio non innotuisse. Textus graecus Elzevirianus est ex editione aliqua recentiore, uno loco mutato (J. 168) Eph. 6, 7. ὡς τῷ κθρίῳ quod iam antea in nonnullos Bezanos libros irrepserat.

30.* ABOAE exc. Io. Winter. 1688. 8.

In usum tironum editionem curavit grammaticis studiis adcommodatam Io. Gezelius episcopus Aboensis in Finlandia, Lorckius BG. n. 569 fusius describit. Textus ex prima Elzevirorum editione descriptus quinque locis ex Erasmi vel Stephani auctoritate mutatis (J. 125. 150. P. 277. U. 6. W. 34).

31* AMSTELODAMI sumptibus Huguetanorum. 1699. fol.

* AMSTELODAMI sumptibus Huguetanorum. 1700. fol.

Titulus est: Harmonia evangelica cui subiecta est historia Christi ex quatuor evangeliis concinnata caett. Io. Clerico.

[118]

Textus exhibetur quatuor evangeliorum synoptice expressus graece et latine ex Vulgata cum ipsius Clerici subiuncta harmonia, et quidem ita dispositus ut ubicunque unus alterve evangelista tacet spatio vacuo relicto lacuna pateat, quod hodie plerumque in talibus editionibus negligitur. Opus elegans, imo quod splendidum merito dixeris modo typorum character paullo maior fuerit. Textus ex Elzeviriana prima descriptus udo loco mutato Io. 18, 1. (τοῦ κεδρών) quod iam supra apud nonnullos reperimus, recentioribus probatum. In priori meo exemplari praemittitur editoris epistola dedicatoria ad Ioannem archiepiscopum Eboracensem et praefatio ad lectorem, quae utrum casu aliave de causa a posteriori absint nescio.

32. * PARISIIS ap. Societ. bibliopolartm (ex officina Iac. Quillau). 1704. 24.

Externa forma et typorum charactere genuinas refert Elzevirianas. Leguntur in folio tituli verso nomina quindecim bibliopolarum Pariisiensium. Caeternm praeter. privilegium regium, lectionarium et textum nudum nihil. Repetit Elzevirianam VI., sed glossema Luc. 10, 22. addit uncis inclusum (F. X^b) quae tunc temporis rarissima criticorum ratio erat.

33.* PARISIIS ap. Io. Bapt. Brocas. 1722. 16.

Exemplar meum huius libelli quantum scio unicum industriae et liberalitati I. G. Hoffet debeo, amici Lugdunensis iam saepius in hoc opere laudati. Quod nonnisi quatuor evangelia continet et pag. 266 clausula finali ΤΕΛΟΣ terminatur. Nihilominus de integritate voluminis dubium movere potest praefatio editoris gallice scripta quae *Novum Testamentum* promittit et praeterea indicem pericoparum qui et ipse hic desideratur. Textus Elzevirianus postremae recognitionis, cuius ad Stephanum reformatur lectio in W. 29. X. 10, ad voterem et omnino meliorem in W. 21.

In Catalogo Bibliothecae Sussexianae 11. 481 recensetur editio Parisiensis duobus volumiuibus absoluta et ad annum 1721 relata sine nomine typographi. De qua dubius haereo quum ille Catalogus mendis scateat maxime in numeris exscribendis negligentius editus.

34.* PATAVII ex typographia Seminarii ap. Io. Manfrè. 1725. 12.

Praemissa tabula locorum ex V. T. laudatorum describit Elzevirianam ultimam semel mutata lectione (Matth. 24, 15. ἑστὸς). Hanc secundam Patavinam plures aliae sequutae sunt non magis elegantes infra alio loco recensendae, bibliographis fere ignotae.

35.* IENAE ap. viduam Mayerianam. 1731. 8.

Editio et forma et apparatu maioribus adnumeranda quae praeter summaria, loca parallela et praecipuas variantes, amplam

[119]

observationum varii generis farraginem continet curante Chr. Stockio professore Ienensi.

Quinquies hanc, a septima Elzeviriana discedere video, et quidem locis saepius iam allegatis Luc. 10, 22. Philem. 7. Hebr. 10, 2. Tit. 2, 7. et Matth. 6, 6. (X$^{bl.}$ P$^{e.}$ J^{i}),

36.* STREGNESIAE impr. a Laur. Arv. Collin. 1758. 8.

Editio in Suecia impressa prima et ante nostrum saeculum unica. Curavit eam Ericus Ekbom professor literarum graecarum in Athenaeo Stregnesiae florente. Typi paullo maiores. Textui nihil additur nisi loci V. T. ab apostolis laudati.

Quinquies deserit Elzevirianam VII. Luc. 2, 20. corrigit vitium Stephani (W. 21), Luc. 10, 22. addit glossam (F), Rom. 2, 5. facit cum Plant. (U. 17), 1. Thess. 2, 12. cum Bezanis minoribus

(X. 63), denique Apoc. 7, 14. suo marte emendat ἐλεύκαναν τὰς στολάς αὐτῶν (L^c). Caeterum cf. Lorckii BG. I. 125.

37.* Ἐν ΛΟΝΔΙΝΗι. ἐτυπώθη παρὰ Ῥ. Οὐαττς. 1827. 8.

Editio δίγλωττος altera his temporibus a societate biblica Britannica in usum Graecorum procurata. Priorem supra Elzevirianis genuinis accensuimus. Haec nostra maioris formae et alius officinae ter deserit textum vulgarem receptis lectionibus Complutensibus : P. 44. G. 51. L. 256, nescio unde arreptis. Exstare exemplaria cum nota anni 1829 et 1830 ex Catalogo sooietatis video.

38.* Ἐν ΛΟΝΔΡΑι. Ἐτυπώθη παρὰ Ι. Τιλλίγγου. ἐν ἔτει ᾳωκή (1828). 8.

Editio bilinguis ut praecedens et caeterae huius typographi supra laudatae, sed forma et typis maioribus expressa. Quae textui archetypo additur versio neo-graeca, nova est et cultiore dialecto scripta. Ille vero a septima Elzeviriana bis tantum discrepat scil. Luc. 1, 35. et 10, 22. (ε. 10 et F).

39.* Ἐν ΜΕΛΙΤΗ [sine nomine typographi]. 1838. 8.

Titulus est: Τὰ Εὐαγγέλια κατὰ Ματθαῖον Μάρκον Καὶ Λουκᾶν συνοπτικῶς κατατεταγμένα μὲ σημειώσιες ἐξηγητικὰς καὶ παρατηρήσεις πρὸς ἀνάπτυξιν τῆς πρακτικῆς χριστιανικῆς. ζωῆς.

Sed quam nos dicimus veram Synopsin hic liber in nostris terris non adeo raro occurrens, sed quem praeter Vindobonensem nulla bibliotheca publica Germaniae possidere videtur, minime exhibet. Scilicet in singulis sectionibus unus ubique textus expressus, isque non ex pluribus evangelistis mixtus, qui alioquin harmoniarum quas dicunt mos est, sed genuinus eius auctoris qui editori maxime fidus et locuples videbatur. In textu per omnia sequitur praecedentem Londinensem a. 1827.

[120]

40. VENETIIS ἐκ τῆς ἑλληνικῆς τυπογραφείας τοῦ φοίνικος. 1847. 8.

Quatuor evangelia et Apocalypsis. Haec sola est editio Veneta huius saeculi quam in catalogum meum referre possum. Plures enim, quas vel ipse possideo, vel ex schedis bibliothecariorum novi, ad earum classem pertinent quas hoc libro recensere nolui, evangelistariorum scilicet et praxapostolorum. Minime tamen affirmare ausim nostram omnino unicam exstare quae textum integrum exhibeat. Sed in rebus ad literas sacras spectantibus Italiam nobis terram fere incognitam esse, nemo est sane qui mirari velit. Exemplar libri huius Vindobonense in meum usum inspectum est. Textum ex ultima Elzeviriana repedisse videtur, notata tamen est lectio Stephanica Io. 18, 20. πάντοτε et Erasmica Matth. 21, 7. ἐπεκάθησαν.

41. * ΚΑΝΤΑΒΡΙΓΙΑι ἐκ τυπογραφείου Πιττικοῦ. Ἔτει ᾳωμγ' [1843]. 16.

* ΚΑΝΤΑΒΡΙΓΙΑι ἐκ τυπογραφείου Πιττικοῦ. Ἔτει ᾳωμζ' [1847]. 16.

* ΚΑΝΤΑΒΡΙΓΙ [sic] ἐκ τυπογραφείου Πιττικοῦ. Ἔτει ᾳωμζ' [1847]. 16.

** ΚΑΝΤΑΒΡΙΓΙΑι ἐκ τυπογραφείου Πιττικοῦ. Ἔτει ᾳωμά [1851]. 16.

Editor Iosephus Iowett, litt. gr. professor in academia Cantabrigiensi in Britannia, textum Elzevirorum a. 1624 cum locis parallelis e Curcellaei exemplari petitis sed graece enunciatis se lecturis offerre testatur. Quem tamen bis a fonte suo discessisse deprehendo, correcto vitio Apoc. 3, 12. (non Rom. 7. 2.) et servata Stephanica lectione Apoc. 11,2. ἔσωθεν. Titulus mere graecus, facies libri nitida sed typi parum elegantes.

Exemplaria quae tertio et quarto loco posui solo titulo et praefatiuncula a primo diversa ex America ad me allata sunt, neque dubito quin Tho. Gul. Mellerus A. M. qui se editorem profitetur in urbe Cantabrigia americana in finibus regionis Massachusets quaerendus sit. Qui se librum paucis tantum maculis emendatum denuo typis excudendum quam diligentissime curasse dicens nimia decantare videtur. Omnia enim sunt stereotypa. Caeterum huius postremae editionis (1851) possideo duo exemplaria hactenus diversa quod praefationi alterius T. G. MELLER, alterius THO. GUL. MELLER subscripsit.

42. NEW YORK, Harper and brothers. 1854. 12.

* NEW YORK, Harper and brothers. 1859. 12.

Habes hic harmoniam evangelicam olim anglice nunc graece editam a Iacobo Strong artium magistro. Singularium sane et a nostris alienarum, sive textus formam sive propriam viri doctrinam respexeris. Qui temporum in enarranda historia rationem tam accurate indagasse sibi visus est, ut ad singulas pericopas, caeterum mirum quontum discerptas et arbitrario ordine collocatas, annorum et mensium, ipsorumque adeo passim dierum numeros et nomina annotarit. Ita exempli gratia spicae a discipulis die 19. Aprilis a. 27 evulsas fuisse discimus, caecum apud

[121]

Ioannem die 28. Novembris a. 28 sanatum, et alia huiuscemodi non minus curiosa. Verum his missis, utpote ab instituto meo alienis, de textu dicam. Ille quidem Elzevirianus est (1633), sed in eo exprimendo hanc sibi legem constituit editor ut eas pericopas, quae duorum aut trium evangelistarum narrationes παραλλήλους referunt, non simpliciter synoptice exhiberet, sed unam maioribus typis a caeteris distinctam quasi principem et ducem seligerit, eamque modo e Matthaeo, modo e Marco aut Luca petitam, cui deinde reliquarum peculiaria additamenta minoribus typis descripta inseruit vel etiam variantes lectiones et proprias voces ἐν παρενθέσει addidit. Sic inter Matth. 5, 47. et 48. leguntur verba ex Luc. 6, 34. 35. desumpta quae tamen et in ipso Lucae textu e regione apposito habentur, et v. 48 sic scribitur: ἔσεσθε οὖν τέλειοι (οἰκτίρμονες) etc. Porro quum in margine recentiorum criticorum lectiones notaret, in ipso vero textu vulgatas, hic non glossas suspectas modo, sed cuiuscunque generis variantes uncis includit, praeter virorum doctorum morem, et in his studiis satia leviter egisse videtur. Sic Matth. 3, 8. scriptum est in textu [καρπὸν ἄξιον] et in margine: GKSL et T legunt καρποὺς ἀξίους.

43.* COLONIAE Agrippinae, sumptibus societatis bibliophilorum britanicae et extemae. 1856. 32.

* COLONIAE Agrippinae (ut supra). 1861. 32.

Editio haec non Germanicis sed Britannicis adnumeranda, alioquin solam et unicam nostrarum dixerim quae post annum 1775 textum Elzevirorum exhibeat. In omnibus cum Iowettiana Cantabrigiensi convenit cuius fidum apographon est, sed forma et typis elegantius, binis quoque columnis et versiculorum distinctione ab eadem diversa. Pretio vili studiosis nostris venditur in ipsa Germania excusus liber, scilicet ut criticae editiones puriorem textum repraesentantes eorum oculis facilius subducantur.

44. * COLONIAE Agrippinae sumptibus societatis bibliophilorum britannicae et extemae. 1836. 16.

Editio graeco-anglica quoad textum archetypum praecedentis fidissimum apographon.

45.* COLONIAE Agrippinae sumptibus socetatie bibliophilorum britannicae et externae. 1864. 16.

Editio graeco-germanica a praecedenti vix discenenda, quantum quidem ad textum graecum attinet, sed tamen formarum compositione vere nova, quum singuli archetypi versus, pro versionis tenore, modo plura modo pauciora vocabula contineant. Caeterum operarum labores penitus redintegratos non crediderim. Utsramque exemplar, alioquin satis nitidum et elegans, in eo peccat quod typi graeci germanicis et anglicis minores sunt.

[122]

§ 3. EDITIONES LEUSDENIANAE.

Ioannes Leusdenius literarum hebraicarum et orientalium in academia Traiectina professor, ubi diem supremum obiit a. 1699, cuiusque opera critica et isagogica olim nonnuliius nominis fuere, primum editionem V. T. hebraici procuraverat illos duntaxat versiculos exhibentem quibus omnes et singulae voces lexici continentur, quos sciiicet eum in finem selegerat ut tirones lexici materiam totam facilius memoria retinere addiscerent. Simile aliquid nec minus ridiculum excogitavit pro adiuvandis N. T. studiis. Dictiones codicis totius esse 4938 deprehendit, in his semel occurrentes 1686; in versiculis autem mille et nongentos reperiri qui omnes N. T. voces contineant. Hos igitur asterisco distinctos si quis sedulo didicerit, aiebat vir summus, ille caeteros 6059 versiculos deinceps facillimo negotio discet! Atqne haec sane in gratiam τῶν φιλολογούντων, O felices scripturae interpretes si hunc tramitem sequuti rem suam expedire maluerint quam infinitis litibus intricati ad hunc usque diem de omni re scibili disputare! Sed his non contentus idem in secunda editione aliis signis usus in istis 1900 versiculis ea vocabula notavit quae vel ἄπαξ λεγόμενα essent vel pluries occurrerent. Quod commentum adeo suffragia magistrorum, nescio an et tironum, tulit ut multi deinceps suas editiones ad hanc secundam Leusdenianam conformarent. Neque hoc ultimo loco ponendum si de caussa recepti per omnes terras textus Eizeviriani quaeratur. Nam ubi de talibus anxie solliciti sunt editores rem criticam neglectum iri in aperto est.

46.* ULTRAIECTI ex officina Ant. Smytegelt. 1675. 16.

Editio Leusdenii princeps quae tantum asteriscis versiculos, non crucibus singula vocabula notat. Paucioribus nota fuisse videtur, cf. Maschium in supplementis, Goezium II. 15. Textus ad sextam Elzevirianam expressus mutatis duobus locis 1. Cor. 15, 31. et Gal. 4, 17. (X. 26. 28) contra mentem Bezae.

Magnas ambages creavit viris doctis exemplar quod olim fuerat in libris Sig. Iac. Baumgartenii (cf. eius Nachr. IV, 383) postea I. Mel. Goezii (Verz. I. 57. II. 15), nunc autem in bibliotheca Hamburgensi adservatur, ubi illud curiosius inspexi. Titulus est idem ac mei: *N. T. cum distinctione versiculorum qui omnes N. T. voces continent.* Nomen urbis ot typographi, anni numerus, utrinque eadem omnia. Sed caetera diversissima. Nostrum in titulo imaginem sphaerae terrestris exhibet quae a Goeziano abest. Hoc textum per binas columnas scribit, nostrum lineis integris; Goeziani paginae 611, nostri 703; illic 36 lineae cuiusque paginae, hic 34; et quod maxime mirandum Leusdeniana distinctio versiculorum in Hamburgensi omnino desideratnr. Etiam chartae forma non eadem utrique. Ex his Qoeadus sibi

[123]

persuasit alterum suum exemplar Smytegeltianum non esse, sed alius cuiusdam editionis titulo alieno a quodam possessore vel ex errore vel ex fraude ditatum. Verum talis operationis vestigium in isto libello equidem deprehendere non potui, cui titulus suus optime adhaerere visus est. Quanquam et Lorckius (Catal. p. 99) qui et ipse utramque editionem possidebat titulum spurium suspicatur. Neque ullam me nosse fateor editionem textus Elzeviriani aliam quae numerum eum paginarum, linearum, caetera modo memorata signa exhibeat. Igitur dum meliora edocear revera duas eius anni et officinae editiones, inter se non uno nomine diversas, exstitisse censeo, alteram cum signis Leusdenianis nostram, eandemque priorem quum praefatio iam Kal. Nov. a. 1674 data sit, alteram illis signis destitutam. Quam titulus huius posterioris promittit distinctionem versiculorum , ea sane non Leusdeniana est, sed quae vulgo sic dicebatur et nunc dicitur et typographus formulam suam oscitanter ex priore titulo repetiisse putandus est. De huius textu vide infra § 5.

47.* AMSTELODAMI ap. Henr. et viduam Theod. Boom. 1688. 16.

AMSTELODAMI ap. Abr. van Someren. 1688. 16.

* LONDINI ap. Sam. Smith 1688. 16.

Non tres editiones sunt, neque duae ut Maschius putat p. 251. 259 sed una eademque titulis diversis ornata. Excudebat Ultraiecti Io. van Stuyvesant cuius nomen in calce legitur. Baumgartenius in Nachr. II. 34 describit Boomianum exemplar; Goezius p. 57 alterum Amstelodamense, quod solum recenset Le Longius; tria habuit et contulit Lorckius, Catal. p.

100. Nova adest Leusdenii praefatio crucesque et asteriscos suos iterum studiosis commendat, quibus scilicet intenti vel domi sedentes *vel in via ambulantes vel in navi navigantes* brevi tempore poterint percurrere omnes voces N. T. Textus in hac secunda editiono ex Elzeviriana septima petitus.

48.* FRANCOFURTI ad Moeum typis et tmpensis Balth. Cph. Wustii. 1692. 8.

* FBANCOFURTI ad Moenum typis et impensia Balth. Cph. Wustii. 1693. 8.

Le Longius non nisi priorem annum, Maschius posteriorem tantum indicat. Sed utrumque exemplar possideo et solum titulum recusum fuisse dubium non est. Editor fuit Rud. Leusdenius Ioannis filius qui, ut domi sedentibus vel in navi navigantibus vel in via ambulantibus, quae ipsius verba sunt a patre mutuati, rem magis expeditam redderet, latinam vocabulorum cruce distinctorum interpretationem margini adscripsit.

In textu quater ab Elzeviris discedit ad alios: Rom. 7, 6. (X. 20) a Beza ad Rob. Stephanum; 2. Cor. 11, 10. ad eundem (W^h), Marc. 4, 18. et 2. Tim. 1, 12. ad Henricum (X. 49. 52), Lectionem plane singularem exhibet Act. 13, 48. ὅτι pro ὅσοι.

[124]

49.* AMSTELAEDAMI ex officina Wetsteniana. 1698. 12. (gr.)

* AMSTELAEDAMI ex officina Wetsteniana. 1698. 12. (gr. ka.)

* AMSTERDAM bv Hendrich Wetstein. 1698. 12. (gr. belg.)

Triplex editio in qua textus graecus ex Leusdeniana secunda (1688) descriptus est, modo nude per binas columnas, modo cum latina Ariae vel vernacula belgica versione in altera columna, caeterum non mutatis formis. Haec editio prima Wetsteniana dici potest, vel tertia Leusdenii patris cuius praefatio paullulum mutata et Kal. Mart. 1698 data operi praefigitur. Additur exemplari meo graeco-latina *Novi Testamenti compendiolum* continens catalogum omnium vocabulorum notis Leusdenianis distinctorum secundum ordinem librorum, item alium alphabeticum: quem libellum eiusdem auctoris praxin instituti istius recte dixeris. Plura dabunt Goezius p. 58, Baumgartenii Nachr. 11. 202. Maschius p. 252. 277. 327.

50.* AMSTELAEDAMI ex officina Wetsteniana. 1701. 16. Textus praecedentis non mutatus, sed lineis integris expressus, non columnatim.

51.* AMSTELAEDAMI ex officina Wetsteniana. 1717. 12. (gr.)

* AMSTELAEDAMI ex officina Wetsteniana. 1717. 12. (gr. lat.)

Forma columnarum ut in prima a. 1698 cuius etiam servat praefationem. Lorckius solam graecam habuit quam Maschius ignorat. Baumgartenius neutram nosse videtur.

52. * AMSTELAEDAMI ap. I. Wetstenium et G. &mith. 1740. 12. (gr.)

* AMSTELAEDAMI ap. I. Wetstenium et G. Smith. 1741. 12. (gr.lat.)

Praecedenti simillima. Bilinguem Maschius non recenset. Incidi in unum locum variatum (Luc. 10, 22. c. add. F).

53. LUGDUNI Batav 1699. 24.

* LUGDUNI Batav. sumptibus societatis. 1716. 24.

* LUGDUNI Batav. ex officina Luchtmanniana. 1751. 24.

* LUGDUNI Batav. ex officina Luchtmanniana. 1765. 24.

* LUGDUNI Batav. ex officina Luchtmanniana 1785. 24.

Editio Leusdenii patris quarta, prima omnium graecarum ut videtur stereotypa, cuius an plura exemplaria diversorum annorum exstent nescio. Primam a. 1699 omnibus bibliographis ignotam nunquam vidi, sed exstitisse ex nova ipsius editoris paefatione Kal. Aug. 1699 scripta, bimestri spatio ante eius obitum, evidenter apparet. Scilicet *post testamenda sua typis Wetstenianis edita aliud dudum exspectatum charactere minore et lineis integris edere* constituit, in quo instituto tam bene profecit ut

typos vix oculis distinguere possis, et ultima quam possideo editio ex saeculari usu formarum lectu difficillima sit. Praeter hanc praefetionem nihil additur nisi πίναξ locorum V. T. Textum habet non eundem quem priores Leusdenianae. Pressius sequitur Elzevirianam secundam, correctis tamen vitiis Rom. 7, 2. et Apoc. 3, 12. et addito glossemate Luc. 10, 22. Maschius qui tres editiones annorum 1716. 1751. 1765 recenset vere diversas esde putat.

54.* LUENEBURG verlegts Io. Ge. Lipper. 1693. 8.

Editio graeco-germanica Lutheri versionem textui arthetypo in altera iungens columna. Praefatur Io. Winklerus pastor ad S. Michaelis Hamburgensis, cuius vitam vir doctissimus Io. Geffcken eiusdem ecclesiae pastor nuper literis et amicis ereptus scriptam edidit. Textum editor describendum curavit ex editione Rechenbergii biennio antea in eadem urbe excusa (de qua vide § 5. N. 3) cuius lectiones peculiares adeoque vitium Luc. 8, 24. et hic adsunt. Deserit eandem Matth. 6, 6. ταμεῖον cum Erasmo, Rom. 12, 11. καιρῷ cum eodem et Luthero scribens. (P. 277. U. 4).

55.* LIPSIAE ap. viduam Io. Heinichii typis I. H. Richteri. 1702. 12.

Haec ex temporis ratione tertia editio est quae A. Rechenbergii professoris Lipsiensis praefatione studiosae iuventuti commendatur. Priores duas ad aliam classem retuli (§ 5. N. 3. 4). Nostra demum Leusdeniana signa textui addit. Caeterum ipse textus e secunda invariatus in hanc transiit. Cf. de his Lorckium BG. II. 469 cuius exemplar meum feci.

56.* LIPSIAE ap. viduam Io. Heinichii typis I. H Richteri. 1709. 12.

Huic quartae Rechenbergianae in margine inferiore variantes nonnullas lectiones ex aliis editionibus collectas suadente editore addidit Georgius Behrnauerus cuius opera in nova praefatone lecturis commendatur. Caetera intacta manserunt.

57.* LIPSIAE. ex officina Heinsiana. 1736. 12.

Quinta et ultima Rechenbergiana quam cur titulus quartam dicat equidem non assequor. Adest utraque praefatio. In textu bis vetus et melior lectio pro Bezana reponitur (W. 34. X. 20).

58. GOTHAE sumptu Chrph. Reyheri. 1708. 12.

GOTHAE sumptu Henr. Hanschii. 1710. 12.

GOTHAE sumptu Henr. Hanchii. 1712. 12.

Editionem hanc, vel si mavis editiones has hodie rarissimas nondum in mea collectione exstare eo magis queror quod de iis

[126]

aliqnatenus dubius haereo. Le Longius quidem solam mediam recenset ab H. Heuschio quem dicit editam; catalogus bibliothecae Baumgartenianae primam et tertiam dabat sine nomine bibliopolae. Ex his nescio quo iuro Maschius tres editiones typis H. Heuschii impressas facit p. 278, graeco-latinas, praeterea aliam a. 1708 I. And. Reyheri mere graecam p. 254. Iam hic Reyherus editor fuit N. T. Gothani a. 1715 vulgati quod ali loco recensebo, Heuschius vero nullus fuit neque bibliopola neque typograpbus. Tres titulos supra descriptos authenticos esse, re accuratius examinata, affirmare possum. Exemplaria annorum 1708 et 1712 in collectione Lorckiana Stuttgardiae inveni et unum idemque esse quoad textum, non iteratam editionem cognovi, primum etiam Guelferbyti in manibus habui. Medium vero in bibliotheca imperiali Parisiensi examinavit Eug. Scherdlin, quod ut medio loco positum vix aliud et diversum esse putaverim. Adest in omnibus versio Ariae, paginae sunt 896, columnae binae, praefationes duae, altera Leusdenii a. 1698, altera nescio cuius nova. Exprimunt textum Elzevirianum ex edit, VII. invariatum. In catalogo Lorckiano vitio scriptum est 1709 pro 1708.

59.* CHEMNITII ap. Conr. Stoesselium. 1717. 8.

* CHEMNITII ap. I. Cph. et I. Dav. Stoessel. 1730. 8.

Graece et latine Seb. Schmidio interprete. Accedunt summaiia capitum, loca parallela, vitae apostolorum et tabulae graphicae cura et studio Chr. Frid. Wilischii gymnasii Altenburgici directoris, postea pastoris apud Freybergenses. Non sunt duae editiones sed una, renovato titulo bis evulgata, quod viros doctos fugit. Textum praebet Elzevirianum ed. VII. ter mutatum (Luc. 10, 22. add. F., Rom. 12, 11. er. U. 4, 1. Cor. 15, 31. vet. contra X^{f}).

60.* CHEMNITZ bey Conr. Stoesseln. 1717. 8.

* CHEMNITZ bey I. Cph. u. I. D. Stoesseln. 1730. 8.

Graece et germanice Luthero interprete, cum additamentis iisdem ac praecedens. Idem Wilischius editor. Utrumque exemplar ad eandem editionem pertinet, sed a graeco-latino nova formarum compositione diversum est. Textus uno loco variatus. Prior Luc. 1, 35. ἔκ σου receperat, haec idem delet (cf. ε. 14).

61.* LIPSIAE et Lubbenae ap. Ge. Vossium, impr. Imm. Titius. 1722. 12.

Adest praefatio Leusdenii a. 1698 et versio Ariae in altera columna. Editiones Vossianae omnes inter se simillimae ita ut pagina paginae respondeat, sed vere sunt diversae ex formarum compositione, quod accuratius inspicienti mox patebit. Bilingues habent paginas 674, graecae 337. Omnes habeat textum qualis ultima vice ab Elzeviris editus est invariatum.

[127]

62* LIPSIAE et Lubbenae ap. Geo. Vossium, inpr. Imm. Titus. 1724. 12.

Mere graeca.

63 * LIPSIAE et Lubbenae ap. Geo. Vossium, impr. Imm. Titius. 1727. 12. Graeco-Latina secunda.

64.* LIPSIAE et Lubbenae ap. Geo. Vossium, impr. I. Chr. Langenhemius. 1730. 12. Hanc graecam secundam, diutius quam caeteras omnes desideravi.

65.* LEIPZIG und Lübben verlegts Geo. Voss. 1732. 12.

Editio graeco-germanioa cui notitia instituti Leusdeniani ex edit. Luneburgensi a. 1693 praefigitur, satis insulse quidem Winkleri verba describens qui olim Leusdeno superstite convenienter se excusabat quod autoris inventiun proprio motu suum fecerit, quod iam post tot annos publici iuris erat. Textus graecus in columna sinistra cuiusque paginae, germanicus in dextra scribitur quod ideo moneo quia Baumgartenius contrarium asserit (Nacbr. 11. 30).

66.* LIPSIAE et Lübbenae ap. Io. Gottl. Vossium, impr. I. Chr. Langenhemius. 1737. 12. Graeco-latina tertia.

67.* UPSIAE et Lübbenae ap. Io. Gottl. Voasium, impr. I. Chr. Langenhemius. 1739. 12. Hanc graecam tertiam Maschius non recenset, sed possidebat Lorckius.

68.* LIPSIAE et Lubbenae ap. Io. Gottl. Vossium, impr. I. Chr. Langenhemius. 1745. 12. Graeco-latina quarta, a Maschio omissa.

69.* BEROLINI et Lipsiae ap. Chr. Frid. Vossium, impr. I. Chr. Langenhemius. 1750. 12. Graeca quarta, a Maschio omissa.

70 * BEROLINI et Lapsiae ap. Chr. Frid. Vossium, impr. I. Chr. Langenhemius. 1753. 12. Graeco--latina quinta.

[128]

71. * BEROLINI et Lipsiae ap. Chr. F. Vossium, impr. I Chr. Langenhemius. 1757. 12.

BEROLINI et Lipsiae ap. Chr. F. Vosaium, impr. I. Chr. Langenhemius. 1757. 12.

Graeca quinta, et. graeco-latina sexta; utramque ignorat Maschius, recenset Lorckius e museo suo. Diversas inter se esse neque affirmare neque negare ausim quum alteram non viderim.

72 * BEROLINI et LIPSIAE ap. Chr. F. Vossium, impr. I. Chr. Lanrgenhemius. 1761 . 12.

Graeco-latina septima.

73. BEROLINI et LIPSIAE ap. Chr. F. Vossium. 1714. 12.

Hanc totius seriei ultimam laudat Lexicon bibliographicum Heinsii, ipse nusquam invenire potui.

74.* LUGDUNI Bot. apud Wetstenios, Londini ap. Io. Nourse. 1772. 12.

Editio graeco-latina quam ad seriem Wetstenianarum referri equidem non abnuerim. Paullo his maior et pulchrior est, textum vero ultimae Amstelodamensis a. 1740 accuratissime describit.

75.* LONDINI ap. F. Wingrave, I. Iohnson caett. 1794. 12.

Praecedenti adeo similis ut vix alteram ab altera distinguere possis.

76.* LONDINI ap. F. Wingrave, I. Iohnson caett. 1804. 12.

De hac idem dicendum. Nominantur in titulo plures alii bibliopolae qui in praecedenti non comparent.

77. PHILADELPHIAE ex officina classica impensis S. F. Bradford, 1806. 12.

Editionem primam americanam asserit titulus. Verum antiquiorem aliquam habebimus iufra Cap. XII.

§ 5. Hano ergo nostrae editor ignorasse videtur vel etiam suam primam Leusdenianam significasse. Idem plurima Londinensis (praecedentis) errata correcta esse dicit cura I. Watts. Examinavi in bibliotheca Guelferbytana. Est bilinguis ut pleraeque Leusdenianae in textu a Wetsteniana ultima nusquam recedens.

78. NEW YORK, Collins 1804.

Leusdenianam editionem etiam Neo-Eboraci recusam esse ad Heydenreichium amicissimum de libris Americanis me suadente

[129]

sedulo sciscitantem rescripsit C. P. Krauth pastor coetos Lutherani in urbe Phiiadelphia.

§ 4. EDITIO CURCELLAEI.

Quum saeculo XVII. vergente viri eruditi inter Reformatos exstiterint qui de textu graeco N. T. tandem aliquando codicum et versionum ope emendando cogitarent, ante omnia id agere debebant ut apparatum criticum undique congererent, variantes lectiones sedulo conquirerent, nihil denique negligerent quod ad veritatem felicius indagandam usui esse posset. Ad manum habebant, praeter editiones principes Erasmi Complutensium Coliniaei, Stephani et Bezae inter se plus minusve discrepantcs, variarum lectionum farraginem a Stephano et Beza margini adscriptarum, quas copias pro virili parte indies augere studebant. Verum quum multos codices in bibliothecis passim adhuc delitescere scirent vel saltem suspicarentur, rem non tam cito confectum iri optime ipsi perspexerunt. Itaque novam textus recensionem eamque omnibus numeris absolutam iamiam typis mandare nemo eorum sibi praesumpsit, neque haec modestia unice ex eo repetenda videtur quod sibi a viris ecclesiasticis, tales conatus quasi periculosos et haereticos perhorrescentibus , suos labores fraudi versum iri putaverint. Textum igitur elegerunt, cui variantes ab ipsis collectas subiicerent, talem qui iam plurimis familiaris esset et, si minus scripturae puritate, saltem usu latissime patente commendatus. Sic alii, ut suo loco videbimus, Stephani tertiam editionem, alii Elzevirianum exemplar sequuti, dum criticae artis pomoeria extendere studebant, veterem textum mendis scatentem per totum orbem sensim sensimque frequentiorem fecerunt, quum novae editiones a multis ob adnotationes criticas caeteris praeferrentur, mox autem in ipsum textum vel sine notis expressum editorum laudem transtulerit vulgi ignorantia. Inter hos iam in scenam vocandi triumviri meritissimi Stephanus Curcellaeus, Ioannes Fellius et Gerhardus de Traiecto Mosae.

79.* AMSTELAEDAMI ex officina Elzeviriana. 1658. 12.

Variantes lectiones ex mss. et impressis codicibus collegit parallela scripturae loca annotavit Stephanus de Curcelles, de cuius studiis et laboribus adeas Baumgartenii Nachr. VI. 204, Goezium p. 55, Eichhornii introd. V. 281, Maschium p. 229, maxime vero ipsius praefationem luculentam pariter et sana doctrina plenam. Editio a plurimis adnumeratur Elzevirianis proprie sic dicendis, quae tamen non ut caeterae typographorum industriae debetur. Ipsum Curcellaeum ob variantcs partim margini adscriptas partim ad calcem libri reiectas easque non ita multas, imo propter locorum parallelorum delectum atque adeo distinctionem hinc inde mutatam Arianismi

insimulavit hominum indoctorum et morosorum vecordia (cf. I. Th. Moeller, *Curcellaeus in ed. N, T, socinizans.* Rost. 1696), quem nostra aetas criticorum fere principem et antesignanum salutat et sane immerito Hugius (I. 327) quasi Elzevirorum buccinatorem perstringit.

Textus exhibetur Elzevirianae secundae (1633) addito Luc. 10, 22. (F) καὶ στραφεὶς caett. Locum famosum 1. Io. 5, 7. uncis inclusit. Exemplar meum nomen Lorckii αὐτόγραφον in fronte gerit.

80.* AMSTELODAMI ap. Dan. Elzevirium. 1675. 12.

In editionibus tribus post Curcellaei obitum evulgatis nihil mutatum nisi quod ea pars lectionum variantium, quas antea in appendice addiderat autor, iam suis locis caeteris iunctae sunt et in calce adiectus est prologus graecus in epistolas paulinas quem olim Boeclerus publici iuris fecerat.

81.* AMSTELODAMI ex typogr. Blaviana. 1685. 12. Editio Curcellaei tertia a praecedenti hactenus diversa quod textus per binas columnas exscriptus est.

82.* AMSTELODAMI sumptibus P. et I. Baeu caett. 1699. 12.

Praecedenti omnino similis. De his posterioribus Curcellaei editionibus cf. Baumgartenii H. B. IV. 198, Eiusd. Nachr. 11. 32. VIII. 12, Knochium p. 456, Goezium p. 55.

83.* MONS chez Gaspard Migeot. 1673. 8.

Editio trilinguis textui graeco vulgatum latinum iungens gallica Montensi versione, quae dicitur, medio loco posita. Le Longius hanc non in Belgio sed Rotomagi excusam putat nescio quo iure. Certe episcoporum additae approbationes Belgium patriam libri indicant et qui imaginem Domini cum discipulis conversantis fronti voluminis oppositam aeri incidit ex nomine Flandriae vel alius inferioris provinciae civis fuisse cognoscitur.

Textus graecus e Curcellaei editione sumptus cuius lectiones singulares hic adsunt adeoque uncinuli in l. 1. Io. 5, 7. Bis tamen ab cadem discrepat: Marc. 8, 24. (J. 76) add. ὁρῶ non item ὅτι, et Act. 9, 35. exhibet Stephanicum σαρωνᾶν.

84.* AMSTERDAM. bv Ian Rieuwertsz. 1693. 4.

Evangelium Matthaei et Epistolam ad Romanos in usum tironum ex editione Curcellaei descripsit, addita Adami Boreelii versione interlineari belgica, Guilelmus Homma nescio quis, qui et lectiones variantes ex codicibus vel potius ex Curcellaeo petitas item ex versione syriaca adiecit, et vitium Elzevirororum

[131]

Rom. 7, 2. correxit caeteria modeste servatis. Librum hunc quo minus hoc loco negligeremus ipsa raritas vetuit. Quem et Maschins et qui ante eum scripserunt omnes ignorasse videntur.

85. * HALAE typis et impensis viduae Curtii. 1790. 8.

Epistolarum catholicarum septenarius graece cum nova versione latina et scholiis I. Bened. Carpzovii professoris theologiae Helmstadiensis. Textus Elzevirianus. Locum 1. Io. 5, 7. cum Curcellaeo suspectum habet et cancellat editor.

§ 5. EDITIO FELLII.

86.* OXONII e theatro Sheldoniano. 1675. 8.

Tertius post Curcellaeum et operis polyglotti Londinensis editores fuit Ioannes Fell episcopus Oxoniensis, eximium Britanniae suo tempore decus et indefessus rei literariae promotor, qui N. T. cum maiori et ditiori apparatu critico edendum curavit. Nec vana sunt quae titulus promittit, variantium lectionum ex plus centum codicibus et antiquis versionibus collectarum copiam omnibus quae antehac congestae fuerant locupletiorem. Editor pro sua modestia nomen operi operisque laudem nomini suo denegavit. Sed iam sua aetate quam meruit accepit et posteri cumulatiorem addiderunt. Praefatio brevis et luculenta magna ex parte et laborem et gloriam horum studiorum antiquioribus tribuit et hoc fere solum editori vindicat ut

scientiae dignitatem et autoritatem contra indoctorum cavillationes defendisse censeatur. Fusius de hoc libro externa sua forma parum specioso egerunt R. Simon in hist. crit. N. T. c. 9, Baumgartenius in Hall. Bibl. IV. 200, Knochius p. 449, Maschius p. 232 et omnino omnes qui rem isagogicam quam vulgo vocant ex professo tractarunt. De Fellio ipso adeas Dibdinum I. p. 89.

Textum Fellius ad quem suam variantium lectionum recensionem referret describi iussit Elzevirianum ex ed. 11. (1633) a quo tribus tantum locis recedit:

φ. 1.	Rom. 7, 2.	(ε. 2)	ἀπὸ τοῦ νόμου, τ. ἅ.
2.	Luc. 10, 22.		add. gloss. (F) Steph.
3.	Philem. 7.	(J. 217)	χάριν Steph.

87. ULTRATECTI ex officina Ant. Smytegelt. 1675. 24.

Textus ex Felliana sine mutatione descriptus. Plura de hac et satis singularia dedimus supra § 3 N. 46 occasione alius editionis Smytegeltianae eiusdem anni. Absunt variantes.

88.* LUNEBURGI ap. Io. Ge. Lipper, 1691. 12.

LIPSIAE ap. Io. Heinichen, 1691. 12.

Praefatus est Adamus Rechenberg professor theologiae Lipsiensis qui non de textu emendando sed de libello minusculo

[132]

manibus studiosorum tradendo in hoc opere cogitavit. Adsunt loca parallela, πίναξ μαρτυριῶν prologus in Paulum Boeclerianus. De editionibus Rechenbergianis quas nos in duas classes

distribuimus (cf. supra § 3) pluribus egit Lorckius BG. II. 462. cf. Knochium p. 463, Baumgartenii Nachr. 11. 35, Mascbium p. 255.

Textus non, ut nonnulli dixerunt, ex ed. Leusdeniana petitus sed ex Felliana, quacum in omnibus consentit exc. uno loco (φ. 3). Peculiare est ei Luc. 8, 24. vitio sane operarum ἐπιστάτα semel positum. Exemplar Lipsiense adhuc non vidi.

89.* LIPSIAE ap. viduam Io. Heinichii typia I. H. Rickteri. 1697. 12.

Rechenbergii ed. II. priori in omnibus similis unice correcta lectione Luc. 8, 24. Exemplar meum olim Lorckii fuerat. Variantes Rechenbergius non descripsit.

90.* LIPSIAE sumptbus I. Cph. Koenigii typis Cph. Fleischeri. 1697. 8.

Est pars bibliorum graecorum eodem anno a Io. Frickio Ulmensi editorum, de quibus vide praeter alios Reimmannii Catal. p. 236, Knochium p. 148. Typi pro libri forma satis magna paene nimis minuti. Fellianum exemplar accurate et simpliciter describit editor, ita tamen ut variantes omnes a margine singularum paginarum ad calcem totius voluminis releget.

91.* Ἐν ΚΑΝΤΑΒΡΙΓΑι ἀναλώμασι Ἐδμ. τοῦ Ἰεπφραίου. ἐτει Α. Ψ. [Cantabr., Ieffray. 1700.] 12.

Solus de hac editione notitiam olim suppeditabat catalogas Lorckianus p. 101. Eizevirianus textus ex Fellii recognitione, duobus locis exceptis. Habet ε.13 non vero φ. 3. Libellus nitidioribus adnumerandus.

92.* LIPSIAE sumptibus I. Cph. Kornigii exc. I. H. Richter. 1702. 8.

Triplex praemittitur praefatio, prima eaque brevissima anonymi (B. H. W) de operis instituto, altera Fellii, tertia A. Hm. Frankii theologi Halensis longior sed minus critica quam paraenetica. Lectiones variantes pristinis suis castris in margine inferiore restituuntur. Textus per binas columnas descriptus. Plura vide apud Knochium pag. 466. Lorckius in Catalogo p. 85 se duo exemplaria habere dicit in quorum altero titulus praefationem Franckii promittit, quale et meum est, alterum vero de eadem tacet, neutrum autem, quod sane mirandum, eam

exhibet. Reimmannus in suo catalogo p. 238 scribit Frankium propter hanc editionem Socinianismi insimulatum fuisse ab orthodoxis pietistarum obtrectatoribus, scilicet in variarum lectionum copia eius criminis causas facile reperientibus. In textu Felliano nihil mutatum.

[133]

93.* OXONII e theatro Sheldoniano impensis Thom. Bennet. Londin. 1703.

Editio satis splendida quamvis typorum character minime eit elegans. Infra textum in quavis pagina primum sequuntur loca parallela, tum variae lectiones Fellianae, denique in binis columnis scholia e patribus graecis maxime corrasa. In his colligendis desudaverat Ioannes Gregory, archidiaconus Glocestriensis, qui de proprio penu nonnulla veteribus inseruit cuiusque post obitum ipsam editionem curaverunt Henricus Aldrich aedis Christi decanus et Gregorii filius ὁμώνυμος. Patrum locos accuratius definierunt I. Ern. Grabius et Andr. Rinmann. Plures figurae in fronte librorum aeri incisao dignitatem operis augent externam. Cf. Baumgartenii Hal. Bibl. IV. 201 ; Maschium p. 234; Kappii Beitr. 1759 p. 582. Textus non variatus et nonnullis bibliographis haec secunda Felliana audit.

94.* GOTHAE sumptibus I. Andr. Reyheri. 1715. 12.

Accedunt libri V. T. apocryphi. Ultima est haec editio in Le Longii bibliothecam relata ubi tamen perperam annus 1716 legitur. Praefatus est Ern. Sal. Cyprianus theologus Thuringus tum temporis clarissimus. Textus a Felliano semel recedit recepta leotione ε. 10.

§ 6. EDITIO MASTRICHTIANA.

95.* AMSTELAEDAMI ex officina Wetsteniana. 1711. 8.

* AMSTELAEDAMI ex officina Wetsteniana. 1711. 2 t. 8.

Haec est celeberrima inter criticas editiones Mastrichtiana, i. e. cura et studio Gerhardi de Traiecto Mosae Doctoris, qui in titulo per literas initiales G. D. T. M. D. appellatur, iureconsulti Belgae et reipublicae Bremensis syndici parata. In praefatione Henrici Wetstenii bibliopolae ἀνωνύμως ut vir gravis commendatur. Offert tibi praeter immensam copiam locorum parallelorum in quibus colligendis iam tum temporis Calvinistarum industria desudare solebat, variantium lectionum auctam farraginem, praefationes Fellii et Curcellaei, ipsius editoris

prolegomena critica de collectoribus variantium, de librorum manu scriptorum qualitatibus deque canonibus criticis tractantia, tum ipsos hos canones continua serie expositos, quam primam critices theoriam merito dicere possis. Textus et notae criticae in singulis paginis per binas columnas disponuntur, loca parallela infra textum et supra notas in medio lineis integris. Prolegomena paginis 88, textus 560 absolvuntur, adduntur in fine 37 paginae annotationum paullo maiorum. De horum studiorum meritis iudioantes viri docti in diversa abierunt, nonnullis paullo iniquius scientiae provectioris maturitatem in iis desiderari querentibus,

[134]

quum potius virum; per munus a rebus illis fere theologicis alienum, verum sponte et indefesse talia prosequutum, laudibus efferre debuissent.

Textus Fellianus est uno loco mutato, Apoc. 3, 12. ubi Elzevirorum et Bezae vitium deletur.

Plures autores, inter quos Eichhornius Introd. V. 291 et Rosenmüllerus Bibl. Lit. I. 330, affirmant hanc editionem bis postea repetitam esse titulo non mutato, ita ut cum eadem anni nota ter typis excusa sit. Alia refert Dibdinus I. 97 primam editionem eodem anno bis impressam fuisse dicens. Unde haec habeant et quo iure dicant equidem nescio. Ante eos Baumgartenius in Hal. Bibl. IV. 206 de hac nostra scripsit esse eam primam et optimam plurium eiusdem nominis et anni postea recusarum. Quod mihi satis suspectum dixit Vir summus, quum quomodo plures inter se distingui possent si eundem annum referant, ita ut una caeteris melior appareat textu non mutato, nemo definire ausus sit. Sed ad absurdiora progreditur Walchius bibl. theol. IV. 28 qui tradit descriptam esse iterum et apud Lipsienses et apud Belgas, quum autem eiusdem anni nota servata sit eandemque chartae typorumque elegantiam editiones hae prae se habeant, difficile esse illas a vera Mastrichtiana discernere nisi signum quoddam adhibeatur! Hic igitur autor evidenter aliorum typographorum fraudulenta industria novas quasdam editiones evulgatas esse sed nomine Wetstenii insignitas innuit; verum, quaeso, quo pacto editiones diversis locis impressae ita comparatae esse potuissent ut alteram ab altera oculis discernere vel hodie nequeas? Sane nusquam terrarum Mastrichtiana exemplaria typis, charta, paginarum numero, vel minimo demum signo aut mendo fortuito inter se diversa veniunt. Quae tamen omnium frequentissima sunt in bibliothecis et quavis occasione venum dantur. Mihi ergo, ut iam Goezio (p. 59) quidquid de his iteratis editionibus traditur merum commentum videtur, nescio quomodo ortum propagatumque.

Fortassis ansam rei praebuit quod exstant revera duo exemplarium genera eiusdem primariae editionis, alterum uno volumine comprehensum , alterum in duos tomos divisum. Cuius

postremi generis librum debeo liberalitati collegae olim coniunctissimi Theodori Fritzii qui humanissime hoc dono et collectionem meam et scientiam auxit. Scilicet p. 255 lin. 6 finitur evangelium Ioannis et in eadem inchoantur Acta app. in altero exemplari; in altero vero reliqua pagina et folio verso vacuis relictis sequitur novus titulus graecus: τῆς καινῆς διαθήκης δεύτερον μέρος cett. et timi Acta incipiunt in propria sua pagina euniem numerum 255 gerente. Caeterum formarum compositio absque omni dubio eadem et operarum iteratorum nullum usquam vestigium.

[135]

96 * AMSTELAEDAMI ap. I. Wetstenium et G. Smith. 1735. 8.

Editio seonnda Mastrichtiana; non quarta ut nonnullis dicitur, praecedenti adeo similis in textus compositione typographica ut vix novam esse tibi persuadeas. Quae tamen vere nova est et subinde quoad apparatum aucta. Prima facies libri offert praefationem breviorem editoris qui fuit ipse ille magnus I. I. Wetstenius de cuius studiis criticis infra plura dicentur. Hic non solum Gerhardi studia et subsidia severius perstringit, ut qui iam melioribus velisusus mare criticum minuis infidum ipse expertus erat, sed et quod ad nostras res faciat lucide exponit: *prioris* editionis exemplaribus distractis *alteram* posci et flagitari coeptam, quae *nunc demum* appareat, illa meliorem. Ecce illum de pluribus ante hanc vulgatis omnino tacentem! Prolegomena Gerhardi paullulum aucta sunt ex autoris schedis autographis.

97.* HALLE in der Rengerischen Buchhandlung. 1730 - 1732. 3 t. 8.

N. T. graecum germanice illustratum, cum titulo et praefatione lingua vernacula scriptis, textum et variantes Mastrichtianae repetit additis adnotationibus grammaticis et historicis in usum tironum, item meditationibus moralibus in pericopas dominicales. Autor operis Christianus Neudecker pastor Patzdorfensis in agro Saxoniae Altenburgicae. Opus tribus spissis voluminibus absolutum. Cf. Coleri Bibl. theol. V. 447.

98.* HALAE impensis orphanotrophei. 1740. 12.

* HALLE in Verlegung des Waysenhauses. 1741. 12.

Textus binis columnis ad Mastrichtianam ita expressus ut paginae paginis ed. germanicae Canstenianae respondeant. Exemplar alterum graeco-germanicum proprie igitur non typothetae sed bibliopego debetur nam versio non in altera columna eiusdem paginae

archetypo apponitur, sed folia geminica integra quatuor columnarum foliis graecis interserta sunt. Hae editiones Halenses libros N. T. eo ordine exhibent dispositos quo in versione Lutheri veniunt. Variantes exsulant, sed adduntur loca parallela.

99.* HALAE impensis orphanotrophei. 1756. 12.

* HALLE in Verlegmg des Waysenhauses. 1756. 12.

Editio secunda vix a priori distinguenda, sed tamen non stereotypa.

100.* HALAE impeneis orphanotrophei. 1775. 12. Editio tertia cui an accesserint exemplaria bilinguia nescio.

[136]

101 * HALAE sumtibis orphanotrophei. 1762. 12.

A praecedentibus diversa, typis maioribus excusa, et ad biblia graeca Halensia pertinens quorum tomum quintum repraesentat. Praefatus est I. G. Kircher pastor ad B. V. Halensis Textus idem, uno loco excepto, scil. Rom. 12, ll. duas lectiones simul exhibet: κυρίῳ (καιρῷ). Perperam Dibdinus I. 50 hae biblia graeca Novo Testamento destituta esse affirmat.

102.* BASILEAE typis viduae I. Conr. a Mechel. 1749. 8.

Textum Halensem i. e. Mastrichtianum recudi curavit Ant. Birr adiuvantibus duobus V. D. MM. Basileensibus Ben. Bernoulli et I. G. Erzberger. Leusdenianum dicit praefatio cuius tamen signa omissa sunt, et vel ab ea editione quae maxime cum Mastrichtiana consensit, Wetstenianam dicimus anni 1740, duobus in locis nostra discrepat cum Halensi faciens (Philem. 7 Luc. 1, 35), a qua nusquam omnino recedit. Accedunt loca parallela. Typi satis grandes et elegantis formae. Editionem Maschio ignotam fusius descripsit Lorckius BG. I. 123. Birrii praefatio de variantibus lectionibus contemtim et superbe loquitur.

103.* EDINBURGI ap. Thom. et Walt. Ruddimanos. 1750. 8.

Ruddimanorum primam habebis infra Cap. XII § 6. Haec secunda accuratissime Mastrichtianam exprimit. Lorckius habebat in desideratis.

104. EDINBUBGI ap. Walt. Ruddimanum et socios. 1771. 12.

Tertia eiusdem offcinae et ultima, quam in Lorckianis inveni, praecedentis fidelis pedissequa, Maschio ignota.

105.* GLASGUAE exe. R. et A. Foulis sumptibus Guil. Charnley. 1759. 4.

Editio elegans et nitida. Textus nudus typis minutioribus binis columnis expressus ad editionem Mastrichtianam quam titulus ipse Wetstenianam salutat. Maschio ignota.

106.* EDINBUBGI e prelo academico impeneis Bell et Bradfute, Ell, Doig et Stevenson. 1807. 12.

Textus Mastrichtianus ut ipsi docent typographi in suo monito ad lectorem. Ex quo etiam dicimus in Scotia tum temporis Ruddimannorum exemplaria maxime in aestimatione fuisse, quibus sua etiam castigatiora esse nimis confidenter asserunt Sed in accentibus saltem saepissime peccasse eos primo statim obtutu

cuivis patebit et maioris momenti errata acouratius inspicientem non fugient.

107. LONDINI . . . . 1808. 12.

* LONDINI ex officina Andr. Wilson, prostat ap. Cadell et Davies caett. 1812. 12.

* LONDINI ex officina Andr. Wilson, prostat ap. Cadell et Davies caett. 1821. 12.

* LONDINI apud F, Cadell caett. 1829. 12.

* LONDINI apud F. Cadell caett. 1840. 12.

Editio stereotypa cuius an plures exstent tituli nescio. Primum ex catalogo societatis biblicae anglicanao mutuor. Editor Guil. Whitfield Dakins LL. D. qui praemisit singulis libris prolegomena i. e. exiles notitias literarias, obsoletae scientiae monumenta, et textum Westenii Glasguae impressum se descripsisse fetetur. Qui nullus est nisi Mastrichtianus a. 1759 a Foulisio editus (supra N. 105) et Wetstenius ille non celeberrimus theologus et criticus sed Amstelodamensis Leusdenii et Gerhardi typographus. Discedit tamen a suo fonte in uno loco eiecta glossa Luc. 10, 22.

108.* BASILEAE typis Emman. Thurneisen. 1825. 8.

Textui ante Griesbachium recepto (quem dicit editori nos Mastrichtianum agnoscimus) additur lectionum variantium delectus. Typi iidem atque in editione Basileensi modo laudata a. 1749; item locorum parallelorum index textui subiectus. Qui bis Bezanam lectionem repudiat ubi scilicet merae coniecturae debetur Gal. 4, 17. Io. 18, 20. (X. 17. 28). In utroque loco Griesbachium sequitur. Praefationi subscribit vir non indoctus I. H. cuius nomen me ignorare fateor. Cf. Schwarzii annales 1827 II. 462. Wineri diar. theol. IX. 240.

CAPUT XII. EDITIONES STEPHANO-ELZEVIRIANAE.

Plurimae saeculi XVII. et XVIII. editiones, quas textum receptum quem dicunt exprimere vulgata opinio est, lectiones Stephanicas et Elzevirianas ita miscent ut alterum textum pro fundamento positum ex altero corrigant. Quod iam in libris capite superiore laudatis saepius factum observavi, sed quia paucioribus de locis observandum fuerat rem non eius momenti duxi propter quam nominis Elzeviriani honorem, si quis fuerit, illis detraherem. Hic vero alios adducam in quibus lectionis varietas in amplius octoginta locis ex meo millenario numero modo Elzevirianam scripturam modo Stephanicam viris doctis magis minusve dubiam et incorrectam visam esse demonstrat, quam modo audacius modo timidius sollicitarent. Et in hoc quidem capite non solum eas editiones recensebo in quibus textus vulgaris ex Stephani patris exemplari emendatus est, verum et plurimas quae Stephanicum fontem agnoscunt ex Elzevirianis libris emendandum. Quod etsi in singulis rarius factum nihilo minus textus recepti rationem plane aliam fuisse ostendet quam vulgo aestimatur. Sane inter has Stephano-Eizevirianas et eas quas supra recensui Stephano-Bezanas aliqua intercedit similitudo, sed merito diversum nomen utrisque reservutur, quum has recentiores non ex Beza sed ex Elzeviriano textu suum hausisse certissimum sit.

§ 1. EDITIO BUCKII.

1.* CANTABRIGIAE ap. Thom. Buck. 1632. 8.

Sine praefatione aliove additamento, typis maioribus lineis integris parum eleganter expressa. Sequitur Ezevirianam primam mutatis undecim locis:

[139]

1.	Marc. 4, 18.	(A. 23)	οὗτοι εἰσὶν semel cf. X. 52
2.	Marc. 15, 3.	(G. 48)	add. glossam. cf. X. 53
3.	Io. 18, 20.	(M. 257)	πάντοτε Steph.
4.	Rom. 7, 2.	(ε. 2)	corrigit vitium Elz.
5.	1. Cor. 15, 33.	(W. 23)	χρηστὰ lectio ante-steph.
6.	Eph. 6, 7.	(J. 168)	ὡς τῷ κυρίῳ cf. X. 42
7.	2. Tim. 1, 12. 14.	(J. 230)	καρακαταθήκην bis cf X. 40
8.	Tit. 2, 7.	(M. 259)	add. ἀφθαρσίαν c. Steph.
9.	Hebr. 10, 2.	(J. 125)	ἐπεὶ οὐκ ἂν c. Steph.
10.	2. Petr. 1, 1.	(J. 130)	σίμων c. Plant.
11.	Apoc. 3, 12.	(W. 34)	ναῷ c. Steph.

2.* LONDINI ex officina Rogeri Danielis. 1652. 12.

Describit praecedentem exceptis duobus locis (2. 5) in quibus commnnem lectionem denuo recipit. Typi minores, textus nudus binis columnis expressus.

3.* LONDINI ex offidna Rogeri Danielis. 1653. 4.

Si formam exceperis in omnibus haec praecedenti similis, tantummodo in calce addit πίνακα μαρτυριῶν ex Elzevirianis repetitum. Fallitur V. D. Lowndes in libro suo bibliogr. man. T. III. varias addi lectiones affirmans et textum Vignonianum exhiberi. Eodem anno ex eadem officina prodiit et Vetus Testamentum graecum huic Novo externa specie simillimum, minimeque audiendus Dibdinus qui I. 42 Novum exstare negat

4. * Ἐν τῇ ΚΑΝΤΑΒΡΙΓΙΑ παρ' Ἰωάννου Φιελδου ἔτει α̃ χ ξ ε. [Cantabr. Io. Field. 1665.] 12.

Pertinet ad editionem V. T. graeci quam curavit Io. Pearson episcopus Cestriensis eodem anno apud eundem academiae Cantabrigiensis typographum evulgandam. Parum elegans est et nulla omnino cura critica insignis. Veteri Testamento editor praefationem eruditam praemisit, Novo nullam. Textus Buckianus intactus. Libellus hic noster olim intor Lorckianos fuit teste titulo.

5. LONDINI exe. Io. Redmayne. 1674. 8. Exstat Hamburgi. Textus Rogeri Danielis a. 1652.

6. LONDINI exe. Eliz. Redmavne. 1705. 8.

A praecedente in nihilo diversa. Maschius eam non recenset, sed examinavi Stuttgardiae.

[140]

7.* LONDINI ap. A. et I. Churchil. 1701. 8.

8 * LONDINI fvp. A. et I. Churchil. 1701. 12.

Duo exemplaria unius si placet editionis hactenus inter diversa ut in maiori *ad paginarum oras exhibeantur radices sive themata vocum quarumlibet difficiliorum*, ut legitur in titulo; simul hic in ipso textu singulis vocabulis ita explicandis apponuntur varia signa literulaeque quae a minori exemplari absunt. Hoc est 419 paginarum, maius autem quadringentarum. Non igitur paginae paginis respondent, verumtamen quod ad ipsum textum attinet eadem formarum

compositio utrique operi inserviisse viditur. De quibus rebus apud bibliographos altissimum silentium.

Lectiones Buckianae omnes adsunt praeter tres (3. 5. 6), praeterea. in duobus locis Marc. 8, 24. et Luc. 1, 35. (ἐ. 9. 10) non primam Elzevirorum sed septimam sequutus est operis corrector; denique 1. Cor. 15, 31. praetulit lectionem Erasmicam (J. 105).

9.* LONDINI impensis R. Knaplock, I. Tonson et I. Watts. 1728. 8.

Inter anglicanas editiones manuales antiquiores haec longe nobilissima, maiore forma, charactere grandi elegantique expressa. Possidebant etiam Goezius Lorckius et Baumgartenius, cuias cf. Nachr. VIII. 13. Textus Buckianus invariatus.

10.* LONDINI ex officina Iac. Tonson et Io. Watts. 1714. 12.

In privilegio Annae reginae editor nominatur qui et dedicationi subscripsit Michael Maittaire, celeberrimus latinorum et graecorum scriptorum editor et eruditissimus rei literariae promotor. Praeter textum typis satis minusculis binis columnis inscriptum nihil adest nisi index locorum V. T. in Novo laudatorum. Margo libri, vel saltem mei exemplaris, sueto largior. Caeterum fortasse non erat cur hoc potissimum loco nostram reponerem nam Buckianae lectiones in ea servantur quatuor tantum (1. 7. 8. 9) in quibus solis a secunda Elzeviriana recedit. Baumgartenius igitur non multum a vero aberat eam a Mastrichtiana pendere affirmans (Nachr. X. 377).

11. LONDINI ex officina I. Tonson et I. Watts. 1728. 12.

Hanc non nisi ex Catalogo bibliothecae Sussexianae novi in qua tria eius exemplaria exstabant.

12.* LONDINI ex officina I. Tonson et I. Watts. 1730. 12.

Dedicatio Maittairii repetitur, textus ut in praecedenti, sed apparent duae aliae lectiones Buckianae (4. 6). Etiam Lorokius hanc tertiam Maittairii dicit, secundam a. 1728 desiderans.

13 * LONDINI impensis I. et R. Tonson. 1756. 12.

Adest privilegium reginae Annae non vero dedicatio; sed Maittairianam quartam dici debere extra dubium positum est. Praecedenti adeo similis ut vix novam credideris.

14.* LONDINI impensis I. et F. Rivington, T. Longman, T. Cadell et e. Iohnston. 1775. 12.

Et hanc ad Maittairianas pertinere, quamvis absit privilegium cum dedicatione, ipsa libri forma docet. Respondent paginae paginis praecedentium editionum, lineae lineis atque adeo literae literis. Refert tamen lectiones Buckianas duas a prioribus neglectas (10. 11), et Gal. 4, 17. Elzevirorum vitium ἡμᾶς corrigit.

Bibliographis nostris haec omnino ignota.

15.* LONDINI exc. A. Rivington et I. Marshall impensis I. F. et C. Rivington etc. 1786. 12.

Adsunt lectiones Buckianae priorum editionum Maittairianarum omnes (I. 4. - 11); praeterea Rom. 7, 6. et Gal. 4, 17. (X^{dh}) Bezae vitia duce Stephiano corriguntur et 2. Tim. 4, 13. singulariter scribitur φενόλην.

16.* DUBLINII apud G. et A. Ewing. 1746. 12.

Proxime ad praecedentes accedit quoad textum, habitu externo iis praestantior. Absunt omnia Maittairianarum additamenta. Buckianae lectiones adsunt omnes praeter 1. 2. 5. 10; tum consentit cum praecedenti in Gal. 4, 17; cum Churchiliana in 1. Cor. 15, 31; denique 2. Tim. 4, 13. plane singulariter legit φαινολην.

17.* DUBLINII ap. Tho. Ewing. 1775. 12.

Praecedenti simillima a qua bis in textu discedit ad Elzeviros (Io. 18, 20. et Gal. 4, 17). Hanc quoque nusquam in bibliothecis reperi.

18.* DUBLINII exe. Iohanneσ Exshaw. 1794. 12.

Accuratissimum praecedentis apographon, minime vero στερεοτύπως expressum. Exemplar praeter meum nuilum vidi.

19.* LONDINI Guil. Pickering. Typis C. Corrall. 1828. 32.

Editio post Sedanensem a. 1628 omnium minutissima cuius veram formam numero exprimere absente plagularum signatura viz possum. Octo tantum videntur chartae folia esse eaque non grandis formae quorum unumquodque 64 pagellas effecit. Typi

[142]

tamen satis distincti neque lectu admodum difficiles. Textus ad praesentem famiiiam pertinere videtur quanquam nulli alii editioni plane consentaneus. Buckianae lectiones adsunt quin (3. 4. 8. 9. 11).

§ 2. EDITIO CYRILLI LUCARIS.

20.* [Sine loco et typographo,] 1638. 4.

Editio graeca δίγλωιττος textui archetypo versionem vernaculam Maximi Callipolitani iungens, caeterum satis speciosa plerumque in duos tomos divisa. Omnia graeca utpote in usum Christianorum orientis edita. Praefationem Maximi sequitur altera Cyrilli celeberrimi patriarchae Cpolitani ex qua discimus Belgii foederati ordines generales suis sumptibus hoc volumen emitti iussisse. De loco et typographo nihil certi traditum est. Plurimi Genevam libri patriam adserunt insigne Petri Chouet in fronte expressum dicentes, alii Elzeviris tribuunt operas et Lugdunum Batavorum cunas egregiae editionis salutant. Mihi delphinus et anchora sine nomine loci et officinae in titulo excusus suspicionem movit voluisse editores hominibus persuader Venetiis librum hunc impressum esse, ex qua urbe fere unice tum temporis talia ad

orientales pervenire et solebant et poterant ex protestantium sedibus vix codicem sacrum accepturos. Rem pluribus discutit V. C. Baumgartenius in Nachr. VIII. 1.

Quod ad textum attinet ex pluribus editionibus mixtum video. Fundamcnto fuisse videtur Elzevirorum secunda a qua recedit locis sedecim. Mutationes factae sunt partim ad ed. Stephani patris primam ex qua repetitae videntur lectiones Complutenses novem (E. 43. G. 48 - 51. 56. 65. M. 259. 260), Erasmica una (J. 216), Stephanicae duae (W. 10. 11); partim ad editionem Stephani filii (1587) cuius lectiones propriae adsunt omnes (etiam X. 36 caeteris ignota) praeter unam (1. Petr. 2, 21.), praeterea aliae ex eadem desumendae duae (X. 45. 56), quibus etiam adnumeraverim veteres, eiectis W. 34. X. 20 et ε. 2 restitutas.

§ 3. EDITIO BOECLERI SECUNDA.

21.* ARGENTORATI ex officina Iosiae Staedelii. 1660. 24.

Adest praefatio I. H. Boecleri ex editione priore anni 1645 repetita, de cuius in N. T. studiis supra dixi Cap. V. § 2. Prior textum Stephanicum purum referebat, in hac posteriore nonnulla ad Elzevirianum mutata sunt (X. 6 - 9. 19. ε. 1. 6. 7). Minus recte hanc prioris textum referre dixit Dibdinus. Caeterum minusculus et nitidus libellus praesertim si in duos tomos dividatur.

[143]

§ 4. EDITIO COCCEII.

22. AMSTELODAMI ex officina Io. a Someren. 1675. fol.

23. FRANCOFURTI ad M. typis Balth. Cph. Wustii. 1689. fol.

24.* AMSTELODAMI ex typogr. P. et I. Blaeu. 1701. fol.

Sunt tres editiones operum omnium Io. Cocceii theologi olim apud Belgas celeberrimi, in quibus, octo vel decem tomos explentibus, exstant inter alia commentarii ad plurimos utriusque codicis sacri libros. Additur textus gr. evangelii Ioannis, Epistolarum omnium et Apocalypseos. Contuli solam editionem tertiam quam ipse possideo, principem inspexit in bibliotheca Lugduno-Batava Abr. Kuyper eamque in omnibus tertiae consentientem reperit, de media quid dicam non habeo, verum quin praecedentis merum apographon sit minime dubito. Singula antea ab autore qui diem suum a. 1666 obiit, separatim edita fuerant.

Textum servat plerumque Elzevirianum ex editione secunda vel quarta (1633, 1656) repetitum, quem in Ioanne nunquam deserit, in Apocalypsi semel omisso c. 13, 5. μόλεμον (X. 55). In epistolis vero saepius scripturam mutat sc. Rom. 7, 2. (ε. 2) add. τοῦ νόμου, Gal. 4, 17. missum facit Bezanum ἡμας (X. 28), Eph. 6, 7. add. ὡς (J. 168), 1. Tim. 1, 4 (M. 258) utramque lectionem exhibet, Bezanam simpliciter, Stephanicam uncis inclusam; 2. Tim. 1, 12. 14. παρακαταθήκην et Iac. 4, 2. φθονεῖτε (X. 49. 50) ab Henrico Stephano mutuatur, 2. Tim. 4, 19. πρίσκιλλαν Plantinianam tuetur (R. 314), Iud. 12. item παραφερόμεναι (G. 60), denique Iud. 22. novam introducit, pro οὒς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι ab omnibus veteribus recepto, sic scribens: οὒς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους sequentibus intactis relictis (cf. cap. XIV. § 2 N. 83).

Iam quum pro operis nostri tenore ad earum editionum seriem pervenerim quae fere lectiones Stephanicas et Elzevirianas simpliciter miscent, caeteris neglectis, non abs re erit, ut singulas paucioribus expediam maxime insignes utriusque familiae variantes hoc loco in tabulam referre, ad cuius numeros deinceps pro re nata provocabo. Ad quem finem Stephani tertiam a. 1550 (S) conferam cum Elzevirorum ultima a. 1678 (E) et Bezae prima minori a. 1565 (B):

ξ.	1.	Matth. 21, 7.	($R^{c.}$ W^{m})	ἐπεκάθισεν S. ἐπεκάθισαν BE
	2.	Matth. 23, 14.	(N. W^{m})	κατεσθίετ- κλείετε S. vice versa BE
	3.	Matth. 24, 15.	(W^{m})	ἑστός S. ἑστώς BE
	4.	Marc. 8, 24.	(J. 75. ε)	add. ὅτι . . . . ὁρῶ SB (E edd. prior.) omitt. E (edd. post.)
	5.	Luc. 1, 35.	($U^{e.}$ ε)	γεννώμενον ἅγιον SB (E edd. prior.) add. ἔκ σου E (edd. post.)
	6.	Luc. 10, 22.	(F. X^{b})	add. καὶ στραφεὶς πρ. τ. μαθ. εἶπεν S. omitt. BE
	7.	Luc. 17, 36.	(J. 232. W^{m})	om totum vers. S. add. BE
	8.	Io. 18, 20	(M. X^{d})	πάντοτε οἱ S. πάντοθεν οἱ BE
	9.	Act. 9, 35.	(B. $W^{f.}$ X^{d})	τὸν σαρωνᾶν S. τὸν σάρωνα BE
	10.	Act. 17, 25.	($V^{d.}$ X^{d})	κατὰ πάντα S. καὶ τὰ πάντα BE

	11.	Act. 21, 3.	(G[f.] X[a])	ἀναφάναντες S. ἀναφανέντες BE
	12.	Act. 21, 8.	(J. 171)	παῦλον ἦλθον SB. π. ἤλθομεν E
	13.	Rom. 7, 6.	(X[d])	ἀποθανόντες S. ἀποθανόντος BE
	14.	Rom. 8, 11.	(K[a.] X[a])	διὰ τὸ ἐν. πνεῦμα. S. δ. τοῦ ἐν. πνεύματος BE
	15.	Rom. 12, 11.	(U[c.] X[a])	καιρῷ S. κυρίῳ BE
	16.	1. Cor. 15, 31.	(J. 105. X[f])	ἡμετέραν S. ὑμετέραν BE
	17.	2. Cor. 11, 10.	(W[d.] X[c])	σφραγίσεται S. φραγήσεται BE
	18.	Gal. 4, 17.	(X[h])	ἐκκλ. ὑμᾶς SB. ἡμᾶς E
	19.	Col. 1, 2.	(J. 216. X[a])	κολασσαῖς S. κολοσσαῖς BE
	20.	1. Tim. 1, 4.	(M. X[b])	οἰκονομίαν S. οἰκοδομίαν BE
	21.	2. Tim. 4, 13.	(J. 122. X[a])	φαιλόνην S. φελόνην BE
	22.	Tit. 2, 7.	(M. X[b])	add. ἀφθαρσίαν S. omitt. BE
	23.	Philem. 7.	(J. 217)	χάριν SB. χαρὰν E
	24.	Hebr. 9, 1.	(M. X[b])	add. σκηνὴ SE. om. B
	25.	Hebr. 10, 2.	(J. 125. X[1])	ἐπεὶ οὐκ ἂν SB. ἐπεὶ ἂν E
	26.	Iac. 5, 12.	(V[d.] X[d])	εἰς ὑπόκρισιν S. ὑπὸ χρίσιν BE
	27.	1. Petr. 2, 21.	(Gc. X[e])	ἡμῶν ἡμῖν S. ὑμῶν ὑμῖν BE
	28.	1. Petr. 3, 11.	(Wl. X[c])	om. ἀγαθὸν ζητησάτω S. add. BE
	29.	1. Petr. 3, 21.	(Sf. X[e])	ὃ καὶ ἡμᾶς S. ᾧ κ. ἡ. BE
	30.	Apoc. 2, 5.	(Ka. X[a])	τάχει S. τάχυ BE
	31.	Apoc. 3, 1.	(K[a])	om. ἕπτα SB. add. E
	32.	Apoc. 3, 12.	(W[o])	ναῷ SE. λαῷ (E edd. prior.)
	33.	Apoc. 5, 11.	(K[a.] X[a])	om. καὶ ἦ ὁ ἀρ. ἀ. μυριάδες μυρ. S. add. BE
	34.	Apoc. 8, 11.	(J. 177. X[a])	om. τῶν ὑδάτων S. add. BE
	35.	Apoc. 11, 1.	(J. 149. X[a])	om. καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει S. add. BE
	36.	Apoc. 11, 2.	(J. 150. X[d])	ἔσωθεν S. ἔξωθεν BE

	37.	Apoc. 13, 5.	(K[a])	om. πόλεμον SB. add. E
	38.	Apoc. 14, 18.	(J. 184. X[a])	om. τῆς ἀμπέλου S. add. BE.

Caeteras si quae fuerint variantes suis locis declarabo. Ex iis vero quas modo recensui familiarum seriem constituam, delectu variantium ex alterutro fonte ab editoribus repetitarum diligenter observato.

§ 5. EDITIO PRITII.

25.* LIPSIAE sumtibus Gleditschii senioris. 1703. 12.

Prodiit vigiliis et industria I. G. Pritii tum temporis pastoris apud Schleizianos Variscos postea apud Francofurtenses. Qui summaria e Seb. Schmidii versione petita, tabulas geographicas a Christophoro Cellario delineatas et loca parallela addidit, praecipuas variantes ex Curcellaei et Fellii copiis selegit, textum

[145]

denique ad probatissimos codices studiose revisum promittit. Verom isti codices nulli alii sunt nisi editiones nonnullae antiquiores, eaedem fere quas et Rechenbergius contulerat, hoo tamen discrimine ut noster revera aliquanto saepius textum mutaverit. Le Longius duas Pritii editiones huius anni facit, alteram in duodenaria forma, alteram multo minorem, quae tamen nulla est. Caeterum cf. Knochium p. 478, Baumgartenii Nachr. IV. 111.

Textus Pritianus in hac prima editione constituitur lectionibus quindecim ab Eizeviriano ed. 1670 quem fundamento posuisse videtur alienis, scilicet tredecim Stephanicis: ξ. 6. 1- 16. 18. 25 - 27. 36 - 38. Praeterea locum 1. Io. 5, 7. uncis includit et Io. 6, 11. vitium habet multis commune δέδωκε. Matth. 6, 6. cum Er. legit ταμεῖον (P. 277) et 2. Cor. 11, 10. cum Steph. I. σφραγήσεται.

26.* LIPSIAE sumtibus I. F. Gleditsch. 1709. 12.

Accessit huic secundae Pritii editioni historia passionis graeco ex IV. evangeliis concinnata quae tamen in sepultura subsistit, resurrectionem non attingit. Variantes lectiones numero auctae. Charta paullo maior et inde paginae pauciores quam in priore. Textus idem.

27.* LIPSIAE sumtibus I. F. Gleditschii B. filii. 1724. 12.

Praemittitur bibliopolae monitum ad lectorem. Caetera intacta. Lectionibus supra memoratis quae omnes rotinentur praeter unam (Matth. 6, 6.) et vitium in Io. 6, 11. addit hasce Stephanicas tres: ξ. 9. 11. 29.

28.* LIPSIAE sumtibus I. F. Gleditschii B. filii. 1735. 12.

Praecedenti simillima, unam eius lectionem respuit (Steph. ξ. 11).

29. * GISSAE Hassorum, typ. et imp. I. Reinh. Vulpii. 1705. 12.

* GISSAE Hassorum, typ, et imp. I. Reinh. Vulpii.. 1705. 12.

(cum vers, Lutheri).

Haeo cura et studio I. H. Maii senioris, theologi tunc temporis clarissimi, professoris Gissensis, evulgata est et proprie bilinguis erat. Quam bilinguem omnes quos de ea scribentes adii solam nosse videntur, primus Le Longius, qui in nomine typographi et forma voluminis errat, post cum Baumgartenius in Nachr. II. 477, Knochius p. 488, Lorckius. Verum fuit etiam eiusdem anni editio mere graeca, textus formis adeo intacte servatis ut aitera columna suo Luthero orbata iam prorsus vacua maneret. Ipsa Maii praefatio quae tamen do bilingui verba facit huic alteri invariata praefiza est. Volumen satis humile quoad altitudinem sed 1668 paginarum mole monstrosum. Exemplaria

[146]

mea in duos tomos diviserunt beati possessores. In textu diversis crucibus vocabula ἅπαξ et δὶς λεγόμενα designantur. Versio Lutheri subinde ad archetypum mutata.

Exprimit textum primae Pritianae cuius lectiones omnes adsuut exceptis quatuor (ξ. 25. 27. 37. 38) in quibus ad Elzeviros redit, ita tamen ut uno in loco I. Petr. 2, 21. lectionem plane singularem exhibeat ὑμῶν ἡμῖν. Praeterea Iac. 4, 2. Bebelianum olim φθονεῖτε recipit quod et H. Stephanus adamaverat.

30. * WITTEBERGAE sumtibus I. M. Teubneri. 1736. 8.

Editionem promittit titulus ad probatissimorum codicum exempla recognitam, chartarum et typorum elegantia magnifice adornatam, argumentis et parallelis curatius instructam, notis theologicis illustratam, denique vitiosa interpungendi ratione et mendis typographicis expurgatam. Et sane typographi curae omni laude dignae, ita ut illius aetatis hominibus haec editio inter praestantissimas veniret. Quod autem ad textum attinet doctus oporis editor Chr. Sigismundus Georgii professor theologiae Vitebergensis satis temere se affirmat Roberti Stephani primam sibi docem elegisse quacum alias (editiones dicimus non codices) contulerit, quod Knochius p. 548, Baumgartenius in Nachr. II. 44, Maschius p. 262 incunctanter et ipsi decinunt. Verum haec nimia et praesumptione plena. Nam textus nostrae, in binis columnis dispositus, nullus est nisi Eizevirianus recentissimus (1678) undecies ad Stephanicum vel si mavis ad Pritianum emendatus. Cum Pritio enim consentit sexies (ξ. 6. 13. 15. 18. 26. 36), praeterea assumit Stephani lectionem ter : ξ. 3. 22. 23. Denique Hebr. 10, 2. plane singulariter scribit ἐπεὶ οὗν ἂν nisi forte hoc merum mendum (ξ. 25) fuerit, item 1. Petr. 2, 21. (ξ. 27) ἡμῶν ὑμῖν.

31.* WITTEBERGAE sumtibus I. M. Teubneri. 1737. 8.

Haec altera Georgii editio priori versionem Ariae addit, aliam praemittit dedicationem, praemonita editoris paullulum pro re mutat et quinque post illam mensibus absoluta est, ut ex subscriptione praefationis patet. Textus ipse adeo utriusque idem ut diu haeserim dubius annon una eademque formarum compositio fuerit adeoque una tantum editio numeranda.

32.* LIPSIAE et Goerlicii in bibliopolio Marchiano. 1744. 8.

Editionem curavit Chr. Schoettgenius scholae crucianae Dresdensis rector, vir in literis biblicis et rabbinicis clarus et in hoc libro novum aliquid molitus. Nempe neglecta vulgari capitum divisione textum in plurimas minores sectiones dispescuit, argumenta latina, imo passim fusiorem dispositionem logicam ad-

iecit et singulari cura interpunctionem reformare studuit, reformatam adnotationibus ad calcem libri lecturis significavit et commendavit. Typorum character speciosus, charta bouae notae, tabulae geographicae et topograplucae plures. Cf. Kraftii theol. N. IV. 43.

Textus fere Pritianus quippe quem referant in nostra lectiones Steph. ξ. 6. 12. 14 - 16. 18. 25 - 27. 36 - 38. et 2. Cor. 11, 10, σφρ. Quibus accedunt Steph. ξ. 9. et 32. tum: Io. 18, 1, τοῦ κεδρὼν. (Vignon etc.) 2. Cor. 3, 1. ἢ μὴ (X[p]). Praeterea Act. 2, 30. glossema uncis includit (R[e.] U[a]).

33.* VRATISLAVIAE ap. I. M. Gampert. 1765. 8.

Editio Schoettgeniana secunda a priore vix discernenda.

34. * VRATISLAVIAE ap. I. F. Korn sen. 1782. 8.

Praecedenti haec tertia simillima.

35 * VRATISLAVIAE Hirschbergae et Lesnae apud Io. Fr. Korm sen. 1795. 8.

In hac ultima Schoettgeniana ter lectio Elzeviriana pro Stephanica in suum locum redintegrata est (ξ. 9. 15. 26).

36.* PRAGAE sumptibus regiae scholae normalis (in fine: exe. I. Ad. Hagen). 1777. 8.

Editionem curavit Christophorus Fischer theologiae catholicae professor variis scriptis clarus, typis satis conspicuam sed accentibus destitutam. Textum receptum seso exprimere affirmat, sed Schoettgenianam recognitionem pressius sequutum esse facili negotio deprehendi. Adsunt enim lectiones St. ξ. 6. 9. 12. 14. 16. 18. 25 - 27. 32. 36 - 38. Practerea emendat Hebr. 9, 1. omisso voc. σκηνὴ (ξ. 24) ot Act. 21, 3. ex coniectura ἀναφήναντες (ξ. scribens (J. 11).

Adsunt etiam supra dictae Matth. 6, 6. et 2. Cor. 3, 1. Hic liber in nulla publica bibliotheca exstare videtur neque usquam laudatum vidi.

37.* UPSALIAE literis et impensis Io. Fred. Edman Sect. I. 1806. - Sect. II. exc. Zeipel et Palmblad. 1817. 8.

Textus ad Schoettgenianam primam expressus, lectionibus variantibus praecipuis ex apparatu Griesbachiano margini adscriptis. Observavi tamen nonnullas emendationes ab editore factas qui ter ad Elzeviros redit: Io. 18, 1, Act 2, 30, et 21, 8.

[148]

§ 6. EDITIO MILLII.

38* OXONII e theatro Sheldoniano. 1707. fol.

Opus immensi laboris magnique nominis cura et studio Io. Millii editum qui totam vitam ei parando impendit et vix absoluto supremum suum diem obiit. Apparatum criticum ab antecessoribus suis Waltono Curcellaeo Fellio congestum vel ipse vel per alios mirum quantum auxit, praesertim vero ipsius artis criticae pomoeria extendit subsidiis accuratius descriptis et diiudicatis, et historia textus tam manu scripti quam impressi inde a rei christianae primordiis erudite delineata. Prolegomena enim continent literarum apostolicarum expositionem chronologicam qualem nemo adhuc tentaverat, tum versionum patrum codicum exhibent recensionem uniuscuiusque rationem et usum in textu emendando sedulo investigantem, porro iudicium ferunt de singulis editionibus familiarum ducibus quae textus formam subinde mutaverant, denique autoris studia et consilium lectori diligenter repraesentaut.

Textui maioribus typis exarato subiiciuntur loca parallela et variantium lectionum tanta copia ut theologorum eius aectatis vulgus maximo percelleretur timore, ne quid respublica christiana destrimenti caperet anxie prospicientium. Adduntur praeterea varia excerpta ex Patribus ad rem isagogicam pertinentia, item canones et numeri Eusebiani et ad calcem variantium appendix.

Acerrime criticam Millianam impugnavit Daniel Whitby opere singulari a. 1710 editio et saepius recuso; postea maiori iure C. A. Bodius Helmstadiensis in libro quem inscripsit

Pseudo-criticam Millio-Bengelianam (Hal. 1767 2 t.) quo Millium linguarum orientalium minus gnarum lectiones e versionibus petendas saepius perperam notasse demonstravit. Etiam Io. Clericus in epistola ad Iun. Optimianum data, Bengelius in Apparatu suo critico p. 242 seqq., Wetstenius in prolegg. p. 443. ed. Hal. quae in tam arduo opere desideranda supererant modo mitius modo severius declaravere. Quae quum minus ad nostra hodie pertineant apud ipsos videat lector adeatque praeterea Buddei Isag. p. 1505, Fabricii bibl. gr. III. 183 ss., Baumgartenii Hall. Bibl. IV. 204, Michaelis Introd. I. 790, Rosenmülleri bibl. Lit. I. 319, Eichhornii Introd. V. 285, Hugii Introd. I. 332, Lorokii BG. I. 429, Unschuld. N. 1710 p. 21 etc.

Operis laus et gloria, quam tamen in prolegomenis et apparatu ponendam esse in promtu est, mox opinione vulgi, ut fit, in ipsum textum redundavit, quasi autor hunc quoque sua cura emendasset. Itaque factum est ut ad nostram usque aetatem in Britannia saepius Millii textus sine apparatu typis repeteretur. Qui nullus est nisi Stephanicus ex editione regia a. 1550 fideliter descriptus. Quatuor tantum lectiones observavi in quibus Millius a Stephano ad Elzeviros transiit: ξ. 3. 28. 29. 30,

[149]

39.* AMSTELODAMI excusum et prostat Lipsiae ap. I. F. Gleditsch et fil. 1710. fol.

* ROTERODAMI ap. Casp. Fritsch et M. Boehm. 1710. fol.

* LIPSIAE sumptibus filii I. F. Gleditsch, Ed. II. 1723. fol.

* LIPSIAE sumptibus filii I. F. Gleditsch. 1723. Nunc vero reperitur

Amstelodami ap. Iac. Wetstenium. 1746. fol.

Hi tituli omnes ad unam eandemque editionem pertinent, Millii secundam, studio et labore Ludolfi Küsteri procuratam. Quibus aliud quidem exemplar cum nota a. 1709 solus Lilienthalius (Bibl. exeg. p. 3) addit do quo plane certa mihi alioquin non innotuerunt; caetera etiam Lorckius omnia possidebat neque amplius hodie cum Maschio Eichhomio aliis de eorum identitate dubitandum. Verum ex ipsa titulorum mutatione abunde apparet qnam parum cupide illa aetas tam praeclarum opus exceperit.

Editio haec Oxoniensi splendore inferior sed locupletior et usui communi facilius prospiciens. Prolegomena in paragraphos divisa, variantes ex appendice suis locis insertae, singulae in margine non ad signa literarum textui inscriptarum sed ad versiculorum numeros relatae, textus ipse in columnas divisus, duodecim codicum a Millio non adhibitorum lectiones additae, in quibus Codex Ephrem et Boernerianus.

Textus idem ac in priori editione nisi quod haec nostra bis ab Elzeviris ad Stephanum redit (ξ. 3. 30).

40* LONDINI exc. Guil. Bowyer impensis soc. stationariorum. 1715. 13.

Prima huius officinae editio a Maschio p. 260 sine nomine typographi laudata. Textus nudus binis columnis expressus. Millianum titulus promittit, quem tamen nostra quater deserit pro vulgari (ξ. 12. 16. 17. 19).

41* LONDINI exc. Guil. Bowyer impensis soc. stationariorum. 1728. 12.

Haec secunda Bowyerii Maschio ignota habet omnes lectiones prioris.

42.* LONDINI exc. Guil. Bowyer impensis soc. stationariorum. 1743. 12.

Haec tertia omnibus ignota adeoque ipsi Lorckio. Ex lectionibus modo memoratis praeter quatuor Millianas (ξ. 3. 2- 30) unam tantum recipit (ξ. 19). Praeterea habet Elzevirianam ξ. 2 et singulariter legit 2. Cor. 11, 10 (ξ. 17) σφραγήσεται c. Steph. I.

43. * LONDINI exc. Guil. Bowyer impensis sodalium stationariorum. 1760. 12.

Maschius in Suppl. p. 70. Exstat Stuttgardiae exemplar Lorckianum quod fusius describitur in BG. II. 69. Textus sexies a Milliano discrepat (scil. Elzeviros sequitur in ξ. 3. 10. 11. 16. 19. 28. 29. 33).

44. * LONDINI exc. Guil. Bowyer et I. Nichols, impensis soc. stationariorum. 1770. 12.

Maschius in Suppl. p. 72, Lorckius ubi supra. Textus bis tantum Millianum deserit pro genuino Stephanico hactenus Küsteriano simillimus.

45. * LONDINI exc. Guil. bowyer et I. Nichols, impensis soc. stationariorum. 1777. 12.

Quinque locis Millium emendat scil. ter tantum cum vulgari facit (ξ. 10. 28. 29) tum 2. Cor. 11, 10. editionem a. 1743 sequitur et Iac. 2, 18. (χωπὶς) Bezam (X^m).

46. * LONDINI exc. I. Nichols, impensis soc. stationariorum. 1787. 12.

Sex locis a Millio recedit lectionibus editionis praecedentis unam addens (ξ. 19).

47. * LONDINI impensis soc. stationariorum (printed by Nichols et Bentley). 1816. 12.

Quaturo lectionibus Millianis quatuor alias addit ex eodem fonte vulgari repetitas (ξ. 11. 12. 16. 19) tum quoque Iac. 2, 18. ex praecedentibus.

48. * OXONII typis Io. Baskerville e typographeo Clarendoniano sumptibus academiae. 1763. 4.

Editio splendida in forma maiori, typorum et chartae nitore insignis. Textum nudum exhibet, quem editor ad exemplar Millianum formatum dicit. Quod tamen sexies deserit pro Elzeviriano (ξ. 10. 13. 15. 17. 18. 19). Praeterea recipit Bezanum Marc. 4, 18. (X^s) Maschio haec edition nostris in terris rarissima non innotuit.

49. * OXONII typis Io. Baskerville e typographeo Clarendoniano sumptibus academiae. 1763. 8.

Pridem mihi renunciaverant viri amicissimi Carolus Otto et Edmundus Scherer exstare Vindobonae et Genevae exemplaria editionis Baskervillanae in octonis excusa, sed absque nova formarum compositione plagulas in minorem ambitum redactas videri. Quod etsi mirabar fieri potuisse, quum editio maior lineis longioribus expressa sit, non columnatim, ita ut eas disrumpere necesse fuerit, ipse tamen utroque exemplari postea Genevae cursim collato mihi quanquam invito rem ita se habere persuasi.

Etiam Dibdinus 1. 1. p. 106 utramque recenset, sed qua ratione altera ad alteram referatur non dicit. Verum nuperrime exemplar a cel. Weigelio Lipsiensi bibliopola redimere contigit, quo accuratius inspecto mox quod dudum suspicabar confirmatum habui. Sunt revera duae diversae editiones quamvis a typorum forma sibi invicem simillimae. Variant aliquoties in literis θ et π quarum duplices formae inter se permutantur. Minor etiam septimam aliquam lectionem Elzevirianam (ξ. 23) introducit.

50.* HAVNIAE exc. I. F. Schultz. 1788. 4.

Sumptibus et iussu Christiani VII. regis Daniae anno 1781 et sequentibus triumviri doctissimi Andr. Birch, Iac. Geo. Chr. Adler et Dan. Gtthlf. Moldenhawer Germaniae, Italiae, Galliae, et Hispaniae bibliothecas visitarunt in eum finem ut quae ad textus biblicos praesertim graecum N. T. cognescendos et emendandos facerent diligenter conquisita pervestigarent. Cuius itineris relationem postea edidit Adlerus a. 1783. Inter alios ex eo maturatos fructus eminet haec N. T. editio Birchii studio et cura parata quam non absolutam fuisse valde dolendum est. Continet enim hoc volumen non nisi quatuor evangelia ad quae, quum incendio magna pars exemplarium deleta esset, alterum nunquam accessit, sed satis habuit editor variantes lectiones ab ipso collectas annis 1798 ad 1801 sine textu separatim et modeste evulgare tribus tomis formae minoris; cf. Eichhornii allg. Bibl. II. 116. Michaelis nov. Bibl. or. VI. 104; Marshii annott. pag. 882 caett. Prolegomena praebent plurimorum codicum antea non collatorum descriptionem, quorum variantes lectiones textui splendidissime ad Millianum expresso deinceps subiiciuntur. Exstant exemplaria in charta maiori.

51.* LONDON printed far J. Johnson. 1777, 4.

A harmony of the evangelists in greek, to which are prefixed critical dissertations in english, by Joseph Priestley. Editor suae aetati pluribus nominibus cognitus, physicis et chemicis studiis clarus, theologis vero suspectus, imo atro notatus, utpote socinianismi fautor. Dissertationes criticae huic operi praefixae fere chronologici sunt argumenti. Textus pure pute Millianus, splendide quidem impressus, quanquam typis minus elegantibus, verum a dispositione et successione sedtionum, quae arbitraria est et in commoda ut magis non possit, minime laudandus.

52. WIGORNIAE exc. Isaias Thomas iunior. 1800. 12.

Wigomia, alias Worcester, civitas est Anglo-Americanorum in dominio Massaschusets dicto, quo loco editionem N. T. graeci in illis regionibus primam factam esse *iuxta exemplar Millianum*, ut ipse titulus profitetur, e literis disco a V. Clar. Eduardo Ro-

[152]

binsonio olim professore Novo-Eboracensi ad me datis. Plura iam non habeo.

53. LONDON . . . . Reeves. 1803. 12.

Hanc non nisi ex catalogis novi, Millianam ex titulo promittentibus. Ipse eius copiam nondum habui. Cf. Dibdin. p. 114. Utrum Reevesius ille vir doctus an typograpbus fuerit me ignorare fateor.

54. * OXONII e typographeo Clarendamano. 1805. 4.

Harmonia quatuor evangeliorum iuxta sectiones Ammonianas et Eusebii canones praemissa eiusdem ad Carpianum epistola et subiectis indicibus sectionum et locorum. Quicunque Eusebii in disrumpendis evangeliis methodum novit ad invenienda loca parallela tabularum ope aptissimam sed exegeticis studiis nullo modo inservientem, quum textum in minutiora fragmenta laceratum quoquoversus disiiciat, hoc splendidum opus nullius pretii esse facile sibi persuadebit. Textus cum Baskervilliana editione facit, scilicet Millianus est assumpta lectione Bezana in Marc. 4, 18. Editoris nomen tacetur.

55.* OXONII e typographeo Clarendontano. 1805. 8.

Pertinet hoc N. T. ad biblia graeca eodem anno quinque voluminibus edita. Textus nudus ab omni additamento et praefatione. Editoris nomen tacetur. In titulo ad exemplar Millianum expressa dicitur. Ego tamen potius Bowyerianam dixerim Adsunt lectiones Elzevirianae ξ 3. 6. 10. 17. 19. 28. 29. 30.

56. OXONII e typogr. Clarendon. 1808. 8.

Titulum editionis mihi ignotae describo ex bibliotheoae Sacyanao T. I. N. 646 hunc: N. T. graece. Lectiones variantes Griesbachii iudicio iis quae textus receptus exhibet anteponondas vel acquiparandas adiecit Ios. White. - Quem Clar. Whitius receptum dicit nescio an recte Millianum potius suspicer Britannis maxime familiarem. Saltem Clarendonianae plurimae hunc profitentur.

57. OXONII e typogr. Clarendon. 1811. 8.

Synopsis evangeliorum ab eodem Whitio edita quam non nisi ex catalogis librorum venalium cognitam habeo.

58. LONDINI exc. Sam. Bagster. 1813. 32.

Hanc ut videtur primam Bagsteri editionem, industria sua in evulgandis libris sacris inter bibliopolas huius saeculi celeber-

[153]

rimi, ipsi mihi inspicere nondnm contigit. Titulus Milliannm exemplar eius fontem prodit.

59.* OXONII e typographeo Clarendomano, 1813, 8.

Apographon editionis N. T. anni 1805 supra laudatae a suo archetypo vix dignoscendum, verum tamen novum.

60.* BOSTONIAE exc. Esaias Thomas iun. typia Watson et Bangs. 1814. 12.

Bostoniae Americanorum N. T. hoc iuxta exemplar Millianum exeusum saepius in Elzevirorum castra transiisse cognovi scil. etiam ξ. 2. 4. 5. 8 - 16. 19. 20. 33 - 36. ita ut quo pacto Millianum dicatur alii videant. Habet et alia ab hac familia aliena v. g. Matth. 6, 6. Erasmicum ταμεΐον, Marc. 6, 33. Brylingerianum προσῆλθον et 1. Cor. 15, 33. antiquum χρηστά.

61.* OXONII e typographeo Clarendmiano. 1819. 12.

Textum sumit ex ed. a. 1805 uno loco mutatum (ξ. 16).

62.* LONDINI sumptibus Sam. Bagster. 1825. 8.

Editio stereotypa cuius varia exstant exemplaria variorum annorum notas prao se ferentia. Simul editor in pracfatione sua distincte docet se editiones latinas anglicas aliasque S. S. procurasse ita impressas ut pagina paginae respondeat archetypi et facile pro lubitu libri bilingues effici possent interfoliando (*inter-paged*). Sic reperi in Catalogo bibliothccae Soc. biblicae Anglicanae editionem graeco-anglicam a. 1823; in bibliotheca Kiefferiana editionem graeco-Latinam a. 1824. Quod ipse habeo exemplar absque versione est. Textus binis columnis expressus charactere minutiore eoque neque pulcro neque lectu facili. Praemittitur tabula variarum lectionum e Griesbachii notis desumptarum. Textus Millianus est eius formae quam exhibebat liber Oxoniensis a. 1805 addita lectione Elz. ξ. 11.

63. LONDON, W. Booth. 1825. 3 tomi. 8.

Editio graeco-anglica cum commentario. Textus Millianus dicitur, habet tamen etiam lectiones Elzevirianas ξ. 6. 7, 10. 11. 19. 31. 34. et 2. Cor. 11, 10. σφραγήσεται. Exemplar Berolinense meum in usum benevolenter olim contulit Theod. Eck, cand. theol. b. m.

64. LONDINI sumtibus Sam. Bagster. 1829. 12.

In hac nova Bagsteriana textus paullulum mutatus est. Lectiones Elzevirianae praeter Millianas adsunt tantum tres (ξ. 10. 11. 19).

[154]

65. LONDINI sumptibus Sam. Bagater. 1829. 32.

* LONDINI, sumptbus Sam. Bagster. s. a.. 32.

LONDINI sumptibus Sam. Bagster. 1859. 32.

Editio, ut videtur, stereotypa, cuius exstant variorum annorum exemplaria, probabiliter plurium quam ego rescivi, etiam anni nota omnino destituta. Prodiit cura Guil. Greenfield gui Millium ducem profitetur. Inter binas columnas exiguo spatio exhibentur lectiones Griesbachii, voces quas isti vocant ellipticas, themata vocum difficiliorum et loca parallela. Praemittitur titulus aeri incisus in quo nomen *Novi Testamenti* quadraginta octo linguis et linguarum characteribus scriptum exstat. Adsunt lectiones tres modo memoratae, sed Act. 17, 25. expressum est καὶ πάντα. Editionem typographus *polymicrian* vocavit, nomine non magis graeco quam anglico.

66. NEW YORK, Ion. Leavitt, 1832. 32.

PHILADELPHIAE sumtibus H. Perkins. 1841. 32.

PHILADELPBIAE Perkins et Purves. 1846. 32.

NEW YORK, Barkes et Co. 1846. 32.

* PHILADELPEIAE Henry Perkins. 1850. 32.

* PHILADELPHIAE H. C. Peck et Th. Bliss. s. a. 32.

Est merum praecedentis apographon, Guilelmi Greenfieldii nomen candide in titulo professum et re vera in America excusum. Sola Londinensis libri latina praefatio hic anglice conscriptae cessit locum, cuius autor Iosephus P. Engles A. M. hanc primam editionem americanam summa cura mendis plurimis a se expurgatam affirmat, simul eruditionis suae criticae non praetereuudum testimonium profert dum Elzevirianum textum a. 1624 a Millio simpliciter repetitum ait. Vitium scripturae in Act. 17, 25. deletum. Additum est meo exemplari eiusdem Greenfieldii *polymicrian greek lexicon* quod dicitur, itidem antea a Bagstero impressum nunc Philadelphiae recusum.

67. OXFORD . . . . . 1831. 8.

68. OXFORD . . . . . 1835. 8.

69. * OXFORD, I. H. Parker etc. 1848. 8.

70. OXFORD . . . . . 1852. 8.

71. OXFORD 1856. 8.

Editio N. T. graeci scholiis anglicis brevioribus illustrata cura et studio Edu. Burton professoris theologiae Oxoniensis. Primam huius libri formam nondum vidi sed ex praefetione secundae

et tertiae textum in sequentibus non mutatum fuisse constat. Quem ipse editor Millianum dicit quidem, sed non intactum profert. Decies enim a suo fonte ad vulgarem scripturam descivisse video, ita ut lectiones Elzevirianae adsint quatuordecim: ξ. 3. 10. 16. 26 - 31. 33. 34. 36 - 38. Tertiam editionem solam possideo post

[156]

editoris obitum impressam, ad cuius fidem de textu operis retuli. Caeteras' ex bibliothecarum catalogis exstare didici , ita ut ne de numero quidem mihi constet.

72. * OXONII e typographeo academico. 1834. 8.

Harmonia evangelica, sive quatuor evangelia graece, pro temporis et rerum serie distributa edidit Edu. Greswell S. T. B. Editionem secundam dicit titulus, sed primae natales, tacente monito praelimiuari et aliis subsidiis omnino deficientibus indicare nequeo. Textus Millianus genuinus, in innumera frustula discerptus, στιχομετρικῶσ plerumque in sua vel minima elementa resolutus, quo accuratius παραλληλισμὸς appareat, et ubique per binus columnas dispositus, etiam ubi nulla synopseos ratio habenda erat, per quaternas vero, binarum pagiuarum faciem obtinentes, ubi trium vel quatuor librorum materia erat exhibenda. Quae omnia male excogitata nimisque curiosa lectoris studia impediunt potius quam adiuvant. Caeterum typographi operae suam laudem non denegabimus.

Editionem quintam a. 1856 laudatam reperio; verum neque liano neque intermedias vidi.

73. * OXONII. e typographeo academico. 1836. 12.

Editio Milliana pura duci suo fidissima. Textus binis columnis expressus, versiculis distinctis. Praefatio adest nulla.

74. * OXFORD at the university press. 1837. 2 t. 8.

Prodiit haec editio graeco-anglica cura et studio Eduardi Cardwell theologiae doctoris qui delectum variantium lectionum a Griesbachio mutuatus loca parallela margini adscripsit et

concordantias graecas subiunxit. Textus forma proxime ad eam accedit quam in Burtonianis libris habuimus quorum lectiones omnes adsunt praeter unam (ξ. 27), tum etiam ξ. 11. 17.

75. * LONDON, Ioseph Rickerby. 1837. 8.

Editibnem hanc Burtonianae similem eademque paullo etiam splendidiorem curavit Guil. Trollope professor olim Cantabrigiensis qui de suo breviora scholia, tabulam chronologicam et indices addidit. Textum ex editione Lloydiana desumpsisse se testatur paucissimis mutatis (*in some half-dozen instances*), verum libro accuratius inspecto nostrum editorem a fonte Milliano longius discedere vidimus quam quisquam alius ex hac serie, ita ut non sine causa an hoc loco eius mentio facienda sit ambigerem. Habet enim non solum Burtonianas lectiones omnes, sed etiam ξ. 11. 15. 17. 19. in quibus sunt Cardwelli proxime praecedentis duae, praeterea numerum non parvum aliarum quae a Miliianis libris omnino alienae sunt; quaeque fere apud recentiores tantum

[156]

reperiuntur: Cpl. ξ. 67. J. 174. 176. K. 253. Er. M. 260. P. 275. Col. V. 38. 39. Bez. X. 47. Voeg. Y. 6. 28. 68. Z. 4. Γ. 24. In quibus plerumque editor Bengelium ducem sequi poterat cuius auctoritas apud Anglos plurimum valet. Denique cum Burtonio l. 1. Io. 5, 7. uncis includit.

76. LONDINI Guil. Pickering. 1843. 2 tami. 8.

Editio haec ab editore Edu. Guil. Greenfield hellenistica dicitur, scilicet ἐκ τῆς παλαιᾶς διαθήκης διερμηνευομένη, textum perpetuo commentario sive potius scholiis ex V. T. alexandrino Hexaplis Iosepho et Philone illustratum exhibens. Scholia illa hellenistica partim ipsum textum duobus voluminibus expressum comitantur, partim separatim duobus aliis a. 1848 editis continentur. Haec duo posteriora ipse possideo; textum ex Tubingensi exemplari contuli. Quem Millianum esse video tribus locis ad vulgarem conformatum (ξ. 1. 17. 19).

77. * OXONII e typographeo academico. 1844. 16.

Editio Lloυdianae anni 1828 quam infra § 8 recensebo extema specie adeo similis ut facile στερεοτύπως iteratam dixeris. Adsunt canones Eusebiani textui et praemissi et adscripti, adsunt et loca parallela, pagina paginae fere respondet, eadem legitur episcopi Oxoniensis

praefatio. Sed cave te specie falli patiaris. Textus enim non idem exhibetur in utroque libro. Hic noster pure pute Millianus est duobus locis exceptis (ξ. 16 et 31)."

78. NEW YORK, Harper and brothers. 1847. 12.

* NEW YORK, Harper and brothers. 1859. 12.

Editor I. A. Spencer qui evangelia et acta scholiis usui tironum destinatis illustravit, caeterorum librorum textimi nudum addidit, nescio utrum hunc per se magis perspicuum esse ratus an a scholasticis studiis omnino alienum. Textus Burtonianus est duobus locis exceptis in quibus Elzeviriana scriptura Stephanicae substituitur (ξ. 11. 19).

79.* NEW YORK, American bible-union (Lond., Trubner and Co.). 1854. 4.

Liber hic splendide excusus a typographis Holman et Gray Neo-Eboracensibus non integrum sacrum volumen continet sed tantum epistolas Petri secundam, Ioannis tres et Iudae cum Apocalypsi, eum in finem editas ut novae versionis anglicae cum usitata et archetypo conferendae specimen exhibeant. Triplici textui columnatim disposito copiosissimae subiiciuntur annotationes tum ex antiquis tum ex recentioribus interpretibus tam anglicis quam exteris collectae ab anonymo novae versionis autore, partim ad eandem firmandam, partim ad ulteriores emendationes commendandas. Exemplar hoc ad me ex America pervenit nescio

[157]

qua via nec a guo missum, cui ἀγνώστῳ εὐεργέτῃ hoc loco debitas gratias, quum aliter non possim, libentissime persolvo. Textus Millianus est, quod ipsa fatetur praefatio, uno loco excepto (ξ. 31) ubi lectio Elzeviriana Stephanicae praefertur.

80. LONDON, I. W. Parкer and Son. 1855. 8.

Huius editionis non nisi primum tomum vidi Francofurti apud Baerium bibliopolam neque ab eo redimendum putavi, imperfectum exemplar suspicatus. Continebat is Evangeiia et acta. Alter an exstet nescio. Annotationes grammaticas et exegeticas adiecerunt W. Webster et W.

F. Wilkinson. Textus Millianus est exc. ξ. 2. 3. - Io. 18, 1. scribitur cum recentioribus τοῦ κεδρών.

§ 7. EDITIO REINECCII.

81.* LIPSIAE sumtibus haeredum Lanckisianorum. 1713. fol,

* LIPSIAE sumtibus haeredum Lanckisianorum. 1747. fol.

Titulus libri hic est: Biblia sacra quadrilinguia N. T. cett. cura et studio Chr. Reineccii Theol. Bacc. (et Augustei Weissen-felsensis rectoris). Opus hoc a multis laudatum et inter biblia polyglotta minora praestantissimum anno 1713 primum editum fuit et veteris Testamenti impressio eodem tempore inchoata; sed demum post lougum intervallum et paene desperata re ad perficiendum illud bibliopola manum admovit. Tum N. T. novo titulo (1747) ornavit et triennio post vetus duobus voluminibus edidit cum praefationibus Sal. Deylingii et Chr. Frid. Boerneri professorum Lipsiensium. Ecce tomi nostri, ad nostras enim res V. T. non pertinet, pleniorem descriptionem. Post praefationem Reineccii et Lutheri prolegomena germanica habes textum quinis columnis synoptice descriptum. In sinistra pagina graecum arche-typum medium inter syriacam et neo-graecam versionem locum obtinet, in dextra Seb. Schmidii latina et Lutheri germanica exhibentur; in margine exteriore notantur loca parallela, in inferiore lectiones graecae variantes, item germanicae ex prima Lutheri editione et eiusdem notae marginales, denique Reineccii adnotationes breviores. In calce libri varia additamenta critica et exegetica reperies. Plura dabunt Goezius p. 286, Maschius p. 382, Kappii Beitr. 1752 p. 881.

In textu suo constituendo Reineccius nonnunquam cum Pritio consentit (Steph. ξ. 3. 6. 9. 13. 18. 27. 37), sed et alias Stephanicas lectiones Elzevirianis praefert: ξ. 1. 4. 8. 20. 30. Bis dubius haeret: Ap. 11, 1. (ξ. 35) ubi glossema uncis includit; Rom. 12, 11. ubi duas lectiones iungit lectori iudicium permitteus: κυρίῳ [καιρῷ] (ξ. 15.).

[158]

82.* LIPSIAE ap. Bh. Cph. Breitkopf. 1725. 8.

Editio Reineccii minor prima, cui omnes sequentes adeo similes sunt ut vix alia ab alia distingui possint, quamquam vere sunt diversae. Habent nonnullas variantes in margine inferiore, plures in Matthaeo, pauciores in Marco, in caeteris fore nullas. Versuum numeri item

in margine scripti. Praemittitur harmoniao evangeliorum tabula ex Osiandro et chronotaxis actuum. Textus non idem plane atque in opere polyglotto, ut Maschius vult, sed paullulum mutatus. Scilicet in locis quatuor ad Elzeviros redit (ξ. 1. 18. 27. 30), item Ap. 11, 1. uncis deletis; semel novam Stephanicam praafert (ξ. 23), denique Ap. 13, 5. (ξ. 37) πόλεμον ipsa dubium habet uncis adpositis.

83.* LEPSIAE ap. Bh. Cph. Breitkopf. 1733. 8.

84.* LIPSIAE ap. Bh. Cph. Breitkopf. 1742. 8.

Hanc Maschius non recenset. Mihi vero singulari de causa prae multis est memorabilis. Prima omnium fuit quam olim possidebam et qua iuvenis admodum in lectionibus academicis utebar. Sed librum istum mihi nescio quis commilitonum pro more in subselliis usitato surripuit, et quum solum annum non vero Reineccii nomen memoria rotinuissem diu postea Maschio tacente dubius hacsi quaenam esse potuerit illa primitiarum mearum desideratissima socia, eius anni practer Oxoniensem aliquam mox recensendam unica. Nec parum me gavisum fuisse quum tandem Norimbergae in aliud exemplar inciderim, nou est quod multis tibi persuadeam.

85.* LIPSIAE ap. Bh. Cph. Breitkof. 1753. 8.

86.* LIPSIAE ap. Bh. Cph. Breitkof et fil. 1766. 8.

87.* LIPSIAE ap. I. G. I. Breitkopf. 1783. 8.

Exemplaribus Reineccianis manualibus saepius alligatus reperitur Syllabus memorialis vocum graecarum N. T. sive vocabularium in usum studiosorum. Ipse habco hunc libellum in edd. a. 1742 et 1766; sed utrobique cum notis aliorum annorum sc. 1743 et 1758 ex quo apparet eum separatim editum et venditum fuisse.

88.* ZULLICHOVIAE sumtibus orphanotrophei. 1740. 4.

* ZULLICHAU in Verlegung des Waysenhauses. 1740. 4.

Est pars bibliorum integrorum textus originalis exhibentium vel simpliciter vel cum Lutheri versione germanica. Vetus Testamentum annum 1741 prae se fert. Compositio typographica formarum non plane eadem utrique exemplari quum subinde, ut lineae graecae germanicis respondeant, illae in editionis bilinguis usum disruptae et aliter dispositae sint. Sed hoc infrequentius factum, quo minus unicam editionem dicerem, impedimento esse

non potuit. Exemplar mere graecum variantes in margine inferiore integris lineis sub utraque columna exhibet, graeco-germanicum ad latus textus graeci sigillatim. Textus Reineccianus ex editione minori. Praemittitur tabula evangeliorum harmonistica et collatio editionis huius et Bengelianae cum Lutheri textu.

89. * DETMOLDIAE et Meyenbergae ex off. fratrum Helwing. 1787. 8.

* DUISBURGAE et Essendiae sumptibus Baedeker et C. 1804. 8.

Typi iis similes quibus Schoettgenianae editiones excusae sunt. Textus lineis integris exscriptus. Praefatio brevissima ἀνώνυμος Lemgoviae scripta, postea verbo tenus Duisburgae repetita. Textus Reineccianus ex editione minori. Reperi tamen emendationem arbitrariam Ap. 7, 14. (Lc) ἐλεύκαναν τὰς στολὰς αὐτῶν.

§. 8. EDITIO RUDDIMANORUM.

90. EDINBURGI ap. Thom. et Walt. Ruddimanos. 1740. 8.

Examinavi exemplar Lorckianum Stuttgardiae textumque mixtum reperi, quem Baumgartenius Nechr. X. 377 mere Elzevirianum dicit. Posteriores sane huius officinae libri illuc pertinent: vide supra Cap. XI. § ult. Adsunt lectiones Stephanicae in §§ praecedentibus memoratae duodecim: ξ. 6. 8. 9. 11. 13. 16. 18. 20. 22. 23. 25. 32. Quibus accedunt tres aliae: ξ. 5. 17. 21.

91. * GLASGUAE in aedibus R. Urie prostat venales [sic] ap. I. Barry. 1750. 8.

Typis minusculis, margine latiori. Textus idem ac praecedentis.

92. *. OXONII e theatro Sheldoniano impensis E. Broughton. 1742. 8.

Textum titulus Millianum dicit, interpunctionem Bengelii. Editor fuisse dicitur Gamboldus fratrum Moravorum episcopus. Verum libro examinato cognovi textum mixtum esse et fere eundem qui et in praecedentibus. Cum Ruddimaniana communes habet lectiones: ξ. 5. 8. 9. 13. 18. 20. 21. 22. 25. 32. Quibus addit Stephanicas ξ. 1. 4. 14. 35 et Buckii 1. 5.

83. * LONDINI impensis editoris, prostant ap. S. Bladon (typis Guil.

Richardson et Sam. Clark). 1768. 8.

Editio Maschio ignota. Editor fuit Samuel Hardy ut ex titulo ed. III. et ex Dibdino novi. Is scholia theologica et philologica ex variis interpretibus collecta textui subiecit in gratiam studiosae iuventutis. Epigraphen operi dedit ex Augustino:

[160]

Errare possum, haereticus esse nolo. Constat duobus tomis satis gradibus et pulchre impressis. Exemplar meum antea fuerat in manibus triumvirorum memoriae meae carissimorum, Io. Michaelis Emmerichii Gymnasii Argentoratensis olum professoris primarii, praeceptoris summe venerandi, qui illud filio Carolo iuveni vix praetextato dedit, postea patris collegae et in Seminario nostro professori dilectissimo; postremum nescio qua via in manus inciderat Eduardi Veny amicissimi, eloquentissimi, quem pluribus abhinc annis in ipsa sacra cathedra concionabundum fato suo plecti contigit nunquam satis lugendum.

Textus pluribus in locis ab Elzeviris ad Stephanum transit quam quae in praecedentibus mutata vidimus. Adsunt Stephanicae lectiones hae: ξ. 4. 5. 6. 7. 8. 11 - 14. 17. 18. 20. 21. 22. 25. 26. 27. 31. 37. 38. Praeterea Hebr. 8, 11. (G. 62) Cpl πολίτην.

94.* LONDINI typis Guil. Richardson, prostat ap. I. Robson et B. Law. 1778. 8.

Editio secunda Hardyi praecedenti simillima et invariata. Dibdinus p. 106 unam tantum recenset Hardyi editionem cuius primam partem a. 1768 secundam a. 1776 evulgatam dicit.

95. * LONDINI impensis F. C. et L Rivington (et aliorum) exc. Nath. Bliss. 1820. 8.

* LONDINI exc. Nth. Bliss, impensis T. et I. Allman. 1820. 8.

Editio tertia in cuius titulo Samuelis Hardy nomen editoris legitur. Typi et charta, ut nostrum saeculum decebat, multo meliores. Textus hinc inde variatus. Absunt lectiones Steph. ξ. 6. 9. 1.1. 12. 17. 27. 31. 38, caeteris praecedentium servatis. Habet tamen et quatuor lcctiones Cpl. H. 69. J. 168. K. 239 Bez. X. 46 quae nescio an ex Griesbachiano aliquo libro fluxerint.

Alterum exemplar impensis Allmanorum editum purum textum exhibet absque praetatione et notis, e maiore opere non mutatis formis desumptum.

96.* OXONII e typographeo Clarendoniano. 1828. 12.

Praefatus est Carolus Oxoniensis episcopus, e gente Lloydiana oriundus ut ex nota manu scripta prioris cuiusdam exemplaris mei possessoris disco. Qui textum Millianum dicit satis incaute quum omni ex parte idem sit quem in editione Oxoniensi a. 1742 supra memorata invenimus. Accedunt loca parallela et canones Eusebiani cum scctionibus Ammonianis margini adscriptis, item caeteris antiquorum Graccorum κεφαλαίοις.

97. OXONII e typographeo Clarendoniano. 1830. 12.

Eadem editio iterata quam exstare scio ex praefationibus Burtoni, Cardwelli et Trollopii de quibus vide § 6. Utrum vero nova sit an stereotypice tantum recusa nescio.

[161]

§ 9. EDITIO TAURINENSIS.

98.* TAURINI ex typograpIda regia, 1741. 12.

Editio parum elegans et praeter πἕνακα locorum V. T. nil nisi textum nudum exhibens. Qui est Elzevirianus (ed. VII.) subinde ad Roberti Stephani editionem priman (1546) mutatus. Omnes enim lectiones huc aliunde translatae, sive Complutenses sint (G. 45. 47. 48. 50. 51. 54. 64. H. 68. R. 312. W. 23) sive Erasmo-Steplianicae (J. 105. 125. 216. L. 256. U. 24.) simul in illa

sola reperiuntur, ex qua derivantur etiam W. 8. 10. Vitio operarum versus totus Act. 9, 28. omissus. Paginae 695. Cf. Unsch. N. 1747 p. 384.

99.* PATAVII ex typogr. Seminarii ap. Io. Manfrè. 1745. 12.

Praecedenti similis quanquam typis paullo minoribus excusa. Lectiones Stephanicae rariores. Adsunt tantum ex modo memoratis: G. 48. J. 125. 216. R. 312. L. 256. U. 24. W. 8. 10. 23. - Sed ab Elzeviris et Stephani I. ad lectionem voterem abit in Matth. 24, 15. ἑστός (W. 31). Editio Maschio ignota. Paginae 660. In titulo apparet aeri incisa figura fidei dextra cor flammeum extollens, sinistra anchorae innixa, cum adagio: *Ardet amans spe nixa fides*.

100.* PATAVII ex typogr. Seminarii ap. Io. Manfrè 1755. 12.

Simpliciter repetit praecedentem, mendis locupletior. Nusquam adhuc inveneram, neque exstare audieram libellum sola raritate insignem quum mihi nuper ex Italia ab amico afferretur.

101.* PATAVII ex typogr. Seminarii ap. Io. Manfrè. 1762. 12.

Prioribus simillima sed tantum 564 paginarum. In titulo insigne idem. Textus ter ad Elzevirianum redit (J. 125. L. 256. R. 312). In exemplari Heidelbergensi additur e regione tituli tabula allegorica aeri incisa repraesentans Deum patrem cum Spiritu sancto quatuor evangelistas et apostolos duos principes, cum titulo in medio posito: Ἡ καινὴ | διαθήκη | Novum | Testamentum | Patavii,| quinque lineis. Editio neque Maschio neque Lorckio nota.

102.* FATAVII superiorum permissu. 1762. 12.

Hanc alteram eiusdem anni editionem a nemine memoratam detexi primum in bibliotheca Heidelbergensi, postea Friburgi venalem reperi. A praecedente vere diversa est. Nam primum typographia et bibliopola in titulo non nominantur, tum insigne (Ardet amans caett.) maiori forma exsculptum; frontispicium item

novum et minus pulchrum cum inscriptione: Ἡ καινὴ | διαθήκη | Novum Testamentum | typis Seminarii, | quatuor lineis. In meo tamen exemplari non haec imago exstat sed ea quam supra descripsi. Numerus pagiuarum est 524. Textus quater a priori mutatus, bis Elzeviriana lectione restituta (J. 216. W. 10), bis Stephanica (J. 126. L. 256).

103.* PATAVII ex typographia Seminarii. Apud Ioannem Manfrè. 1774. 1 2.

Haec quoque, quae proxime accedit ad eam quam sub N. 101 recensuimus tam quoad typos et numerum paginarum, quam praemissis in titulo figuris iisdem, bibliographorum omnium oculos fugit et in nulla bibliotheca exstare videtur. In textu per omnia cum modo iaudata convenit exceptis tribus locis ubi lectiones Bezanae sive potius neo-Stephanicae inducuntur X. 49. 50. 56.

104.* PATAVII ex typogr. Seminarii ap. Thom. Bettinelli. 1789. 12.

Octavam hanc Patavinam in nulla Galliae et Germaniae bibliotheca quantum equidem rescire potui exstantem nuper ex Praga Bohemorum accepi prioribus simillimam, i. e. non minus mendis foedatam, nec magis a typis laudandam. Paginae sunt 564. Convenit cum praecedenti exceptis paucissimis locis (Compl. D. 41. R. 312 et W. 23) quae omnia ad Steph. primam conformata sunt.

105.* PATAVII. Exc. Venetiis Dominicua Fracasso. 1796. 12.

Est apographon editionis anni 1789, omnium quotquot inspexi foedissima, correctoris, si quis adfuit, incuria miserrime depravata. Exemplar meum cis Alpes unicam esse videtur.

106.* PATAVII ex typographia Seminarii. 1820. 8.

Paginae sunt 516. Praemittitur πίναξ locorum V. T. In titulo insigne Phoenicis cum adagio: Post fata resurgo. Textus paullulum a praecedentibus diversus proxime accedit ad editionem anni 1745 cuius omnes lectiones exhibet supra memoratas exceptis tribus G. 48. L. 256. W. 8. Nonnunquam tamen plane aliam viam ingreditur ab hac familia divergentem. Scilicet in primis Matthaei capitibus exhibentur quaedam lectiones a Stephano et Elzeviris alienae (Vign. Bez.

X. 47. Er. A. 24. Wells T. 32) quas forte Griesbachianus aliquis liber suppeditavit, tum observavi Erasmicas P. 266. T. 326, Bezanam X. 66, imo nova quaedam et inaudita Marc. 6, 1 6. οὗτος ἐστὶν, οὗτος ἠγέρθη (Λ. 40), Act. 27, 8. Θάλασσα pro Λασαία (Θ. 96), Apoc. 7, 14. om. καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτῶν (L. 256), Ap. 14, 5. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ (J. 183). Quae annon mera vitia scribendi sint penes te iudioium esto.

[163]

107.* VENETIIS ap. Anton. Bortoli. 1751. 12.

Editio omnibus bibliograpbis ignota, in nulla publica bibliotheca, quos quidem vel ipse vel per alios perscrutatus sum, obvia, charactere patavinis paullo honestior sed vitiis typographicis misere laborans. Singulis capitibus evangeliorum praefiguntur argumenta versibus graecis expressa, in Matthaeo et Ioanne iambicis, in Luca heroicis, in Marco elegiacis. Ad seriem Patavinam pertinere demonstrant frontispicium, πίναξ et textus. Hic tamen ad Taurinensem fontem propius accedit tredecim locis Elzeviriana lectione repudiata. Scilicet Taurinenses sequutus duces nostrae editor Roberti scripturam recipit septies (Cpl. G. 47. 48. 50. H. 68, Erasm. J. 1 25. U. 24 et Vett. contra W. 23), quibus locis adde lectionem veterem ante-Bezanam X. 21. Praeterea Complutenses s. Plantinianam aliquam sequitur in J. 130. 206 et Vett contra W. 9. Denique inveni Erasmicum P. 277 et Aldinum 2.

§ 10. EDITIO WILSONII.

108. NEW YORK, stereotypis Hammondi Wallis. 1808. 12.

HARTFORDIAE, stereotypis Hammondi Wallis. impensis Cooke and Sons. 1822. 12.
HARTFORDIAE ap. Oliv, D. Cooke et filos. 1825. 12.

HABTFORDIAE ap. Oliv. D. Cooke et filos. 1829. 12.

* PHILADELPHIA, stereotypis Hammondi Wallis, impensis Towar et Hogan, 1829. 12.
PHILADELPHIA, Alex. Towar, Hogan et Tompson, 1833. 12.

* PHILADELPHIA, Haswell, Barrington et Haswell. 1838. 12.

* PHILADELPHIA, I. B. Lippincott et Co. 1858. 12.

Exemplar Philadelphense a. 1829 debeo liberalitati doctissimi collegae C. A. Stahlii, quatuor alia ex ipsa America amicissimus L. Heydenreichius misit, de antiquioribus Clar. Ed. Robinson b. m. Neo-Eboracensium decus sic ad me scribit: *Probably Wilson's Testament was*

stereotyped and the plates passed from one publisher to another successively. It has no critical value and probably Prof. Wilson did nothing more than read the proofs. Cui viro equidem non omnem laudem operis si qua est detraxerim. Nam re accuratius examinata editionem hic quoad textum plane singularem reperi. Petrus iste Wilsonius LL. D. collegii Columbiaci Neo-Eboracensis professor se exemplar Rob. Stephani descripsisse in titulo affirmat, sed eum illud archetypum suo marte nonnunquam mutasse video. Scilicet ex 56 locis in quibus prima Stephanica a tertia discrepat sunt 38 quarum intactam reliquit scripturam antiquiorem. In caeteris duodeviginti eandem deserit (transit a Compl. ad Erasm. s. Elzev. H. 68. 70. G. 46. 47. 51. 53. 56. D. 40. 41. U. 17, ab Er. ad Compl. O. 262. J. 122, a vetere ad Steph. W. 17. 19. 20. 23. 24. 27). Praeterea Stephanicam lectionem olim in omnibus Roberti libris servatam

[164]

missam facit recepta Elzeviriana tribus locis (W. 29. X, 4. 25). Denique deprehendi lectionem Erasmicam unam Elzeviris aeque ignotam ac Stephano (Rg) quam nescio unde arripuerit. Hartfordia urbs est in finibus Connecticut.

109.* PHILADELPHIA. J. B. Lippincott et Co. 1858. 12.

Editionem hanc utrum seorsim recenserem an modo laudatis stereotypis comitem adderem, olim dubius haesi. Pluribus iam de causis speciatim de ea agendum decrevi. Graeco-latina est textui versionem Ariae Montani in altera columna adiungens. Quam ex aliquo Leusdeniano exemplari, qualia supra Cap. XI. § 3 N. 46 seqq. descripta sunt, sumpsisse videtur, non editor aliquis modeste doctus, sed ipse bibliopola cui id ridiculum accidit ut ex titulo sui archetypi auctoris Io. Leusdeni nomen transscriberet adeoque Leusdenianos versiculos signaque lexicologica promitteret, de quibus supra suo loco egimus, quorum tamen vestigium in toto libro nullum reperitur.

Textus idem est atque in Wilsonianis libris, quorum scilicet ne formae quidem mutatae, nisi quatenus propter versionis tenorem maiora hinc inde versiculorum intervalla in graecis apparent. Rarissime eadem de causa in iisdem scriptura arctiori nexu continetur, ne qua syllaba versus spatium excedat. Unum locum inveni omnino et de industria variatum: versus Luc. 17, 36. a textu Stephanico alienus in hac nostra restituitur.

Egregie fallitur vir doctus O'Callaghan, recens autor Bibliographiae biblicae Americanae qui hanc cum ed. Philadelpliensi a. 1806 confundit (*it seems to be nothing but a re-issue*) titulo scilicet deceptus.

[165]

CAPUT: XIII. EDITIONES ELZEVIRO-PLANTINIANAE.

1.* PARISIIS sumpibus Seb. et Gab. Cramoisy. 1632. fol.

Est tomus tertius graeco-latinus operis biblici et exegetici Iacobi Gordon S. J. in cuius prioribus tomis V. T. latine tantum, psalterium solum etiam hebraice et graece exstat. Plura dat Lorckius BG. II. 56. Paucis adtingit Maschius p. 182. 279 qui ipsum rarissimum librum non vidit. Elzevirianam lectionem deserit pro Plantiniana s. Complutensi tredecim locis: G. 51. 64. J. 186. 223. K. 233. 235. 238. 239. M. 259. R. 316. S. 324. W. 34. X. 21.

2.* LONDINI impensis T. Longman, T. Cadell, F. et C. Rivington et G. et T. Wilkie. 1794. 12.

Editio plane singularis quam ab omnibus continentis terrae bibliothecis absentem nuper ex Britannia accepi. Textui per binas columnas typis minutioribus exscripto et innumeris vitiis scatenti nihil accedit praeter tabulam locorum e V. T. laudatorum qualem editiones Maittairianae exhibebant. Praefatio nulla adest ex qua quam rationem quemve fontem in textu constituendo sequutus sit editor discere possis. Qui sane Elzevirorum exemplar sibi fundamento posuit sed ex Plantiniano aliquo non tam saepe quam arbitrarie et infeliciler mutavit. Adsunt enim lectiones Complutenses viginti (A. 23. B. 36. G. 53. 58. J. 86. 101. 103. 104. 106. 130. 167. 168. 214. 222. 229. K. 237. 239. M. 259. T. 325. U. 14) praeter eas quae per Bezam ad Elzeviros transierant. Nonnunquam ex mendosissima, scriptura, utrum hos an illos repraesentet nostra, effici nequit ex. gr. Gal. 5, 18: ἀπὸ νόμον (J. 107), Apoc. 18, 5: ἠκολλήθησαν (J. 187). Alibi ubi ab Elzeviris ad veteres redit, incertum ex Plantino

[166]

an ex alio qnodam fonte hanserit: Rom. 7, 6. Qal. 4, 17. 1. Cor. 15, 31. (contra W. 23. X. 20. 28). Certe adsunt etiam lectiones mere Erasmicae J. 125. 230 P. 277. Denique 2. Tim. 4. 13. singulariter legitur φενόλην.

3. * LONDINI exe. G. Woodfall ımpensıs T. N. Longman et O. Rees, F. et C. Rivington et C. Wilkie. 1801. 12.

Praecedenti simillima ita ut pagina paginae respondeat. Textum vero ita recognovit nescio quis ut nonnullas lectiones Complutenses eiiceret (A. 23. G. 53. 58. J. 86. 214. 222. 229). Act 9, 35. scribitur τὴν σάρωνα, vitium Gal. 5, 18. ad vulgarem textum emendatur; ibid. 4, 17. cum eodem legitur ἡμᾶς, Matth. 6, 6. (P. 277) idem Erasmum expellit, Luc. 1, 35 Complutense ἔκ σου reponitur quod tamen etiam in plurimis Elzevirianis est. Caetera servantur intacta.

4.* LONDINI impensis Longman, Hurst, Rees et Orme, F. ef C Rivington et Wilkie et Robinson. Exe. C, Stewart acad. edin. typ. 1809. 12.

Paucis tantummodo a praecedenti differt Ter ad vulgarem textum redit (J. 106. 187. et 2. Tim. 4, 13) bis ad Complutensem (J. 222. et Gal. 4, 17). Extema forma utrique modo laudatae simillima.

[167]

CAPUT XIV. EDITIONES CRITICAE ANTE-GRIESBACHIANAE.

Huc usque editiones eas recensui quae fere a duabus principibus Complutensi et Erasmica derivantur quum ea textus forma quae Stephanis et Bezae debetur non multum ab iisdem recesserit atque editores plerique codicibus manu scriptis neglectis lectionem antea expressam vel simpliciter describere vel ex pluribus libris miscere satis haberent. Iam quum hoc loco non historiam artis criticae ad textum N. T. applicatae sed notitiam editionum scribere instituerim, secundum textus quem exhibent rationem in suas familias distributarum, illustria Waltoni Curcellaei Fellii Millii Gerhardi opera iam supra memorare debui inter ea quae textum Stephanicum vel Elzevirianum referunt, quamvis debita sua laude ornata. Sunt tamen et aliae editiones iam ante Griesbachium evulgatae (a quo summo viro vulgo textus renovati et emendati historiam inchoant scriptores nostrae aetatis), in quibus ipse textus vel novorum subsidiorum ope vel etiam ducibus novis legibus criticis mutatus apparet. Inter has nonnullae sunt quae satis frequenti usu theologorum manibus suo tempore tractatae fuerunt, ita ut propter illas solas iam de textu ante Griesbachium recepto minus iuste dicatur. Sunt tamen et aliae non minus notatu dignae sed iniquo seriorum criticorum silentio oppressae. Atque in una alterave illarum talem rei criticae scientiam, tam sanum iudicium deprehendimus, tamqae

saepe lectionem mox a Griesbachio eiusque asseclis probandam ab editoribus illis restitutam, ut sane immerito recentia unice extolleremus veterum incuriosi.

§. 1. EDITIO TOINARDI.

1. PARISIIS ex officina Andr. Cramoisy. 1707. fol.

* PARISIIS op. Gabrielem Martin. 1709. fol.

Hic liber rarissimus cuius alterum exemplar in sola bibliotheca universitatis Lipsiensis inveni, alterum meum nusquam

[168]

alibi vidi; exhibet quam nos dicimus Synopsin quatuor evangeliorum graeco-latinam ita dispositam ut textu in minutiora membra diviso harmonia vol diversitas narrationis quadruplicis accuratissime et facillime perspiciatur. Auctor operis Nic. Toinard Aurelianensis, qui se textum ad duos vetustos codices vaticanos et versionem vulgatam iisdem consonam constituisse dicit. Atque sane hic omnium primus post Bezam, dum codices et versiones sibi fontes et subsidia in textu edendo fuisse affirmat, minime lectoribus fucum facit. Non talis momenti haec editio est ut omnes eius novas lectiones hoc loco recensere opus habeam; satis erit si in universum de illa dixerim.

Loci evangeliorum ad millenarium nostrum numerum pertinentes sunt 395: ex his 218 in quibus Toinardus simul cum Plantinianis et Elzevirianis libris consentit; 13 in quibus cum illis contra hos, 44 in quibus cum his contra illos facit. Bed multo plures sunt loci, sc. 299, in quibus eam ipsam lectionem vel eligit inter omnes iam typis excusas vel novam introducit, quam nostris temporibus Tischendorfius in sua ad vulgatam formata editione expressit. Nempe hanc Tischendorfianam leotionem 161 locis cum Plantinianis et Elzevirianis habet communem, 23 locis cum his solis, 10 locis cum illis solis, 105 locis cum nemine veterum. Contra Tischendorfium cum Plantinianis facit ter, cum Elzevirianis vicies et semel, cum utrisque quinquagies et septies. Restant quindecim loci in quibus plane alia habet, quae ad eius duos codices fortasse referri debent. Consentit enim cum Complutensi exemplari quater ($A^{f.}$ $D^{c.}$ E), Matth. 6, 13. (A. 16) hactenus ut doxologiam uncis includat; cum Erasmo bis P. 277. 290. ita quidem ut Io. 8, 9. posterius glossema solum omittat. Nova habot praeterea haec a Vulgata ut plurimum commendata:

τ.	1. Matth. 7, 29.	(442)	in fine add. αὐτῶν T
2.	Matth. 13, 51.	(443)	om. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰ. LT
3.	Matth. 25, 16	(444)	ἐκέρδησεν ἀ. π. τ.. (pro ἐποίησεν) LT^0
4.	Luc. 4, 18.	(445)	[ἰάσασθαι συντετρ. τ. καρδ.] [L] om. GT
5.	Luc. 4, 41.	(446)	om. ὁ χριστὸς GLT
6.	Luc. 6, 45.	(447)	om. in secundo membro ἄνθρωπος et θησ. τ. κ. ἀ. [L] T
7.	Luc. 16, 12.	(448)	ἡμέτερον (pro ὑμέτερον) T^0 Mur.
8.	Luc. 21, 15.	(449)	ἀντιστ. οὐδὲ ἀντειπ. (pro inv. ord.) L Mur.
9.	Luc. 21, 25.	(450)	ἤχους (pro ἠχούσης) G^{0}LT
10.	Io. 21, 15.	(P. 283)	ἰωάνου L.

§ 2. EDITIO WELLSII.

2. * OXFOBD printed at the theatre for Iames Knapton, London. 1709 - 1719. 4.

Opus egregium in his terris omnium rarissimum. Fusius illud describit qui integrum possidebat Lorckius in BG. L 105;

[169]

sed tantum ut solet, quoad extemam formam. Antea nonnullas eiiis partes recensuerat Baumgartenius in N. 11. 485 ss. Dignum tamen est, pro nostro instituto, de quo accuratiorem lectoribus notitiam suppeditem utpote de prima editione inter recentiores vere critica.

Auctor Eduardus Wells theologiae doctor, rector ecclesiae Cotesbacensis in comitatu Leicestriensi, qui variis scriptis clarus mathematicis tbeologicis maxime vero geographicis decennium integrum edendo et interpretando N. T. impendit. Singulae operis partes peculiaribus titulis instructae separatim prodierunt hoc ordine: Epp. ad Gal. et Thess. 1709.

Ed. II. 1716; Ep. ad Rom. 1711; Ep. ad Hebr. 1713; Epp. ad Corr. 1714; Epp. caeterae omnes 1715 duobus tomis; Apocalypsis 1717; Matthaeus et Marcus 1717; Ev. Lucae et Acta 1719; Ev. Ioannis 1719. Sunt ergo proprie decem partes quae in exemplaribus diversis modis iunctae modo plura modo pauciora volumina efficiunt. Titulus primae partis fuerat hic: *A specimen of an help for the more easy and dear understanding of the H. S. being S. Paul's Epistles* etc. In caeteris partibus simplicius dicitur: *An help for* etc. Adsunt tamen etiam tituli generaliores in nonnullis exemplaribus, e. g. in meo: *A paraphrase with annotations on the N, T, in two volumes the first containing the four gospels and the Acts* etc. vol. I. Lond. s. a. Quem priorem titulum sequitiir alius: *An help . . . . being the four G. and the* A. Oxford 1718, et in altero volumine . . . . *being all the Epp. of S. Paul.* Oxford 1715. Ex his apparet collectores specie deceptos exemplaria manca pro integris emere posse facillimo negotio. Quod et mihi accidit. Absunt enim a meo Ev. Ioannes et Apocalypsis quos libros Stuttgardiae in meum usum ex Lorckiano exemplari contulit Bemardus Hückel Ph. D. vir humanissimus.

Praeter textum graecum editor in altera columna sinistrae paginae describit versionem anglicanam receptam, sed ad mentem archetypi sedulo correctam. Dextram paginam obtinet paraphrasis anglico sermone conscripta; marginem utriusque paginae inferiorem occupant annotationes criticae et exegeticae. Adduntur quaedam dissertationes maiores historici et theologici argumenti.

Textum ipsum ad fidem codicum emendatum promittit noster et, si eum primum fuisse consideraveris qui tale aliquid auderet post Bezam, non infeliciter egisse putandus est. Non tamen in omnibus partibus aeque audacter rem adgressus sensim raarius lectionem receptam sollicitavit postquam in prioribus tomis saepissime novam aliquam maxime a Millio commendatam vel saltem ex huius copiis petitam et diiudicatam vulgari praetulerat. Ita factum est ut in epistolis textus multo castigatior exhiberetur quam in libris historicis, e quibus Matthaeus rarissime, caeteri fere nunquam criticum auctoris acumen exercuerunt. Ab Elzeviriano textu locis 210 recedit editor (in Epp. 122, in Apoc. 41, in Matth. 19, in caeteris historicis 28) et quidem ita ut lectiones a Wellsio receptae fere omnes a criticu re-

[170]

centioribus probentur. Contra Elzeviros cum Complutensibus facit sexagies et bis; singula enumerare non adtinet, novas tantum lectiones daturus hic in universum moneo in illis 210 locis Wellsium centies quadragies et quater cum Griesbachio, centies septuagies et quinquies cum Lachmanno et Tischendorfio, pluries etiam cum Harwoodio concentire, atque hunc saepius solum asseclam habere, in lectionibus maxime e cod. Claromontano petitis. Iam ea loca recensebo in quibus Wellsius primus novam lectionem introduxit:

Y.a. 1.	Matth. 25, 13.	451	om. ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τ. ἀ. ἔρχεται GSLT (K)
2.	Marc. 14, 22.	452	om. φάγετε GSLT (K)
3.	Luc. 7, 44.	453	om. τῆς κεφαλῆς GKSLT (K)
4.	Act. 6, 8.	454	χάριτος (pro πίστεως)GKSLT
5	Act. 6, 13.	455	om. βλάσφημα GSLT (K)
6	Act. 11, 20.	456	ἕλληνας (pro ἑλληνιστὰς)GKSLT
7	Rom. 1, 16.	457	om. τοῦ χριστοῦ GSLT (K)
8	Rom. 16, 5.	458	ἀσίας (pro ἀχαΐας) GKSLT
9	1. Cor. 1, 23.	459	ἔθνεσι (pro ἕλλησι) GKSLT
10	1 Cor. 5, 1.	460	om. ὀνομάζεται GK²SLT (K¹)
11	1. Cor. 7, 5.	461	om. τῇ νηστείᾳ καὶ GKSLT
12	1. Cor. 7, 39.	462	om. νόμῳ GKSLT
13	2. Cor. 12, 11.	463	om. καυχώμενος GSLT (K)
14	Gal. 3, 1.	464	om. τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι GSLT (K)
15	Gal. 3, 12.	465	om. ἄνθρωπος GSLT (K)
16	Eph. 6, 12.	466	om. τοῦ αἰπῶνος GSLT (K)
17	Phil 3, 21.	467	om. εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ GSLT (K)
18	Col. 2, 11.	468	om. τῶν ἁμαρτιῶν GSLT (K)
19	Col. 3, 15.	469	εἰρ. τ. χριστοῦ (pro τ. θεοῦ) GK²SLT
20	2 Thess. 2, 4.	470	om. ὡς θεὸν GSLT
21	1. Tim. 2, 7.	471	om. ἐν χριστῷ GKSLT
22	1. Tim. 3, 3.	472	om. μῆ αἰσχροκερδῆ GSLT (K¹)
23	1. Tim. 4. 12.	473	om. ἐν πνεύματι GSLT (K¹)
24	1. Tim. 6. 19.	V. 30	ὄντως ζωῆς GKSLT
25	Hebr. 6, 10.	474	om. τοῦ κόπου GK²SLT (K¹)
26	1. Petr. 1, 24.	475	δόξα αὐτῆς (pro δ. ἀνθρ.) GKSLT

27	1. Io. 5, 13.	476	om. τοῖς πιστ. εἰς τ. ὀν. τ. υἱοῦ τ. θ. GK^{2}SLT
b. 28	Act. 13, 18.	477	ἐτροφοφόρησεν (pro ἐτροπ.)G^{2}K^{2}SLT^{0}
29	Rom. 15, 29.	478	om. τοῦ εὐαγγ. τοῦ G^{2}SLT
30	Rom. 15, 24.	479	om. ἐλεύσομαι πρ. ὑμᾶς GKSLT^{1}
31	Eph. 3. 9.	480	om. διὰ Ἰ. Χρ. G^{2}SLT
c. 32	Matth. 5, 47.	481	ἐθνικοὶ (pro τελπωναι)GKSLT
33	Matth. 9, 13.	482	om. εἰς μετάνοιαν GSLT (K)
d. 34	Matth. 2, 18.	483	om. θρῆνος καὶ LT
35	Matth. 6, 4.	484	om. ἐν τῷ φανερῷ LT
36	1. Tim. 6, 5.	485	om. ἀφίστασο ἀπὸ τ. τ. LT
37	2. Tim. 2, 3.	486	συγκακοπάθησον (pro σὺ οὖν κ.) LT
38	2. Petr. 2, 11.	487	om. παρὰ κυρίῳ LT
e. 39	Matth. 6, 6.	488	om. ἐν τῷ φανερῷ LT
40	1. Cor. 15, 47.	489	om. ὁ κύριος LT
41	Phil. 4, 23.	490	μετὰ τ. πνεύματος (pro μ. πάντων) LT
42	Hebr. 10, 34.	491	om. ἐν οὐρανοῖς LT
43	Act. 27, 14.	492	εὐρακύλων LT^{1}
44	2. Thess. 2, 8.	493	ἀνελεῖ (pro ἀναλώσει) LT
f. 45	Marc. 2, 17.	494	om. εἰς μετάνοιαν GSLT (K)
46	Act. 20, 7.	495	ἡμων (pro τ. μαθητῶν) GKSLT
47	1. Cor. 6, 20.	496	om. κ. εν τ. πνεύματι cett. GSLT (K)
48	1. Cor. 7, 3.	497	ὀφειλὴν (pro ὀφ. εὐνοίαν) GKSLT
49	1. Tim. 1, 17.	498	om. σοφῷ GKSLT
g. 50	2. Cor. 8, 4.	499	om. δέξασθαι ἡμᾶς **
h. 51	Hebr. 10, 34.	500	τοῖς δεσμίοι(pro τ. δεσμοῖς μου) GKSLT
i. 52	Luc. 6, 10.	501	om. ὑγιὴς GST^{0} (K)

53	Luc. 11, 44.	502	om. γραμμ. κ. φαρ. ὑποκρ. GK^{2}T (K^{1}L)
54	Tit. 1, 4.	503	χάρισ κ. εἰρήνη (pro χ. ἔλεος εἰ.) KST
55	Iac. 3, 12.	504	οὕτως οὐδὲ ἁλ. γλ. ποιῆσαι GK (pro οὐδεμία πνγὴ ἁλ. καὶ cett.)
j. 56	2. Cor. 12, 7.	505	om. in fine: ἵνα μῆ ὑπεραίρωμαι T^{1}(L)
k. 57	1. Cor. 5, 6.	506	δολοῖ (pro ζυμοῖ)
58	Hebr. 1, 12.	507	ἀλλάξεις (pro ἑλίξεις)
l. 59	Rom. 13, 1.	508	om. ἐξουσίαι GSLT (K)
60	1. Cor. 11, 24.	509	om. λάβετε φάγετε GSLT (K)
m. 61	Iud. 25.	A. 11	om. σοφῷ GKSLT
n. 62	1. Petr. 1, 22.	510	om. διὰ πνεύματος LT
o. 63	Act. 20, 15.	511	om. κ. μείναντες ἐν πρωγ. LT^{1}
p. 64	Act. 25, 6.	J. 101 cf. Hutter	οὐ πλ. ὄκτω ἢ δέκα GKSLT
q. 65	Col 4, 13.	V. 29	πολὺν πόνον GSLT
66	1. Tim. 1, 1.	J. 116	σωτῆρος ἡμῶν κ. Ἰ. Χρ. GKSLT
67	Hebr. 11, 11.	512	om. ἔτεκεν GKSLT
68	2. Petr. 3, 3.	513	add. ἐν ἐμπαιγμονῇ GKSLT
r. 69	1. Petr. 4, 3.	514	om. τοῦ βίου LT
70	1. Petr. 4, 16.	515	ὀνόματι (pro μέρει) LT
s. 71	Hebr. 11, 29.	516	add. γῆς LT
72	1. Petr. 3, 15.	Hutter	κύριον τ. Χρ. LT
73	1. Petr. 5, 5.	517	om. ὑποτασσόμενοι LT
74	Iud. 1.	518	ἠγαπημένοις (pro ἡγιασμένοις) LT
t. 75	Matth. 5, 30.	519	ἀπέλθῃ (pro βληθῇ) LT^{2}

76	Matth. 5, 32.	520	μοιχευθῆναι (pro μοιχᾶσθαι) LT⁰
77	1. Thess. 4, 1.	521	καθὼς κ περιπατεῖτε LT⁰
78	2. Petr. 2, 13.	522	ἀγάπαις (pro ''απάταις) LT¹
u. 79	1. Petr. 5, 2.	523	add. κατὰ θεὸν L
80	2. Petr. 1, 8.	524	παρόντα (pro ὑπάρχοντα) L
v. 81	2. Cor. 1, 10.	525	om. καὶ ῥύεται T¹
82	Eph. 4, 16.	526	μέλους (pro μέρους) T¹
w. 83	Iud. 22.	527	οὓς μὲν ἐλέγχ. διακρινομένους οὓς δὲ σώζετε ἐκ π. ἁρπ. οὓς δὲ ἐλ ἐν φόβῳ LT cf. Coccej.
x. 84	Rom. 12, 17.	528	ἐνώπιον τ. θεοῦ κ. ἐν. τῶν ἀ.
85	2. Cor. 5, 2.	529	εἴπερ καὶ ἐκδ. (pro εἴγε κ. ἐνδ.)
86	Iac. 3, 6.	530	ἀδικίας. ἡ γλ. (om. οὕτως)
y. 87	Matth. 23, 8.	531	διδάσκαλος ὁ Χρ. (pro καθηγ.)
88	Marc. 3, 5.	532	ὡς ἡ ἄλλη (om. ὐγιὴς)
89	2. Cor. 2, 10.	V. 23	εἴ τι κεχάρ. κεχάρ.
90	Phil. 3. 16.	V. 27	τῷ ἀ. στ. τὸ ἀ. φρ. (pro κανόνι)
91	Ap. 22, 6.	J. 211	θεὸς πνευμάτων τῶν ἁγ.
92	Matth. 9, 34.		totus versus uncis includitur
z. 93	1. Cor. 9, 20.	Hutter	(Hutter) add. μὴ ὢν αὐτὸς cett. GK²SLT. Add. non paucas optimae notae lectiones quas antea solus Colinaeus dederat: V^bghiki praeterea 25, 26. 28. 33. 35.

§ 3. EDITIO BENTLEII PROMISSA.

Non possum silentio praeterire memoriam R. Bentleii viri inter philologos clarissimi qui a. 1720 specimen edidit novae editionis N. T. graeco-latinae in qua utrumque textum,

archetypum et hieronymianum ad fidem vetustissimorum testium castigare et alterum ex altero emendare sibi proposuit. Quod simul theologis illius aetatis innotuit a pluribus quasi damnosum improbatum est, inter quos acri studio eminuit Conyers Middleton, atque tam bene fecerunt latrando ut a consilio Bentleius desisteret. Cf. Unsch. Nachr. 1721 p. 612; Pritii Introd. ed. Hofm. p. 414; Tischendorfii prolegg. p. 87. ed. 1859. Speciminis loco editum fuerat ultimum caput Apocalypseos in cuius textu editor fere ubique consentit cum recentissimis, praesertim cum Tischendorfio contra quem nusquam cum Elzeviris facit, et ubi discrepat lectionem suam ex codice Alexandrino petit. Merito igitur dixeris virum sagacissimum, si consilio par fuerit perseverantia, editionem daturum fuisse quae quosvis saeculi superioris labores criticos longe superasset.

§ 4. EDITIO MACII.

4.* LONDON printed for I. Roberts. 1729. 2 t. 8.

Opus rarissimum et eo diligentius examinandum quo altiore silentio recentiores critici illud contra omne ius fasque praetereunt. Textus graece et anglice binis columnis exscriptus, ille sine accentibus et satis nitide, hic ex nova autoris versione. Notae criticae pauciores in margine inferiore, plures in calce librorum adduntur inter quas et nonnullae de authentia τῶς ἀντιλεγομένων docte et libere disputantes. Autorem operis ἀνωνύμου esse Guilelmum Mace (qui aliis dicitur Macey) rescivimus, presbyterianae ecclesiae ministrum, collegii Greshamensis socium. Quem superioris saeculi scriptores uno ore suis conviciis insectantur modo haereticum hominem modo ex mera coniectura textus adulteratorem proclamantes. Vide inter multos Leonardi Twells critical examination of the late N. T. 1732; Lilienthalii exeg. Bibl. p. 959; Baumgartenii Bibl. Hal. Iv. 208; Woifii

Curas passim, maxime t. V. p. 387; Goezium p. 62; Michaelis Introd. p. 798 et Marshii ad eundem notas; Maschium p. 328; Bibl. Sussex. II. 496 etc.

In textum suum recepit editor lectiones Complutenses pro vulgaribus 74 ($A^{bcd.}$ $B^{b.}$ $C^{b.}$ $D^{c.}$ $G^{defgh.}$ $H^{a.}$ $J^{defg.}$ $K^{bcd.}$ $L^{c.}$ $M^{b.}$ N. $U^{it.}$ quibus adde U. 14. 16); Erasmicas 16. ($J^{n.}$ $M^{ad.}$ $O^{b.}$ $P^{c.}$ $Q^{bde.}$ $R^{bef.}$ $S^{b.}$ U. 4); Coliuaei 11. ($V^{bghi.}$). Erasmo-Stephanicas 6. (G. 51. J. 122. 149. K. 240. 241. 244); Stephanicas 5. (W. 6. 7. 11. 12, 33); Bezanas duas (X. 29. 47); Bebelianam unam (b. 1); denique veterem lectionem reducit contra vulgatam Stephano-Bozanam ter (W. 21. X. 20. 28). Inter haec 118 loca non nisi 22 sunt in quibus recentiores dubii haerent vel Macii lectionem repudiant. Quibus iam accedunt praeter 58 alias quas Wellsius primus receperat (Y^{a-k}), novae sequentes:

Z. a. 1.	Ap. 1, 2.	J. 135	ὅσα εἶδε **
2	Ap. 11, 17.	533	om. καὶ ὁ ἐρχόμενος **
3	Ap. 21, 10.	534	om. τὴν μεφάλην **
b. 4	Act. 9, 20.	535	τὸν ἰησοῦν (pro τ. χρ.) GKSLT
5	Phil. 2, 30.	ε. 14	παραβολευσάμενος GK^{2}SLT^{1}
c. 6	Matth. 26, 9.	536	om. τὸ μῦρον GSLT (K)
7	Marc. 3, 5.	Y. 88	om. ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη GSLT (K)
8	Marc. 11, 10.	537	om. ἐν ὀνόματι κυρίου GSLT (K)
9	Marc. 14, 5.	538	τὸ μΐρον GKSLT
10	Ioh. 9, 8.	U. 11	προσαίτης GKSLT
11	Io. 14, 28.	539	om. εἶπον GKSLT
12	Act. 10, 23.	540	ἀναστὰς (pro ὁ Πέτρος) GKSLT
13	Act. 11, 8.	541	om. πᾶν GK^{2}SLT (K^{1})
14	Act. 12, 20.	542	om. ὁ ἡρώδης GSLT (K)
15	Act. 14, 8.	543	om. ὑπάρχων GSLT (K)
16	Act. 17, 27.	544	τὸν θεὸν (pro τ. κύριον) GKSLT
17	Act. 22, 30.	545	om. ἀπὸ των δεσμῶν GSLT (K)
18	Act. 23, 9.	546	om. μὴ θεομαχῶμεν GKSLT
19	Act. 24, 22.	547	om. ἀκούσας δὲ ταῦτα GK^{2}SLT
20	Eph. 4, 9.	548	om. πρῶτον GSLT (K)
21	2. Petr. 2, 17.	549	ὀμίχλαι (pro νεφελαὶ) GKSLT
22	Act. 1, 14.	550	om. καὶ τῇ δεήσει GLT (K)
23	Rom. 11, 6.	551	om. εἰ δὲ ἐξ ἔργων ad fin. GSLT^{0} (K^{1})

24	2. Cor. 9, 4.	552	om. τῆς καυχήσεως G²K²SLT (K¹)
25	Gal. 5, 19.	553	om. μοιχεία G2SLT (K)
d. 26	Ap. 2, 3.	Sᵈ	καὶ ὑπομ. ἔχεις κ. ἐβάσ. cett. ut Compl. GMK¹ST¹
27	Luc. 4, 8.	554	om. ὕπαγε ὀπ. μου σατ. GT (KL)
28	Io. 7, 8.	555	οὐκ ἀναβαίνω (pro οὔπω ἀ.) GKST
e. 29	Marc. 12, 29.	556	πρώτη πάντων ἐντολή (pro πασῶν τ. ἐντ.) GMK
30	Rom. 16, 25 - 29.	557	transferuntur ad Cap. XIV.GM
f. 31	Io. 6, 11.	558	om. τοῖς μαθ. οἱ δὲ μαθ. LT (K²)
32	Act. 2, 41.	559	om. ἀσμένως LT
33	Act. 20, 24.	560	om. μετὰ χαρᾶς LT
34	Act. 22, 9.	561	om. καὶ ἔμφοβοι ἐγέν. LT
35	1. Cor. 3, 3.	562	om. καὶ διχοστασίαι LT
36	Hebr. 8, 4.	563	om. τῶν ἱερέων LT
37	1. Petr. 4, 14.	564	om. κατὰ μὲν ἀ. βλασφ. cett. ad fin. LT
38	Philem. 2.	565	ἀδελγῇ (pro ἀγαπητῇ) LT¹
39	Rom. 3, 22.	566	om. καὶ ἐπὶ πάντας L
40	Eph. 4, 9.	567	om. μέρη T
g. 41	Matth. 23, 8.	Y. 87	διδάσκαλος (om. ὁ χρ.) LT
42	Ap. 22, 21.	J. 225	μετὰ πάντων om. caett. LT
43	Act. 10, 12.	568	τετρ. καὶ ἑρπ. τ. γῆς om. caett. LT
44	Act. 24, 23.	569	om. ἢ προσέρχεσθαι LT
45	Act. 25, 16.	570	om. εἰς ἀπώλειαν LT (K¹)
46	Luc. 14, 5.	571	υἱὸς (pro ὄνος) MSLT
47	Io. 20, 25.	572	secunda vice τόπον (pro τύπον) LT⁰
48	Act. 13, 45.	573	om. ἀντιλέγοντες καὶ LT¹
49	Rom. 9, 28.	574	om. ἐν δικ. ὅτι λόγον συντετμ. LT¹

50	2. Thess. 1, 8.	575	φλογὶ πυρὸς (pro πυρὶ φλογὸς) SLT[1]
51	1. Tim. 5, 16.	576	om. πιστὸς ἢ LT[1]
52	Hebr. 1, 3.	577	om. δι' ἑαυτου LT[0]
53	Hebr. 12, 18.	578	om. ὄρει LT[1]
54	Ap. 22, 14.	579	πλύνοντες τ. στολὰς (pro ποιοῦντε τ. ἐντολὰς) LT[0]
55	Marc. 14, 43.	580	add. ἰσκαριώτης L[2]T[2]
56	Act. 11, 22.	J. 90	(om. διελθεῖν) ἕως L
h. 57	Io. 7, 39.	581	ἦν πνεῦμα sine add. T
58	Rom. 5, 12.	582	om. ὁ θάνατος ante διῆλθεν T
59	Rom, 14, 21.	583	om. ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ T[1]
60	2. Cor. 5, 3.	J. 90	εἴγε καὶ ἐκδυσ. T[0]
61	Gal. 5, 21.	584	om. φόνοι T (L)
i. 62	Marc. 1, 2.	585	ἐν τῷ προφητῃ (pro plur) Naebe.
63	Marc. 4, 18.	A. 23	οὗτοι εἰσὶ semel, sed secundo loco. Alter.
64	Act. 25, 6.	J. 101. Y. 64	πλείους ὄκτω ἢ δ.
65	Rom. 8. 1.	586	om. solum ἀλλὰ κατὰ πν. Hahn. T ex vulg.
66	Gal. 4, 25.	587	τὸ γὰρ. Ἀγὰρ συστοιχεῖ caett. om.
67	Col. 2, 2.	588	θεοῦ (om. καὶ) πατρὸς κ. τ. Χρ. - T ex vulg.
68	Hebr. 9, 14.	589	πν. ἀγίου (pro αἰωνίου) T. ex vulg.
69	Iac. 3, 3.	J. 196	εἰδὲ
70	Iac. 4, 4.	590	καὶ μοιχαλίδες
71	Ap. 15, 3.	J. 209	Βασ. τ. αἰώνων T. ex vulg.
72	Iud. 22.	Y. 83	οὓς μεν ἐλέγχ. διακρινόμενοι οὓς δὲ ἐλεεῖτε . . . . ἁρπ. (inv. ord.)
73	Ap. 5, 11.	K. 243	om. καὶ ἦν ὁ ἀρ. ἀ. add. μυρ. μυρ.
74	Ap. 8, 7.	J. 144	add. utrumque membrum, et semel.

			κατεκάη.

Vides, benevole lector, in his omnibus vix unum alterumve locum esse in quo noster vere solus stet, plurimos in quibus recentiores socies habeat, sane non bene taiis antesignani imme-

[175]

mores. Conieotura eum in textu emoudando usum esse, quod coaetanti acerrime ipei exprobrarrunt, semel tantum revera patet, nempe N. 66. Gal. 4, 25.) ubi ipse profitetur: *there is no MS. so old as common sense*. Iam et saepisaime editor ubi dubius haerebat suspecta verba uncis inclusit ne temerius agere videretur prorsus delendo, et huius signi auxilio posthac tam late patenti primus frequentius usus est. Haec quoque hoc loco nou praeterenada duco quaatum quidem ad nostra pertinent. Sic notavit verba quae omiserant Complutenses: A. 1. 6. 22. 24. J. 138. 151. 163. 200. 201. 207. U. 16; quae Erasmus: F. 44. P. 276. 290. R. 308. U. 10; quae Wellsius Y[immo]; et hic quoque nostri plemmque in eins partes abierunt. His adde sequentia:

Z. j. 75.	Marc. 7, 2.	591	[ἐμέμψαντο] om. GKSLT
76	Rom. 14, 9.	B. 34	[καὶ ἀνέστη] caett. ut Compl. om. GKSLT
77	Luc. 13, 35.	592	[ἔρημος] K. om. GMSLT
78	Io. 6, 22.	593	[ἐκεῖνο εἰς ο ἐνέβ. οἱ μαθ.] K. om. GLT
79	Io. 11, 41.	594	[οὗ ἦν ὁ τεθν. κειμένος] K. om. GSLT
80	Act. 7, 48.	Crisp.	[ναοῖς] K. om. GSLT
81	Act. 22, 20.	595	[τῇ ἀναιρέσει ἀ.] K. om GSLT

82	Act. 23, 34.	596	[ὁ ἡγεμῶν] K. om. GSLT
83	Act. 26, 30.	597	[ταῦτα εἰπ. αὐτοῦ] om. GK^2SLT
84	Phil. 4, 13.	598	[χριστῷ] K. om. GSLT
85	Act. 2, 31.	A. 25	[ἡ ψυχὴ ἀ.] K. om. GLT
k. 86	Act. 23, 15.	599	[αὔριον] K. om. G^0LT
87	Act. 24, 26.	600	[ὅπως λύσῃ ἀ.] $K^{b.}$ om. G^0SLT
88	Rom. 1, 29.	601	[πορνείᾳ] K^1 om. G^0LT
89	Rom. 10, 3.	602	[δικαιοσύνην] K^1 om. G^0LT^1
90	Matth. 20, 22.	603	[καὶ τὸ βάπτ. caett.] non ver v. 23 utrumque (K) om. GLT
l. 91	Act. 2, 23.	604	[λαβόντες] om. LT
92	Act. 15, 24.	605	[λέγ. περιτέμν. κ. τηρεῖν τ. ν.] om. LT
93	Act. 15, 34.	606	[ἔδοξε δὲ τ. Σιλᾳ ἐπιμ. ἀ.] K^1 om. LT
94	Act. 18, 17.	607	[οἱ ἕλληνες] K^1 om. LT
95	Act. 18, 21.	608	[δεῖ με πάντως caett. ad fin.] om. LT
96	Act. 24, 6.	609	[καὶ κατὰ τ. ἡμ. νόμον . . . caett.] om. tot. LT
97	Act. 24, 7.	J. 100	[. . . ἔρχεσλαι ἐπί σε] om. tot. LT
98	Act. 26, 7.	610	[Ἀγρίππα] om. tot. LT
99	Act. 28, 16.	611	[ὁ ἑκατοντ. παρέδ . . . . . στρατοπ.] om. LT^0
100	Act. 28, 29.	612	[totus versus] om. LT
101	Rom. 9, 32.	613	[νόμου] om. LT^0
102	Gal. 3. 17.	614	[εἰς χριστὸν] om. LT
103	Eph. 3, 14.	615	[τοῦ κ. ἡμῶν Ἰ. Χρ.] om. LT
104	Ap. 2, 9.	616	[τὰ ἔργα σοῖ] om. LT
105	Ap. 16, 17.	T. 338	[τοῦ οὐρανοῖ] K. om. LT
m. 106	Io. 20, 19.	617	[συνηγμένοι] om. LT

107	Rom. 5, 2.	618	[τῇ πίστει] L^{2} om. L^{1}T
108	Eph. 5, 30.	619	[ἐκ τῆς σαρκὸς . . . . ὀστ. ἀ.] LT
109	Act. 10, 32.	620	[ὅς παραγ. λαλ. σοί] om. LT^{1}
110	Act. 17, 26.	621	[αἵματος] om. LT^{1}
111	Rom. 9, 31.	622	[δικαιοσύνης] om. LT
112	Rom. 14, 6.	623	[καὶ ὁ μὴ φρ. τ. ἡμ. caett.] om. LT^{1}
113	Rom. 16, 24.	624	[totus versus] K^{1} om. LT^{1}
114	2. Cor. 5, 17.	625	[τὰ πάντα] om. LT^{1}
n. 115	Marc. 15, 28.	626	[καὶ ἐπληρ. caett.] om. T
o. 116	Marc. 6, 11.	627	[ἀμὴν λέγω ad fin.] KL. om. GT
117	Marc. 13, 14.	628	[τὸ ῥηθὲν διὰ Δ. τ. πρ.] KL. om. GT
118	Col. 1, 2.	629	[καὶ κυρίου Ἰ. Χρ.] KL. om. GST
p. 119	Hebr. 2, 7.	630	[καῖ κατεστήσας caett.] K^{2}L. om. G^{0}MST
q. 120	Rom. 6, 12.	631	αὐτῇ [ἐν τ. ἐπιθ. αὐτοῦ] om. S
r. 121	1. Thess. 1, 1.	632	[ἀπὸ θεοῦ πατρὸς caett.] L. om. T
122	Ap. 15, 6.	J. 154	[ἐκ. τ. ναοῖ] om. MT
s. 123	Luc. 11, 2.	633	[γενηθήτω τὸ θελ. caett.] servatis caeteris glossis
124	Io. 6, 58.	634	πατέρες ἱμ. [τοῦ μάννα] K
125	Io. 6, 69.	635	υἱὸς τοῦ θεοῦ [τοῦ ζῶντος] K. om. S
126	Io. 8, 10.	636	[καὶ μηδένα . . . . γυναικὸς] K. om. M
127	Io. 10, 26.	637	[καθὼς εἶπον ὑμῖν] L. om. T^{1}
128	Act. 21, 25.	638	κρίναντες [μηδὲν τ. τ. αὐτοὺς] εἰ μὴ.
129	1. Cor. 4, 6.	639	ὃ γέγρ. [φρονεῖν]
130	Eph. 1, 1.	640	[ἐν ἐφέσῳ] T^{0}
131	Eph. 4, 32.	J. 109	[ἐν χριστῷ]

132	1. Thess. 3, 2.	641	διάκ. τ. θεοῦ [καὶ σίν. ἡμ.] om. S
133	Ap. 20, 5.	J. 231	[λοιποὶ . . . . ἔτη]
t. 134	Ap. 2, 17.	642	[φαγεῖν ἀπὸ] K[1] om. **

Satis superque ox his apparebit Macium illum criticea hodiernae antiquissimas quasque lectiones praefereatis verum antesiguanum fuisse, quem suae aetatis homines immerito insectati sint, recentiores multo minus merita oblivione sepeliant. Sane nusqnam methodi suae subsidioninique rationem reddit, sed ex studiorum fructu qualia illa fuorint quamque sagaciter diiudicata apprime cognoscitur.

§ 5. EDITIO BENGELII.

5. * TUBINGAE sumptibus I. G. Cotta. 1734. 4.

Novum Testamentum ita adoruatum ut textua probatarum editionum medullam, margo variantium lectionum in suas classes distributarum locorumque parallelorum delectum, apparatus subiectua criseos sacrae compendium limam et fructum exhibeat. Haec sunt quae promittit titulus. Autor libri Io, Alb. Bengelius, theologorum sui temporis decus, vir pietate patiter ac doc-

trina insignis, primusque de coetu Lutlieranorum qui rem criticam simul sagaciter et modeste tractare conatus novam textus formam eamque emendatiorem popularibus obtulit, tale donum vel parvi habentibus vel etiam ut suspectum detrectantibus. In textu constituendo hanc sibi scripsit legem ut nullam reciperet lectionem quae non antea in aliqua probata editione exstiterit, in sola Apocalypsi pro necessitate etiam solorum codicum autoritate novis quibusdam admissis. Apparatus theoriam critices eiusdemque apologiam exhibet et singulas lectiones quae alicuius momenti videbantur excutit diiudicatque. Sub textu vero binis columnis expresso non nisi potiores apponuntur in quinque classes distributae. Scilicet quas autor textui ab omnibus eousque edito omnino praeferendas censet eae litera α designantur; litera β vero eae quas textui vel aequiparandas ducit vel fortasse etiam eodem meliores; plus minusve commendandas sed testium autoritate non aeque gaudentes litera γ; sequiores

litera δ, repudiandas lit. ε notat. Bengelii critica non omnibus numeris absoluta erat, et non solum vulgus theologorum rebus sacris metuentium eum allatrabat, sed et melioris notae viri plura in hoc opere reprehendebant; verum recentior aetas eidem suam laudem minime denegavit. Cf. Burkii vitam Bengelii p. 197 ss., Wetstenii Prolegg. p. 398 ss. ed. Hal., Chr. Ben. Michaelis tractatum de variis lectt. Hal. 1749, I. D. Michaelis Introd. I. p. 799; Eichhornii Introd. V. 292 ss., Rosenmülleri bibl. lit I. 330 ss. alios. Apparatus anno 1763 iterum editus additis quibusdam autoris libellis antea separatim vulgatis.

In textum suum Bengelius recepit repudiata vulgari lectiones Complutenses 92 (A$^{bcef.}$ B$^{c.}$ C$^{b.}$ D$^{bc.}$ G$^{efi.}$ H$^{a.}$ J$^{efhim.}$ (et 112) K$^{cde.}$ M$^{b.}$ S$^{a.}$ T$^{c.}$ U. 15. 16. 17. $^{kir.}$), Erasmicas 18 (M$^{ad.}$ J. 228 P$^{edfg.}$ Q$^{bde.}$ R$^{c.}$ Q$^{bde.}$ R$^{c.}$ S$^{e.}$ T$^{e.}$ U. 24), Colinaei unam (V. 49), Erasmo-Stephanicas sex (J. 122. 125, 149. K. 236. 240. 244), Stephanicas tres (W. 6. 11. 12), Bezanas duas (X. 32. 47), Bebelianam unam (b. 1) denique veterem lectionem reducit contra vulgatam septies (W. 13. 17. 20. 21. 23. X. 20. 28). Summa est 130 locorum ex tali lege emendalorum.

In Apocalypsi 19 locis ex nostris ad codicum fidem novas lectiones recepit, quorum sex iam apud Macium (Z. 1. 2. 3. 42. 104. 134) occurrerunt, quibus iam accedunt;

Γ. a. 1.	Ap. 5, 4.	(643)	om. καὶ ἀναγνῶναι **
2.	Ap. 8, 7.	(J. 144. Z. 74)	add. utrumque et bis κατ.**
3.	Ap. 16, 7.	(J. 170)	om. ἄλλου ἐκ **
4.	Ap. 18, 14.	(J. 156)	ἀπώλετο **
5.	Ap. 22, 1.	(644)	om. καθαρὸν **
6.	Ap. 18, 13.	(645)	add. καὶ ἄμωμον GKSLT
7.	Ap. 4, 3.	(J. 138)	ὁ καθημένος ὁμ. G^{2}SLT.
b. 8.	Ap. 2, 3.	(Z. 26)	ut Macius, sed καὶ οὐ κεκοπίακας K^{2}LT^{0}
9.	Ap. 6, 11.	(La)	ἐδόθη αὐτοῖς ἑκάστῳ στολὴ LKT^{1}
10.	Ap. 16, 2 - 17.	(R. 310)	om. septies ἄγγελος LT
c. 11.	Ap. 7, 14.	(Lc)	ἐλεύκαναν caett. om. K^{b}MT

[178]

12.	Ap. 3, 2.	(J. 136)	ἅ ἔμελλεν ἀποθ.
13.	Ap. 6, 1.	(J. 141)	ἔρχου ἴδε (caett. ut Cpl.).

Igitur in 149 locis in quibus Berigelii textus ab Elzeviriano discrepat non nisi viginti sunt quorum scriptura recentioribus vei niinus bona vel adhuc dubia visa est. Plura iam pro suo ingcnio autor mutare non ausus est.

Non praetereundae tamen eae lcctiones sunt quas in margine litera α signatas vulgatis omnino praeferendas declaravit. Sunt eae in toto N. T. viginti duae scil. antiquiores sedecim (Erasm. R$^{ef.}$ Cplut. J. 195. Colin. V. 52. Wellsii Y$^{fg.}$ et 61. Macii Z. 4. 27. 41. 75. 76) et sex novae:

Γ. e. 14.	Act. 3, 11.	(646)	αὐτοῦ ** (pro τοῦ ἰαθ. χωλ.)
15.	Iud. 4.	(J. 134)	δεσπ. κ. κύριον GKSLT
16.	Apoc. 12, 10.	(T. 347)	κατήγωρ (caett. ut Cpl.) GKSLT
f. 17.	Gal. 2, 14.	(647)	κηφᾶς (pro Πέτρος) non v.ll. (SLT)
18.	Ap. 9, 16.	(J. 147)	τοῦ ἱππικοῦ δισμυρ. LT^{0}
g. 19.	Act. 19, 40.	(648)	περὶ οὗ οἱ δυν. G^{0}MT^{1} (add. neg.).

Nota β commendat 118 lectiones e quibus 83 in hodiernis editionibus fere ubivis occurrunt, caeterae rarius receptae sunt.

6.* STUTTGARDIAE exc. D. Benj, Faber. 1734. 8.

* TUBINGAE in bibliopolio Bergenano. 1738. 8.

Editio prima Bengelii manualis solum textum cum lectionis varietate selecta in suas quinque classes distributa exhibens. Duo tamen loca observavi in quo textus maioris editionis mutatus est. (Matth. 6, 1. [X. 47] reponitur vulgatum ἐλεημοσύνην; Col. 1, 28. [J. 112] restituitur τέλειον).

Caeterum omnes qui adhuc de his libris scripserunt sub duobus iliis titulis diversas editiones dari falso crediderunt. Ipse tamen titulus secundus dicit: excusum anno 1734 Stuttgardiae nunc autem prostat Tubiugae caett. et sequentes editiones ab ipsis editoribus ita numerantur ut nostram unicam fuisse in aperto sit. Addita est tamen a. 1738 nova praefatio. Maschius et Eichhornius pro 1738 scribunt 1739 et ille quidem provocat ad diarium Frühaufgelesene Früchte 1738 p. 159 ubi tamen distincte vera anni nota significatur.

7. * LIPSIAE ex officina Weimanniana. 1737. 8.

Praecedentem Lipsienses recudi iusserunt οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενοι, curante Andrea Buttigio cuius praefatio rem quasi laude dignissimam confitetur.

8. * TUBINGAE impensis Chr. Henr. Berger. 1753. 8.

Editio Bengelii manualis secunda, typis minoribus exarata et nova i. e. tertia praefatione commendata. Falluntur qui hanc priorem simpliciter describere afiirmant. Textus sane idem, sed

[179]

in margine plurimae lectiones aliis signis notatae sunt, ita ut modo ad superiorem classem modo ad inferiorem quam antea referantur. Prioris generis sunt 52 ad literam β evectae, posterioris quindecim ab eadem in peiorem notam detrusae nec ubique felici manu. In litera α niliil mutatum.

9. * TUBINGAE impensis Chr. Henr. Berger. 1762. 8.

Editio tertia praecedenti adeo similis ut diversus esse vix oculis discernere possis.

10. * TUBINGAE impensis Chr. H. Berger. 1776. 8.

Editioni huic quartae addita est Ernesti Bengelii filii tabula critica quae criseos Bengelianao diversas periodos quas dicit exhibet, nempe ternis columuis eas lectiones dc quibus a. 1734 primum, tum a. 1753, denique in suo Gnomone s. commentario in N. T. a. 1741 editio varie iudicaverat autor per signa marginalia.

11. * TUBINGAE impensis Iac. Fr. Heerbrandt. 1790. 8.

Huic ultimae editioni accedit nova praefatio Ernesti Theophili, Ernesti filii, Io. Alberti nepotis, Bengelii, item patris tabula critica. Caeterum, ut iam diximus, in his quatuor libris paginae paginis atque adeo lineis lineuo accuratissime respondont.

12. * GOETTINGAE ap. I. Ch. Dieterich. 1778 ss. 8.

Novum Testamentum graece cum annotatione perpetua autore Io. Benj. Koppe professoris olim Goettingensis et aliorum. Liber exegeticus saeculo superiore vergente et primis lustris nostri multis commendatus et usu tritissimus. Cuius partes hae lucem viderunt: Vol. I. Epp. ad Gal. Eph. Thess. 1778 autore I. B. Koppe, ed. secundam post obitum autoris curavit Tho. Chr. Tychsen 1791. - Vol. IV. Ep. ad Romanos . . . . autore eodem; ed. II. cur. Chr. F. Ammon 1806. - Vol. VII. P. I. Epp. ad Tim. Tit. Philem. 1798 P. II. Epp. ad Phil. Col. 1803 autore I. H. Heinrichs. - Vol. VIII. Ep. ad Hebr. 1792 autore eodem. - Vol. III. Acta App. P. I. 1809 P. II. 1812 autore eodem. - Caeteris iungi poterat pro eadem forma et methodo: Epp. cath. autore Dav. Iulio Pott. P. I. Iac. 1786 P. II. Pctr. 1790.

Desiderantur in hac editione Evangelia, Apocalypsis, epp. ad Corr. Ioannis et Iudae. Textus Bengelianus. Hanc lacunam ex parte supplere conatus est F. A. Guil. Krause, edito commentario in primam ad Corinthios quoad formam et methodum Koppianis libris simillimo (*Francof. ad M. ap. I. G. Fleischer 1792. 8.) quem etiam nonnulli caeteris iungunt. Minus huc pertinet commentarius I. Cph. F. Schulzii prof. Gissensis in utramque ad Corinthios (*Halae ap. I. I. Gebauer 1874. 8. quippe

qui vernaculo sermone conscriptus sit. Caeterum uterque editor textum Griesbachianum describit ex ed. a. 1775. Similis ratio est Epistolae II. ad Corr. ill. a I. G. F. Leun, (*Lemgov. in offic. Meyeriana 1804. 8.).

13. * GOETTINGAE sumptibus (typis) Dieterichiania (vel: ap. H. Dieterich). 1810 seqq. 8.

Editiones operis Koppiani recentiores: T. III. Acta ed. II. 1827. T. IV. Ep. ad Rom. Ed. III 1824. T. V. P. I. Ep. L ad Corr. C. I. - X. 1826. T. VI Epp. ad Gal. Eph. Thess. Ed. III. 1823. T. VII P. I. Epp. ad Tim. Tit. Philem. Ed. II 1828. P. II. Epp. ad Philipp. Col. Ed. II. 1826. T. VIII. Ep. ad Hebr. Ed. II. 1823. T. IX. Ep. Iac. et Petr. Ed. II. 1810. ad Iac. ed. III. 1816. T. X. Apoc. P. I. II. 1818. 1821. Ex his T. III. VII. VIII. X. Heinrichsium, T. IV. Ammonium, T. V. IX. Pottium, T. VI. Tychsenium autores vel editores agnoscunt. Textus idem ac supra, si Pottii libros exceporis qui in ed. III. ep. Iacobi ot in ep. ad Corr. Griesbachium sequitur.

14. * AEGENTORATI ap. I. F. Stein ex prelo Lorenzii et Schuleri. 1779. 8.

Editor Erhardus Stephan pastor et professor Buxovillanus in Alsatia inferiore qui singulare aliquid et plane novum in hoc libro molitus est. Exhibet ille primum evangelium harmonicum διὰ τεσσάρων i. e. textum historiae I. C. unicum ex IV. evangeliis mixtum, tum Acta apostolorum interspersis subinde locis paulinis, porro Apocalypsin eum in finem hoc loco positam ut christianus lector, quae sunt verba autoris, ecclesiae fata ab initio ad finem non interrupta serie legere possit; denique epistolas ordine qui placuit editori chronologico.

Textus est Bengelianus a. 1753 iterum editus, ita tamen ut lectiones illas marginales quas Bengelius literis α et β notaverat, noster in textum reciperet. E quibus, quum res non magni momenti sit, eas tantum annotabimus in quibus Bengelius revera primus novum aliquid et inauditum emendando textui obtulisse videtur:

Γ. h. 20.	Marc. 2, 18.	(649)	οἱ φαρ. (pro οἱ τῳν φ.) GKSLT
21.	Marc. 7, 5.	(650)	κοιναῖς (pro ἀνίπτοις) GKLT

22.	Act. 13, 42.	(651)	om. ἐκ. τ. συναγ. τῶν ἰουδ. **
23.	Act. 13, 42.	(652)	om. τὰ ἔθνη GKSLT
24.	Act. 13, 44.	(653)	ἐχομένῳ (pro ἐρχ.) GKSLT
25.	Act. 15, 33.	(654)	πρὸς τοὺς ἀποστείλαντασ αὐτοὺς (pro πρ. τ. ἀποστόλους) GSLT
26.	Phil. 1, 16. 17.	(655)	invertitur ordo versuum 1) ἀγ. 2) ἐριθ. GKSLT
i. 27.	Luc. 9, 10.	(656)	om. πόλεως καλουμένης
j. 28.	Act. 16, 13.	(657)	πύλης (pro πόλεως) LT
k. 29.	Io. 5, 16.	(658)	om. καὶ ἐζήτουν ἀ. ἀποκτ. (K^1L) GK^2T

[181]

l. 30.	Mark. 14, 15.	(659)	om. ἕτοιμον (L)
31.	Io. 19, 14.	(660)	τρίτη (pro ἕκτη),

Nonnunqnam ea quae Bengelius in notis damnaverat vel etiam delevεrat simpliciter cancellat; rarissime ducem suum deserit ad vulgarem lectionem transiens; saepius vero binas lectiones retinet altera uncis inclusa: e. gr. Act. 18, 5. λόγῳ (πνεύματι), Matth. 19, 17. τί με λέγεις ἀγ. (τί με ἐρωτας περὶ τ. ἀγ.) etc.

Denique aliquoties nova tentat a Bengelio aliena, quae vel veteribus iungit, nescio unde petita:

Γ. m. 32.	Matth. 24. 45.	(661)	οἰκετείας (pro θεραπείας) LT

33.	Act. 23, 23.	(662)	δεξιοβόλους (pro δεξιολάβ.) L[1]
34.	2. Petr. 1, 12.	(663)	μελλήσω (pro οὐκ ἀμελήσω) LT

vel textui vulgari inserit additamenta singularia, quorum exempla sint: Matth. 10, 23. comma integrum quod et Griesbachius recipit; 12, 20: ἀναλάμψει κ. οὐ θρ. ἕως ἀν θῇ ἐπὶ τ. γῆς κρίσιν. Quod Marc. 5, 1. Luc. 8, 26. legitur γεργεσηνῶν καὶ γαδαρηνῶν harmonistico studio debetur. Plura omitto. Cum Colineo facit Matth. 1, 11. (V. 16), cum Plantinianis e. gr. J. 74. 224. 227. cum Erasmo J. 216. etc. ita ut ex variis fontibus hausisse putandus sit.

Exstat eiusdem autoris *Summarium N. T., sistens summam (quam dicit) textus graeci qua voces quas continet omnes comprehenduntur ac semel occurrentes per asteriscos distinguuntur.* (* Argent ap. I. F. Stein, ex prelo Ion. Lorenz 1778. 8.). Scilicet Leusdenianum commentum satis ingeniose ita expolire studuit ut fere eos tantum versiculos excudi curaret qui inter se omnia lexici vocabula contineut ita tamen delectos et dispositos ut textuum aliquem tenorem continuum, lectoribus etiam a sensu commendabilem, exhiberent, non vero nuda discerptaque et incohaerentia fragmenta. Verum tale studium librorum sacrorum vix pueris graece discentibus prodesse posse, minime autem iuvenibus ad altiora provehendis, vix est quod moneamus.

§ 6. EDITIO WETSTENII.

15. * AMSTELAEDAMI ex officina Dommeriana. 1751. 1752. 2 t. fol.

Post Millium Bengeliumque celeberrimus fuit inter criticos superioris saeculi Io. Jac. Wetstenius Basileensis, qui admodum iuvenis huic sese studio applicavit totamque vitam eidem impendit, eo maiore laude dignus quo magis undique derelictus, imo lacessitus, proprio marte per aspera ad altiora scientiae nostrae fastigia ascendisse dicendus est. Codices plurimos in itineribus ipse inspexit et excerpsit, versiones et patres curiosius excussit, apparatum diligentius descripsit et iam a. 1730 prolegomena edidit quae quodammodo ad nostra usque tempora legem viris doctis scripserunt, quamvis non felicissimam. Scilicet ipse fuit Wetstenius qui codicum numeros quales nunc quoque retinentur primus excogitavit, satis incommode quidem per quadruplicem

seriem notatos, sed accuratiore voluminum descriptione commendatos, et simpliciore rei ipsius ratione quam quae antea usu venerat. Eodem fere anno ab urbis suae theologis de orthodoxia tuenda anxie sollicitis a ministerio depulsus ad Belgas transiit ibique in academia Remonstrantium Amstelodami florente munere sibi demandato functus sexagonario maior a. 1754 diem suum obiit. Cuius vitam fusius descriptam inseruit Clar. C. R. Hagenbachius collectioni Illgenianae (ZS. für hist. Theol. a. 1839) lectu dignissimam.

Ipsam hanc nostram editionem paucis h. l. recensere placet antequam de textu dicamus. Prolegomena illa de quibus supra iam dictum est, quaeque fere recensionem criticam codicum versionum et patrum exhibent, hic aucta repetuntur, maxime eam ob causam quod auctor iis defensionem passim addidit contra nonnullos variorum libellos labores ipsius iniquius insectantium. Caeterum non uno tenore in fronte primi voluminis expressa leguntur, sed quao peculiariter ad Acta Epistolas et Apocalypsin pertinent ea secundo tomo suis locis inseruntur. Denique ad calcem reiectae sunt animadversiones et cautiones ad examen variantium lectionum necessariae, quam theoriam critices Wetstenianae dixeris. Quae prolegomena suis additionibus non indocte aucta postea Semlerus V. Cl. seorsim edidit a. 1764. Tractatum Wetstenii de interpretatione Apocalypseos et duas epistolas syriacas Clementi Romano tributas operique auctarium additas, quum a nostris rebus aliena sint obiter tantum memoramus.

Wetstenio recentiores vitio vertunt quod latinam versionem atque adeo codices et lectiones quae cum illa facere viderentur suspectas habuerit ex praeiudicata magis opinione quam iustis dc causis. Plures etiam illum in colligendis variantibus leviori cura usum esse et negligentius fecisse, non sine omni veri specie dixcrunt, inter quos prae caeteris nominandus I. D. Michaelis Intr. I. p. 805 ss. Verum etiam ad socinianismi commenta tuenda lectioncs subinde eum commendasse primis temporibus fuerunt qui vehementer declamarent, contra quos pro hodierno rei criticae statu si virum celeberrimum vellem defendere, sane operae pretium non facerem. Cui debitam laudem nemo amplius denegabit qui immensam apparatus molem maxima cum diligentia conquisitam digestamque consideraverit. Unum tamen est quod mireris; nempe Wetstenium vel post Millium et Bengelium de textus historia accuratius indaganda testiumque familiis distinguendis, maximo illo exercendae criticae artis adiumento, fere nihil suum fecisse.

Plura dabunt Kraftii Bibl. theol. VIII. 99 IX. 99, Baumgartenius in Nachr. II. 48 IV. 414, I. A. Ernestius in specimine castigationum in Wetst. N. T. 1754, quod recusum est in eius opusculis philologicis: Ordinis theologorum Basileensium declaratio de N. T. Wetsteniano 1757 quam legimus in Bibl. Haganae t. III., item I. Corn. Valckii ad eandem observationes ibidem repetitae; Maschius p. 243. Caeterum quod coaetaneis

maxime bilem movit non tam autoris in ipso textu emendando posita cura fuit, quam potius amplissimus illo commentarius, quem dicebat, ex scriptoribus hebraeis graecis et latinis excerptas ad verborum vim et ipsam historiam illustraudam, in quo non ambigue haec ad rationem profanae veterum populorum traditionis exacta et accommodata videbatur, miraculis dogmatibusque evangelii cum gentilium rabbinorumquo fabulis et placitis sine ullo discrimine compositis.

Commentarius hic binis columnis expressus dimidiam fere euiusque paginae partem obtinet supra quem textus et variantes integris lineis exhibentur, ita quidem ut Epistolae Paulinae Acta apostolorum praecedant. Iam quum Wetstenii fama apud theologos satis ambigua fuerit, eumque eo audaciae progressurum suspicarentur ut textum pro sua haeretica formula falsare religioni non haberet, hunc codicum autoritate emendatum dare ei non licuit, vel denegante typographo talem libertatem, vel, ut alii narrant, ipsis amicis deprecantibus. Itaquo recudi iussit editionem receptam Elzevirianam, non Stephanicam regiam ut sibi persuasit Eichhornius (V. 299) ita quidem ut locos apud Elzeviros ipsos variatos Marc. 8, 24. Rom. 7, 2. Apoc. 3, 12. ad ultimam, Luc. 1, 35. ad primam eorum conformaret. Praeterea bis Luc. 10, 22. et Philemon. 7. (F. J. 217) Stephanicam lectionem amplectitur. Verum minime immerito huic inter criticas editiones locum assignamus. Nam infra textum et supra variantium farraginem maioribus typis eas lectiones seorsim indicat quas receptis omnino praeferendas censet vel addeudas; delendas vero glossas in ipso textu obelo notat. Ex his tali modo comparatis primo statim obtutu ipsius Wetstenii verum et proprium textum quisque facile constituct et sic constitutum in sequentibus ego quoque accuratius definiam.

In locis 101 Wetstonius lectionem Complutensem sequendam commendat (A$^{cdfg.}$ et 6 B$^{c.}$ C$^{b.}$ D^{bc}. E. G$^{efghij.}$ H. J^{afghk} K$^{de.}$ M^{ab}. N. R$^{c.}$ U. 13. 14. 15. 17. 18. 26), in 19 aliis Erasmicam praefert (M$^{d.}$ O$^{b.}$ J. 125. 149. 216. 228. 232. K. 244. P$^{acg.}$ Q$^{e.}$ R$^{fg.}$ S$^{bf.}$ T$^{e.}$) Colinaeo adstipulatur bis (V$^{ik.}$) Roberto Stephano bis W. 6. 7), veterem lectionem bis tuetur contra eundem (W. 21. 23), quater contra Bezam (X. 19. 20. 21. 28). In his 130 locis vix unus alterve est in quo noster nullum recentiorum a suis partibus stantem habet. Porro consentit vicies cum Wellsio Macio ct Bengelio (Y$^{ghp.}$ Z$^{a.}$ 26. 30. 93. 119. 134. Γ. 1 - 6. 9. 10. 16) et hae quoque lectiones omnes plurimis postea sese commendarunt.

Plane novas primaque hic vice typis exscriptas non nisi novem inveni quae fere omnes etiam in editionibus nunc vulgatis habentur:

Δ. 1.	Matth. 8, 28.	(664)	γαδαρηνῶν (pro γεργεσ.) ST
2.	Luc. 11, 2. ss.	(Z. 123)	damnat tria commata in orat. dom. GT(K)
3.	Act. 5, 36.	(U. 19)	προσεκλίθη M^{1}KLT
4.	Aci 20, 28.	(B. 27)	τοῦ κυρίου GLT

[184]

5.	Apoc. 3, 2.	(J. 136)	ἃ ἔμελλον ἀποθ. $G^{2}K^{2}$SLT
6.	Apoc. 10, 4.	(L. 255)	μὴ αὐτὰ γράψῃς K^{2}MLT
7.	Apoc. 18, 17.	(J. 157)	πᾶς ὁ ἐπὶ τόπον πλέων **
8.	Io. 7, 53 - 8, 11.	(665)	damnat tot. (T^{0}K) om. LT^{0}
9.	1. Tim. 3, 16.	(666)	ὃ ἐφανερώθη (pro Θεὸς).

Haec ultima sola ab omnibus fere respuitur. Caetera si absque ira et studio perpenderis, Wetstenium vel ipso Bengelio in mutando textu Elzeviriano modestius egisse fateberis, nec minus feliciter lectionum delectum instituisse.

Maschius autor est hunc librum Wetstenianum anno 1775 iterum prelo submissum esse Basileae ita quidem ut titulus annum primae et authenticae editionis referret. Cuius rei nuspiam alibi mentionem factam reperi. Et sane mirum fuisset si et chartam belgicam typorumque characterem Basileenses eundem adhibuissent ut exemplaria inter se distingui non possent.

Quod autem Roterodami a. 1832 editum dicunt exemplar, id sola continere prolegomena neque ultra progredi mihi rescripsit V. D. et amicissimus J. J. Herzog, professor Erlangensis, cui iste liber ad manus erat ex bibliotheca universitatis. Idem et per A. Kuyperum ex bibliothecis belgicis rescivi.

16.* LONDINI cura typis et sumptibus G. B. 1763. 12.

Qui sub istis literis G. B. latet typographus et editor idem ille Guil. Bowyer est cui seriem editionum debemus Millianum textum referentium, de quibus vide supra Cap. XII. § 6. Textum ad fidem graecorum codicum nunc primum expressum affirmat, *adstipulante Wetstenio.* Quod viri docti huc usque ita interpretati sunt ut dicerent Bowyerum eas lectiones in textum recepisse quas Wetstenius ut praeferendas notaverat. Sed haec non omni ex parte vero consentanea esse compertum habui, quum prima vice Bernae postea iterum Ienae hoc rarum exemplar inspexissem, quod hodie ipse possideo. Scilicet saepissime in iis locis ubi Wetstenius verbura aliquod suspectum e textu eiiciendum significaverat, Bowyerus idem uncis includere satius putavit, nonnunquam etiam simpliciter servavit, quae sigillatim recensore hic non attinet. Rarissime vero a Wetstenio damnata omisit v. g. Luc. 17, 36. Sed et alitor subinde a suo autore discedit. Sic Stephanicam lectionem, vel si mavis Millio-Bowyerianam retinet 2. Tim. 4, 13. φαιλόνην, Tit, 2, 7. ἀφθαρσίαν, 1. Petr. 2, 21. ἡμῶν ἡμῖν Ap. 11, 2. ἔσωθεν. Io. 17, 11. singulariter exhibet ὅ δέδωκας (A. 19). Act. 9, 5. 6. comma integrum codicum autoritate motus eiicit a Wetstenio servatum (A. 22). 1. Cor. 15, 33. ad receptam redit (W. 23) versum iambicum a reliquo textu separatum describens.

Praemittitur huic libro elenchus editionum criticarum antiquiorum in quo tamen plura minus accurate dicta inveniuntur. Ad calcem vero additur farrago coniecturarum a variis viris doctis olim ad emendandum N. T. textum propositarum. Qui deinceps saepius etiam separatim recusus est libellus et germanice

[185]

quoque editus ab Io. Chr. F. Schulzio 1774. Caeterum cf. Ernestii biblioih. theol. VI. 867. et diarium *Brit. Magaz.* 11. 140.

17. LONDINI cura typis et simptibus L Nichols. 1783. 4.

Est Bowyeri modo laudati editio secunda, ut ipse refert titulus, priori maior et splendidior, ab eadem tamen hactenus mutata ut a Wetstenio omissa ubivis uncis inclusa appareant. Caetera fere intacta, ut ex unico quod peregrinabundus reperire potui Basileensi exemplari intellexi.

18. LONDINI . . . . 1812.

Textum Wetstenio-Bowyerianum hoc anno denuo typis mandatum esse ex Dibdini libro saepius laudato didici. Verum accuratiora de ista editione, tacente meo autore, tibi tradere nequeo.

§ 7. EDITIO HARWOODII.

19.* LONDON printed for J. Johnson. 1776. 8.

Editio satis nitida cuius textus graecus binis columnis absque accentibus expressus est. Autor Eduardus Harwood theologus Londinensis, cuius etiam exstat opus isagogicum in N. T. ab Io. Ch. Fr. Schulzio germanico versum, res sacras paullo liberius tractare solebat quam ista aetas et natio ferebant. Hinc et annotationes passim textui in libro nostro subiectae non paucis socinianismo favere visae sunt aliisque neologorum sententiis. Maxime vero textus ipsius ratio, quo minus aequius de eodem sentirent, obstabat. Omnium enim adhuc vulgatarum editionum haec a communi scriptura alienissima, quippe quao ad pauciores, imo paucissimos codices, Cantabrigiensem maxime in evangeliis et actis, Claromontanum in epistolis paulinis conformata sit, adhibito in subsidium Alexandrino libro ubicunque illi deficiebant. Quod editor sine ambagibus in praefiitione ipse declarat. Itaque locis 711 ab Elzeviris recedit, 289 reliquis cum iisdem consentit. Ex illis 197 sunt in quibus aliis veteribus adstipulatur. Si vero hunc textum cum rccentioribus conferas eum 643 locis cum Lachmanno facere videbis, 128 aliis contra eundem cum Elzeviris, 76 cum Tischendorfio dissentiente Lachmanno, octogies cum variis inter quos eminet Complutense exemplar in Apocalypsi et Tischendorfii editio ad vulgatam conformata, denique superesse septuaginta et tres in quibus noster solus stetit. Facile ex his perspexeris talem textum virorum doctorum suffragia tum temporis sibi conciliare vix potuisse, praesertim si re accuratius examinata minime illis codicibus solis ducibus usum fuisse viderint sed variis modis suo marte lectionem constituisse.

Singula recensere non libet, quum tamen hodie plurimae lectiones iam ab Harwoodio receptae in editionibus usu tritissimis

[186]

habeantur, saltem eas quas primus obtulit enumerabo. Notandum Harwoodii et Griesbachii studia coaetanea fuisse; quae igitur lectiones apud utrumque veniunt eas ex nobiliore fonte derivabo capite sequente.

Θ. a. 1	Matth. 16, 3	667	om. ὑποκριταὶ LT
2	Matth. 17, 11.	668	om. πρῶτον LT
3	Matth. 20, 7.	669	om. καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκ. λήψ. LT
4	Matth. 25, 6.	670	om. ἔρχεται LT
5	Marc. 5, 1.	671	γερασηνῶν (pro γαδ.) LT
6	Luc. 8, 26.	672	idem LT
7	Io. 12, 47.	673	φυλάξῃ (pro πιστεύσῃ) LT
8	Act. 11, 25.	674	om. ὁ βαρνάβας (K^2) LT
9	Act. 21, 34.	675	ἐπεφώνουν (pro ἐβόων) LT
10	Gal. 1, 18.	676	κηφᾶν (pro Πέτρον) SLT
b. 11	Matth. 9, 8.	677	ἐφοβήθησαν (pro ἐθαύμ.) LT
12	Luc. 2, 40.	678	om. πνείματι LT
13	Rom. 1, 31.	679	om. ἀσπόνδους LT
14	Hebr. 12, 18.	680	ζόφῳ (pro σκότῳ) LT
15	Hebr. 12, 28.	681	μ. εὐλ. καὶ δέους (pro μ. αἰδοῦς κ. εὐλ.) LT
c. 16	Matth. 28, 9.	682	om. ὡς δὲ ἐπορ . . . . μαθ. ἀ. LT
17	Marc. 14, 70.	683	om. κ. ἡ λαλία σ. ὁμοιάζει LT
18	Luc. 4, 2.	684	om. ὕστερον (K) LT
d. 19	Matth. 26, 59.	685	om. καὶ οἱ πρεσβύτεροι LT^0
20	Marc. 8, 1.	686	om. πάλιν πολλοῦ (pro παμπ.) LT^0
21	Marc. 14, 51.	687	om. οἱ νεανισκοὶ LT^0
22	Act. 10, 11.	688	om. δεδεμένον καὶ LT^0
23	1. Cor. 8, 7.	689	συνηθείᾳ (pro συνειδήσει) LT^1
e. 24	Matth. 5, 22.	690	om. εἰκῆ LT
25	Matth. 19, 17.	691	τί με ἐρωτᾷς περὶ cett. (pro τί με λέγεις) LT

26	Matth. 19, 20.	692	om. ἐκ νεότητος LT
27	Matth. 22, 44.	693	ὑποκάτω (pro ὑποπόδιον) LT
28	Matth. 23, 5.	694	om. τῶν ἱματίων ἀ. LT
29	Matth. 28, 2.	695	om. ἀπὸ τῆς θυρᾶς LT
30	Marc. 7, 31.	696	ἦλθε διὰ Σιδ. (pro Σιδ. ἦλθε) LT
31	Marc. 10, 50.	697	ἀναπηδήσας (pro ἀναστὰς) LT
32	Marc. 13, 33.	698	om. καὶ προσεύχεσθε LT
33	Marc. 15, 4.	699	κατηγοροῦσι (pro καταμαρτ.) LT
34	Luc. 8, 48.	700	om. θάρσει LT
35	Luc. 10, 11.	701	εἰς τοὺς πόδας LT
36	Luc.18, 25.	702	τρήματος βελόνης (pro τρυμ. ῥαφ.) LT
37	Luc. 22, 14.	703	om. δώδεκα LT
38	Io. 13, 24.	704	καὶ λέγει ἀ. εἶπε τίς ἐστι (pro πυθ. τίς ἄν εἴη) LT
39	Io. 17, 12.	705	om. ἐν τῷ κόσμῳ LT
40	Io. 19, 2. 3.	706	add. καὶ ἤρχοντο πρὸς ἀ. LT
41	Act. 4, 24.	707	om. ὁ θεὸς LT
42	Act. 9, 12.	708	om. ἐν ὁράματι LT
43	Rom. 7, 18.	709	οὔ (pro οὐχ εὑρίσκω) LT
44	Rom. 9, 11.	710	φαῦλον (pro κακὸν) LT
45	1. Cor. 1, 15.	711	ἐβαπτίσθητε (pro ἐβάπτισα) LT
46	Gal. 4, 7.	712	κληρ. διὰ θεοῦ (pro θεοῦ δ. χρ.) LT
47	Hebr. 3, 9.	713	ἐν δοκιμασίᾳ (pro ἐδοκίμασάν με) LT
48	2. Io. 9.	714	προάγων (pro παραβαίνων) LT
f. 49	Matth. 11, 2.	715	διὰ τῶν μαθ. (pro δύο τ. μ.) LT
50	Luc. 8, 54.	716	om. ἐκβαλὼν ἔξω πάντας LT
g. 51	Matth. 26, 3.	717	om. καὶ οἱ γραμμ. LT

52	1. Cor. 3, 4.	718	οὐκ ἄνθρωποί ἐστε (pro οὐχὶ σαρκ.) LT
53	1 Tim. 6, 13.	719	ζωογονοῦντος (pro ζωοποιοῦντος) LT
54	Eph. 6, 1.	720	om. ἐν κυρίῳ LT^{1}
55	Tit. 2, 5.	721	οἰκουργοὺς (pro οἰκουροὺς) LT^{0}
h. 56	Marc. 1, 16.	722	παράγων (pro πεϱιπατῶν) LT
57	Matth. 27, 34.	723	οἶνον (pro ὄξος) LT^{0}
i. 58	Matth. 10, 3.	724	θαδδαῖος (om. λεββ. ὁ ἐπικλ.) LT^{1}
59	Luc. 10, 41.	725	θορυβάζη (pro τυρβάζη) LT^{1}
60	Luc. 17, 24.	726	om. ἐν τῇ ἡμέρᾳ αἰτοῦ LT^{1}
61	Luc. 24, 42.	727	om. καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου LT^{1}
62	Act. 20, 1.	728	add. καὶ παρακαλέσας LT^{1}
63	Act. 23, 9.	729	τινὲσ (pro οἱ γρ. τοῦ μέρους) LT^{1}
64	Act. 24, 1.	730	πρεσβ. τινων (pro τῶν πρ.) LT^{1}
65	Act. 27, 16.	731	καῦδα (pro κλαύδην) LT^{1}
66	Rom. 10, 15.	732	om. εἰρήνην τῶν εὐαγγ. LT^{1}
67	Rom. 15, 19.	733	om. πν. ἁγίου (pro π. θεοῖ) LT^{1}
68	Rom. 15, 31.	734	δωροφορία (pro διακονία) LT^{1}
69	Gal. 4, 14.	735	πειρ. ὑμῶν (pro π. μοῦ) LT^{1}
70	2. Thess. 3, 16.	736	τόπῳ (pro τρόπῳ) LT^{1}
71	1. Io. 3, 1.	737	add. καὶ ἐσμὲν LT^{1}
72	Ap. 1, 5.	738	λύσαντι (pro λούσαντι) LT^{1}
73	Ap. 17, 17.	739	om. καὶ ποιῆσαι γν. μίαν LT^{1}
74	Matth. 15, 26.	740	οὐκ ἔξεστι (pro οὐκ ἐ. καλὸν) LT^{2}
75	Matth. 24, 7.	741	om. λοιμοὶ LT^{2}
76	Marc. 15, 8.	742	ἀναβὰς (pro ἀναβοήσας) LT^{2}

77	Matth. 20, 34.	743	om. αὐτων οἱ ὀφθαλμοὶ LT^0
78	Marc. 9, 42.	744	μύλος ὀνικὸς (pro λίθος μυλ.) LT^0
79	Marc. 12, 4.	745	κἀκ. ἐκεφ. κ. ἠτίμησαν om. ceatt. LT^0
80	Marc. 13, 8.	746	om. καὶ ταραχαί LT^0
81	Luc. 2, 5.	747	om. γυναικί LT^0
82	Io. 1, 52.	748	om. ἀπάρτι LT^0
83	Io. 6, 51.	749	om. ἣν ἐγὼ δώσω LT^0
84	2. Cor. 3, 1. fin.	750	om. συστατικῶν LT^0
85	Iac. 1, 19.	751	ἴστε pro ὥστε LT^0
j. 86	Matth. 11, 23.	752	μὴ . . . . ὑψωθήσῃ (pro ἡ . . . . ὑψωθεῖσα) L
87	Matth. 24, 36.	753	add. οὐδὲ ὁ νἱὸς L
88	Matth. 25, 18.	754	λαβὼν add. τάλαντον L
89	Matth. 12, 14.	755	add. εἶπε οὖν ἡμῖν L
90	Luc. 3, 16.	756	add. εἰς μετάνοιαν L
91	Act. 4, 17.	757	om. ἀπειλῇ L
92	Act. 6, 9.	758	om. καὶ ἀσίας L
93	Act. 7, 18.	759	add. ἐπ' αἴγυπτον L
94	Act. 20, 24.	760	λόγον ἔχω οἰδὲ π. (pro λ. π. ὁ. ἔ.) L
95	Act. 25, 18.	761	add. πονηράν L
96	Act. 27, 8.	762	ἄλασσα (pro λασαία) L
97	Rom. 8, 28.	763	ὁ θεὸς L
98	Rom. 10, 17.	764	ῥήμ. χρισταῦ (pro ῥ. θεοῦ) L
99	2. Cor. 11, 3.	765	add. καῖ τῆς ἁγνότητος L
100	Eph. 1, 11.	766	ἐκλήθημεν (pro ἐκληρώθημεν) L
101	Col. 3, 21.	767	παροργίζετε (pro ἐρεθ.) LS
102	1. Thess. 2, 7.	768	νήπιοι (pro ἤπιοι) L

103	Hebr. 9, 14.	769	add. καὶ ἀληθινῷ L
k. 104	Rom. 5, 1.	770	ἔχωμεν (pro ἔχομεν) SL[1]
l. 105	1. Cor. 8, 8.	771	ἐὰν μὴ φάγ. περ . . . ἐὰν φάγ. ὑστ. (inv. ordine negat.) L[2]
m. 106	Matth. 17, 26.	772	λέγει αὐτῷ ἀπὸ (om. ὁ Πέτρος) T
107	Matth. 23, 26.	773	om. καῖ τῆς παροψίδος T
108	Marc. 14, 24.	774	om. καινῆς T
109	Marc. 10, 21.	775	om. ἀρας τὸν σταυρὸν T[1] (L)
110	Marc. 13, 11.	776	om. μηδὲ μελετᾶτε T[0] (L)
n. 111	Io. 5, 3.	777	om. ἐκδεχομ . . . . .νοσήματι T (K)
112	2. Cor. 10, 12. 13.	778	om. οὐ συνιοῦσιν. ἡμεῖς δὲ T[1]
o. 113	Luc. 2, 42.	779	om. εἰς ἱεροσίλυμα T
p. 114	Matth. 11, 16.	780	ἃ προσφωνοῦντα τ. ἑτέροις T (pro καὶ προσφωνοῦσι τ. ἑταίροις)
115	Marc. 7, 24.	781	om. καὶ σιδῶνος T
116	Luc. 5, 36.	782	add. σχίσας T
117	Luc. 12, 25.	783	om. μεριμνῶν et ἕνα T
118	Luc. 12, 27.	784	πῶς οὔτε νήθει οὔτε ὑφαίνει T (pro π. αὐξάνει. οὐ κοπιᾷ ὁ. ν.)
119	Luc. 24, 3.	785	om. τοῦ κυρίου ἰησοῖ T
120	Io. 5, 13.	786	ἀσθενῶν (pro ἰαθεὶς) T
121	Act. 11, 12.	787	om. μηδὲν διακριν. T
122	Marc. 8, 26.	788	ὕπαγε εἰς τ. οἶκον σοῦ καὶ μηδ. εἰπῇς T[1]
123	Marc. 9, 34.	789	om. ἐν τῇ ὁδῷ T[1] (L)
124	Marc. 10, 12.	790	ἐξελθῇ ἀπὸ τ. ἀ. καὶ γαμήσῃ ἄλλον T[1]
125	Marc. 10, 32.	791	om. καὶ ἀκολ. ἐφοβοῦντο T[1]

126	Luc. 7, 11.	792	om. ἱκανοὶ (L) T^1
127	Luc. 12, 14.	793	κριτὴν (pro δικαστὴν ἢ μερ.) T^1
128	Luc. 12, 47.	794	om. ἑτοιμάσας μηδὲ T^1
128	bis. Luc. 21, 15.	τ. 8	ἀντιστῆναι om. caett. T^1
129	Io. 11, 31.	795	δόξαντες (pro λέγοντες) T^1
130	Io. 13, 32.	796	om. εἰ ὁ θεὸς ἐδοξ. ἐν αὐτῷ T^1
130	bis. Hebr. 7, 13.	P. 271	πρόσεσχε T^1
131	Matth. 23, 19.	797	om. μωροὶ καὶ (L) T^2
132	Luc. 24, 36.	798	om. καὶ λέγει ἀ. εἰρ. ὑμῖν T^2
133	Act. 2, 16.	799	om. ἰωὴλ T^2
134	Hebr. 13, 10.	800	om. ἐξουσίαν T^2
135	Marc. 12, 30.	801	om. ἐξ ὅλης διαν. σοῖ T^0
136	Iac. 1, 3.	802	om. τῆς πίστεως T^0
137	Luc. 24, 52.	803	om. προσκυνήσαντες et κ. εἰλογ. T^3
q. 138	Matth. 11, 8.	804	om. ἱματίοις (L) T
139	Marc. 9, 28.	805	om. in fine: ὅτι οὐκ. ἀκ. ἡμῖν T
r. 140	Ap. 3, 3.	806	om. καὶ ἤκουσας καὶ τήρει M
s. 141	Matth. 26, 60.	807	om. primum καὶ οὐχ εὗρον M
142	Marc. 1, 5.	808	om. ποταμῷ
143	Marc. 1, 27.	809	τίς ἡ διδ. ἐκείνη ἡ καινὴ αὕτν ἡ ἐξ.
144	Marc. 2, 7.	810	τί οὗτος οὕτω βλασφημεῖ
145	Marc. 3, 29.	811	ἁμαρτίας (pro κρίσεως)
146	Marc. 6, 36.	812	ἀγορ. ἑαυτοῖς τί φαγεῖν caett. om.
147	Marc. 12, 29.	Z. 29	πάντων πρώτη
148	Marc. 13, 18.	813	ἵνα μὴ χειμ. γένωνται (om.ἡ. φ. ἱ.)
149	Marc. 15, 12.	814	ποιήσω βασιλεῖ (pro ὃν λέγ. β.)

150	Luc. 4, 5.	815	ἀναγ. ἀ. εἰς ὄρος ὑψ. λίαν.
151	Luc. 6, 2.	816	ἔξεστι (om. ποιεῖν ἐν τ. σαββ.)
152	Luc. 7, 10.	817	τὸν ἀσθενοῦντα (om. δοῖλον)
153	Luc. 7, 28.	818	om. tot. λέγω ὑμῖν . . . . οὐδείς ἐστι
154	Luc. 9, 55. 56.	819	add. priorem vers. om. post. S
155	Luc. 11, 43.	820	add. κ. τὰς πρωτοκλισίας ἐν τ. δειπνοῖς (L)
156	Luc. 11, 54.	821	ἐνεδρ. κ. ζντ. ἀφορμὴν τ. λαβεῖν ἀ. ἵνα εἴρωσι κατηγ.
157	Luc. 15, 22.	822	ταχέως add.
158	Luc. 17, 33.	823	ζωογονήσαι (pro σῶσαι)
159	Luc. 19, 45.	824	πωλοῦντας καὶ ἀγορ. (om. εν αὐτῳ)
160	Luc. 22, 4.	825	om. καὶ τοῖς στρατηγοῖς
161	Luc. 23, 34.	826	om. ὁ δὲ ἰησοῦς . . . ποιοῦσιν (L)
162	Io. 1, 27.	827	om. ὁ ὀπίσω μ. ἐρχ. ὃς ἔμπρ. μ. γέγ.
163	Io. 1, 36.	828	ὀ αἴρων τ. ἀμ. τ. κόσμου add.
164	Io. 7, 50.	829	ὁ ἐλθὼν πρ. ἀ. νυκτὸς τὸ πρῶτον
165	Act. 2, 47. ss.	830	καθ' ἡμέρον Ἐν δὲ τ. ἡμ. ταύταις Π.
166	Act. 5, 37.	831	πολὺν (pro ἱκανὸν)
167	Act. 7, 17.	832	ἐπηγγείλατο (pro ὤμοσεν)
168	Act. 10, 30.	833	νηστεύων προσευχ. ἀπὸ ἕκτης ὥρας ἕως τ. ἐνάτης
169	Act. 18, 7.	834	τίτου (pro ἰούστου)
170	Act. 18, 26.	835	τὴν ὁδὸν τ. κυρίου (pro τ. θεοῦ)
171	Act. 20, 18.	836	add. ὁμόσε ὄντων αὐτῶν

172	Rom. 11, 1.	837	add. ὃν προέγνω (L)
173	1. Cor. 2, 1.	838	μυστήριον (pro μαρτύριον)
174	1. Cor. 11, 24.	839	θρυπτόμενον (pro κλώμενον)
175	1. Cor. 15, 51.	840	οἱ πάντες μ. οὖν κοιμ. οἱ πάντες δὲ ἀλλ.
176	2. Cor. 12, 1.	841	καυχᾶσθαι δεῖ οὐ συμφέρει
177	Eph. 4, 19.	842	ἀπηλπικότες (pro ἀπηλγ.)
178	Eph. 4, 29.	843	τῆς πίστεως (pro τ. χρείας)
179	Col. 1, 12.	844	τῷ καλέσαντι (pro τ. ἱκαν.)
180	1. Tim 6, 7.	845	ἀληθὲς (pro δῆλον)
181	Hebr. 12, 7.	846	εἰς παιδείαν ὑπομένετε (pro Eἰ π. ὑ.)
182	Hebr. 13, 21.	847	ἐν παντὶ ἀγ. (om. ἔργῳ)
183	Ap. 21, 6.	J. 161	γέγονα ἐγὼ τὸ A.
t. 184	Matth. 5, 11.	848	εἰπ. πᾶν πον. καθ' ὑ. ψευδόμενοι
u. 185	Ap. 5, 5.	J. 202	ὁ ἀνοίγων τὸ β. caett. om. MT
186	Io. 10, 8.	J. 215	ἦλθον πρὸ ἐμοῦ G^0KLT
v. 187	Matth. 27, 33.	U. 25	ὃ ἐστὶ κρανίου τόπος T^0
w. 188	Ap. 2, 5.	K. 240	om. τάχυ LT
189	Marc. 14, 45.	J. 227	ῥαββὶ semel LT^0
190	Luc. 2, 14.	T. 328	ἐν ἀνθρ. εἰδοκίας LT^0
191	Marc. 11. 1.	G. 46	om. εἰς βηθφαγῆ LT^0
192	Act. 5, 24.	Plant.	om. ὅ τε ἱερεὺς LT^0
193	Act. 13, 45.	Z. 48	λαλουμένοις βλ. LT^0
194	Act. 21, 25.	Z. 128	κρίν. φυλάσσ. αὐτοὺς τὸ LT
195	Act. 25, 5.	B. 29	εἴ τι ἐστὶν ἄτοπον ἐ. τ. ἀ. LT^0
196	Hebr. 4, 2.	J. 222	συγκεκερασμένους LT^0

197	Apoc. 3, 7.	J. 137	ὁ ἀνοίγων κ. οὐδεὶς κλείσει κλείων κ. οὐδεὶς ἀν. LT[0]
198	Apoc. 20, 9.	J. 218	om. ἀπὸ τ. θεοῦ LT
x. 199	Matth. 21, 30.		ὑπάγω (pro ἐγὼ)
200	Luc. 11, 53.	P. 281	οἱ φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ
201	Rom. 7, 6.	X. 20	τοῦ θανάτου
202	1. Cor. 15, 47.	Y. 40	add. οὐράνοις (om. κύριος)
203	1. Tim. 1, 4.	M. 258	οἰκοδομήν.

§ 8. EDITIO ALTERI.

20.* VIENNAE typis Io. Thomae nob. de Trattnern. 1786. 1787. 2 t. 8.

Peculiaris editionis huius indoles dubium mihi moverat haesitanti an pro instituto meo in hoc opere recensere eam deberem. Est enim proprie codicis alicuius singularis Vindobonensis apographon (Lambecii I. Nesselii XXIII. Evv. 218. Act. 65. Paul. 57. Apoc. 33), quod editor Franc. Carolus Alter professor gymnasii Vindobonensis simpliciter typis sese mandasse ait, iis tantum ad ed. Rob. Stephani 1546 mutatis quae manifeste ex librariorum incuriai mendose scripta fuerint. Verum ut taceam de nonnullis lacunis istius codicis in textu Apocalypseos quas editor ex alio supplevit subinde ipse in mendorum numerum refert et audacter suo marte exsulare iubet optimas lectiones, quibus expulsis sane librum suum codicis unici apographon dicere iam non debuit. Ex. gr. invito suo codice Matth. 7, 14. (J. 219) scribit ὅτι, C. 10, 8. (A. 24) inserit νεκροὺς ἐγείρετε C. 26, 74. (A. 14) vitium putat καταθεματίζειν, C. 27, 35. (A. 18) addit locum ex V. T.; Marc. 9, 45. 46. versus integros addit quos apud recentiores perquam breviores videbimus; C. 12, 29. (Z. 29) damnat πρώτη πάντων, ibid. v. 32 addit θεὸς (A. 20); ibid. v. 33 addit καὶ ἐξ ὅλης τ.

[191]

ψυχῆς quod etiam Tischendorfio displicuit; Luc. 7, 31. (D. 42) addit εἶπε δὲ κύριος; Io. 2, 17. (G. 57) damnat καταφάγεται, Act. 3, 20. (G. 58) vitium dicit προκεχειρισμένον, C. 5, 36. expellit προσεκλήθη (U. 19); Rom. 11, 6. addit glossema in codice omissum (Z. 23), idem facit C. 14, 6. (Z. 112); 2. Cor. 7, 10. (A.9) addit comma etiam a Complutensibus omissum; Gal. 5, 19. (Z. 25) addit μοιχεία, et v. 21 φόνοι (Z. 61); 1. Thess. 2, 8. damnat ὁμειρόμενοι (R. 311); Hebr. 12, 20. addit glossema (J. 175), item ultimum comma in 1. Petr. 4, 14. (Z. 37); Apoc. 11, 1. addit καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει (J. 149) et v. 2 dumnat ἔξωθεν (J. 150 coll. X. 23). Quibus addi poterunt innumeri loci ubi codex ille vocabula quaedam omittit nou semper fortasse ex mera incuria scribentis, vel alias orthographiae leges sequitur quam quae editori placuerunt.

Quae quum ita sint Alterum officio editoris non fideliter et legitime functum esse nemo est qui negabit, textumque eius non ad documentorum critieorum seriem pertinere, qualia nostris temporibus plurima typis exscripta sunt, sed saepius ad alios fontes et pro iudicio autoris conformatum esse recte dicemus. Itaque et hunc librum in hanc meam supellectilem retuli.

Caeterum Alteri editio etiam hoc nomine incommoda dicenda est et absurde disposita, quod plurium aliorum codicum graecorum latinorumque lectiones et slavonicorum in calco additas non ad vulgatum aliquem textum sed ad hunc Vindobonensem contulerit et singulorum codicum variantes seorsim descripsorit ita ut si quis iis uti voluerit vicies fere vel tricies librum diversis locis evolvero cogatur. Quae omnia iam olim notarunt Michaelis Nov. Bibl. v. 122 et Eichhornius Bibl. 11. 102.

Formam textus Alteriani accuratius indagare supervacaneum duco satis habεns eius rationem ad alias editiones collati paucis exposuisse. Atque hic non nullius momenti erit quod cum Complutensi editione 767 locis consentiat, quanquam plures eius lectiones quos codex offerebat pro vitiosis eiecerit, 152 aliis contra eam faciat cum Elzeviris, quorum lectionem 820 locis exhibet, denique octogies et semel ab utraque discedat. In quibus rarius eam scripturam praebet quam Griesbachius tuetur, saepius Lachmannianam, in plane singularibus nonnunquam cum Colinaeo, frequentius cum Matthaeio consentit. Lectiones quas noster vel primus vel solus dat paucissimae:

a. 1.	Marc. 14, 32.	(U. 8)	ἕως ἂν ἀπ. προσείξωμαι
2.	Act. 2, 47. ss.	(Θ. 165)	καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλ. Πέτρος
3.	Act. 19, 39.	(849)	περαιτέρω (pro περὶ ἑτέρων) LT^{0}
4.	Phil. 3, 16.	(V. 27)	τὸ αὐτὸ φρ. τῷ ἀ. κανόνι στ.

5.	1. Thess. 2, 12.	(U. 33)	om. παρτυρούμενοι
6.	Hebr. 10, 2.	(J. 125)	ἐπεὶ οὖν ἂν
7.	Ap. 1, 4.	(J. 198)	ἀπὸ τοῦ θεοῦ ὁ ὢν
8.	Ap. 2, 3.	(S. 321)	om. καὶ ὑπομονὴν ἔχεις caett. ut Cpl.
9.	Ap. 13, 10.	(J. 152)	εἴ τις αἰχ. ἀπάγει εἰς αἰχ. ὑπάγει

[192]

10.	Ap. 16, 2.	(R. 310)	add. ἄγγελος etiam ad primum
11.	Ap. 17, 8.	(J. 186)	καίπερ ἔσται
12.	Ap. 16, 3.	(Λ. 23)	ψυχὴ simpliciter
13.	Ap. 22, 11.	(J. 212)	om. ὁ ῥυπ. ῥυπ. ἔτι.

Rarioribus Alteri lectionibus adnumerandae etiam Colinaei V. 19; Wellsii v. 86. Harwodii Θ 9. 35. 44. 98. 140. 183. Matthaei Ξ 2 - 8.

[193]

CAPUT XV. EDITIONES GRIESBACHIANAE.

Io. Iac. Griesbachii, viri immortalis memoriae, labores in emendando textu N. T. graeco collocatos et apud aequales et apud posteros summas laudes meruisse nemo est qui nesciat. Cuius tam splendidum evasit nomen in his studiis ut non solum, quae alii ante eum neque minus diligenter neque minus feliciter tentarunt, gloria eius excellentiori quasi cooperta sint, sed etiam quae ipse in aliis literarum partibus praestitit oblivioni tradita. Clarissimo Semlero autore, quo in ediscenda historia magistro usus erat, haec sibi potissimum castra iuvenis admodum elegit et ex itinere per Germaniam Galliam Britanniam facto simul subsidiorum

copiam et ad studia critica alacrem animum domum reportavit. Quibus deinceps per quadraginta annos tam constanter incubuit ut quo tempore e vivis excessit criticorum princeps haberetur, et nunc quoque, maxime apud exteros, ipse nulli secundus, pauci illi aequales aestimentur.

Griesbachii studia primum in colligendis lectionibus variantibus posita erant, quas partim ex codicibus nondum aut minus accurate collatis conquisivit, partim ex versionibus et patribus nunc diligentius examinatis, ex quibus praesertim Philoxenianam et Gothicam, tum Origenis scripta nominare lubet. Multo magis tamen rei criticae consuluit Bengelii Semlerique vestigia legens in historia textus indaganda, ubi veterum testium fanulias constituit, Alexandrinam, Occidentalem, Byzantinam, ex quarum vario consensu, adhibitis tamen quibusdam criticis legibus ex interna lectionum indole derivatis, harum dignitatem maxime aestimandam docuit. Quae viri summi doctrina hodie textus graeci editoribus iam minus placet, multaque ei subesse dicuntur quae neque ex historia rerum neque ex criticis rationibus omnino commendanda videantur, et in eo potissimum a vero tramite eum aberrasse consentiunt, quod textum receptum, qualis eo tempore usu veniebat, sibi fundamento posuerit, a quo non nisi iis in locis discessit quae manifeste vitiata habebat. Verum si postea

[194]

alii vel audaoius vel felicius opus illud retractarunt, Griesbachius illorum fuit antesignanus qui profligatis theologorum praeiudicatis opinionibus scientiae castra et tutiora et latius patentia vindicavit. De quibus si plura desideraveris adeas quaeso Michaelis Introd. I. 836, eiusdem biblioth. T. IX. X., Ernestii bibl. theol. T. XIV. p. 33, Eichhonii Introd. v. 304. Alios infra ad singulas editiones laudabimus. Griesbachii vitam ipse recitavi in Herzogii encyclopaedia theologica. Caetera eius scripta huc pertinentia haec sunt: De codicibus evv. Origenianis 1771; Curae in historiam textus epp. Paulinarum 1777; Symbolae ad supplendas et corrigendas varias N. T. lectiones, P. I. 1785. P. 11. 1793; Commentarius criticus in textum N. T. 1794 ss. opus imperfectum duo priora evangelia sola illustrans. Quae laudatores temporis acti contra Griesbachium disputarunt (e. gr. Ioach. Hartmann, ad institutum Gr. textum N. T. mutaudi monita Rost. 1775) hodie merito oblivioni tradita sunt.

Tres Griesbachii recensiones textus graeci N. T. distinguo, de quibus iam sigillatim dicendum. Quae in 929 locis inter se omnes consentiunt, in 71 reliquis varie discrepant.

§ 1. EDITIO GRIESBACHII PRIMA.

1.* HALAE ap. I. Iac. Curt. 1774. 1775. 8.

[Libri historici N. T. gr. P. I. sistens synopsin evv. Matthaei, Marci et Lucae 1774. P. 11. sistens ev. Io. et Acta app. 1775. - N. T. gr. vol. II. epistolas et apocalypsin complectens 1775.]

2.* HALAE ap. I. Iac. Curt. 1777. 8.

[N. T. gr. Vol. I. Evv. et Acta complectens 1777. Vol. II. Epp. et Apoc. 1775.]

* Idem opus. 4.

* HALAE ap. I. Iac. Curt. 1776. 8.

[Synopsis evv. Matthaei; Marci et Lucae.]

Quae non sunt quatuor editiones diversae sed una eademque, hac tamen exceptione facta ut tria priora evangelia bis et diverso modo typis exscripta sint, primum synoptice (1774 et novo titulo 1776), tum sigillatim (1777), caetera omnia, atque adeo etiam Ioannes et acta, semel tantum (1775), quamvis id non diserte indicetur. Exemplar meum sub N. 2 laudatum olim E. F. C. Rosenmülleri fuerat. Quod vero forma quaternaria expressum notavi id sola chartae amplitudine ab altero distinguitur.

Textui binis (si synopsin exceperis) columnis exarato apparatus satis amplus, non tamen integer, in margine inferiori subiieitur. Inter utrumque media in pagina notantur tum lectiones vulgatae quibus eiectis editor melioros minoribusque typis exscriptas textui inseruit, tum aliae plus minus commendandae quua tamen vulgatis praeferre non ausua est, eaeque pxo sua

[195]

varia aestimatione et forma modo addendae modo omittendae modo receptis substituendae variis signis distinguuntur. Praefatio huius editionis paucis exponit quam rationem in concinnandis tabulis synopticis, novo fere conamine, sequutus sit autor; deinde quam methodum quasque leges in elaboranda textus sacri recensione observaverit, denique quem tenuerit modum in colligendis variantibus. De his omnibus noster summa cum modestia disserit et criticae suae artis primas tantum lineas ducit, apparatum maxime a Wetstenio mutuatus sed propriis curis auctum.

Supra iam dictum est Griesbachium hanc sibi legem scripsisse ut textum Elzevirorum suo constituendo fundamenti loco poneret. Ex quo factum est ut saepius uterque consentiret quam pro fama editoris hodie aliquis suspicaretur. Sed nemo unquam, quod sciamus, audivit Griesbachium in locis tantum non omnibus in quibus lectionem vulgarem mutavit alios antiquiores vel duces vel certe praeeuntes habuisse, rarius vero novam viam ingressum esse. Nempe in hac prima eius recensione habentur lectiones Elzevirianae 665, aliorum 265, novae 55. In reliquis 15 locis dubius haeret binasque lectiones alteram alteri in ipso textu superponit. Quod ad 265 illas attinet quae ante Griesbachium iam in editionibus fuerant, 94 habuisti in catalogo Complutensium (ubi in margine notatas facile reperies, maxime sub lit. A. novem, in BCDGH. viginti, in J. quinquaginta, in K. decem, quibus adde U. 14. 15. 18. 25. 26, ubique non computatis iis quae per Stephanum iam ad Bezam pervenerant) ; 24 fuerant Erasmicae ($M^{ad.}$ $Q^{bde.}$ $R^{ef.}$ $S^{b.}$ $T^{e.}$ tum J. 125. 149. 228. 232. K. 236. 244. P 265. 273. 275. 276. 286. 292. U. 10); quatuordecim Colinaei (V. 11. 15. 26. 32. 38. 39. 40. 42. 45. 48 - 52); tres Stephanicae (W. 6. 7. 11); tres Bezanae (X. 29. 32. 47); una Toinardi (τ. 5), quadraginta et novem Wellsii ($Y^{abc.fghi.lmpqz}$); quadraginta et tres Macii ($Z^{abcdejot}$), septendecim Bengelianae (Γ^{aehk}), duae Wetstenianae (Δ, 2. 4), una Brylingeriana (β, 17), una Vignonii (a. 1574), sex antiquae contra Stephanum aut Bezam restitutae (W. 17. 21. 34. X. 20. ἐ. 2. 3). Quibus 258 accedunt septem loci in quibus Griesbachius postea leotionem mutavit (Cpl. A. 5. 23. 24. G. 52. J. 162. - Erasm. $R^{g.}$ - Steph. W. 12).

Novae lectiones Griesbachianae hae sunt, quarum eas quas Bengelius in margine probaverat (signo β. apposito) vel Harwoodius eodem fere anno in textum receperat, literis b. et H. notamus.

Λ. a.1	Matth. 8, 31.	850	ἀπόστειλον ἡμᾶς LT (pro ἐπιτρ. ἡμῖν ἀπελθεῖν)
2	Matth. 15, 8.	851	om. ἐγγίζει μοι caett. bHKLT
3	Matth. 18, 35.	852	om. τᾶ παραπτ. αὐτῶν HLT (K)
4	Matth. 20, 6.	853	om. ἀργοῦς HLT (K)
5	Marc. 1, 2.	Z. 62	ἐν ἡσΐᾳ τῷ πρ. bHKSLT
6	Marc. 1, 2.	854	ἔμπροσθέν σου om. HSLT (K)
7	Luc. 8, 34.	J. 81	γεγονὸς HSLT
8	Luc. 11, 29.	855	om. τοῖ προφήτου bHLT (K)
9	Luc. 22, 12.	A. 21	ἀνάγαιον bHKSLT

10	Luc. 24, 49.	856	om. ἰερουσαλὴμ HLT (K)
11	Io. 6, 69.	Z. 125	ὁ ἅγιος τοῖ θεοῦ HLT
12	Io. 9, 11.	857	εἰς τὸν σιλωὰμ HLT (pro ἐ. τ. κολ. τ. σ.)
13	Act. 8, 10.	858	add. καλουμένη HSLT
14	Act. 8, 18.	859	ἰδῶν HSLT (pro θεασάμενος)
15	Act. 11, 28.	860	om. καίσαρος HSLT (K)
16	Act. 18, 5.	861	λόνῳ bHK^{2}SLT (pro πνείματι)
17	Rom. 7, 14.	862	σαρκινὸς HSLT (pro σαρκικὸς)
18	Rom. 8, 1.	Z. 65	om. μὴ κατὰ σάρκα . . . ad fin. HSLT (K)
19	1. Cor. 2, 4.	863	om. ἀνθρωπινης HSLT (K)
20	2. Cor. 2, 10.	V. 23	ὃ κεχάρ. εἴ τι bHKSLT
21	Phil. 3, 16.	V. 27	om. κανόνι τὸ ἀ. φρονεῖν LT
22	1. Io. 4, 3.	864	om χρ. ἐν σαρκὶ ἐληλ. HLT
23	Ap. 16, 3.	865	ψ. ζωῆς HK^{2}LT (pro ζῶσα)
24	Matth. 8, 32.	866	εἰς τ. χοιροὶς, om. secundo τ. χοιρῶν HLT^1
25	Marc. 1, 16.	P. 278	ἀμφιβάλλοντας c. sing. bHKSLT^1
26	1. Thess. 3, 2.	Z. 132	συνεργὸν τ. θεοῦ HLT^2
27	Marc. 14, 15.	J. 214	ἀνάγαιον bHKSLT^0
28	Matth. 20, 22. 23.	Z. 90	om. bis. βάττ. caett. HLT (K)
b. 29	Matth. 26, 60.	Θ. 141	om. secundum οὐχ εἶρον T (L)
30	Marc. 5, 40.	867	om. ἀνακειμένον HT (KL)
31	Luc. 4, 18.	τ. 4	om. ἰάσασθαι συντ. τ. καρδ. HT (KL)
32	Io. 1, 27.	Θ. 162	om. ὃς ἔμπρ. μου γέγ. T (L)
33	Act. 15, 18.	J. 95	γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος om. caett. ST
34	Col. 2, 2.	Z. 67	θεοῦ om. caett. ST^2
35	Ap. 6, 11.	Γ. 9	ἐδόθη αὐτοῖς στολὴ caett. MST^2

c. 36	Gal. 6, 15.	868	ἐν γᾶρ Χρ. Ἰ. οὔτε . . . . ἐστί bHKSL (pro . . . . . ἰσχύει)
d. 37	Matth. 10, 23.	869	add. κἂν ἐκ τ. διώκωσιν caett. H (L)
38	Matth. 23, 8.	Z. 41	καθηγητὴς (om. ὁ Χρ.) (K)
39	Marc. 4, 24.	870	om. καὶ προστεθ. ὑ. τ. ἀκούουσιν H
40	Marc. 6, 16.	871	οὗτος ἠγ. ἐκ τ. ν. om. ceatt. HS (L)
41	Luc. 21, 15.	τ. 8	ἀντειπεῖν ἢ ἀντιστ. K
42	Act. 17, 5.	J. 97	προσλαβ. δὲ οἱ ἰουδ. om caett. K[b]
43	Rom. 6, 12.	Z. 120	om. αὐτῇ ἐν τ. ἐπιθ. ἀ. K[a]
44	Ap. 16, 2. - 17.	Γ. 10	om. ἄγγελος ubivis exc. post δεύτερος MS
e. 45	Marc. 1, 21.	872	om. εἰσελθὼν T2
46	Marc. 5, 15.	873	om. τὸν ἐσχηκ. τ. λεγ. bHT[1]
f. 47	Io. 20, 16.	874	add. ἑβραϊστί HST (L)
48	1. Petr. 4, 14.	875	add. καὶ δυνάμεως HMSL
g. 49	Marc. 9, 38.	Θ. 139	om. utrumque ὃς et ὃτι οὐκ ἀκ. ἡ.
50	Luc. 1, 29.	876	om. ἰδοῦσα et ἐπὶ τ. λόγῳ
51	Luc. 9, 55. 56.	Θ. 154	om. utrumque comma LT
52	1. Cor. 9, 10.	V. 41	ὁ ἀλ. τῆς ἐλπ. ἀ. μετ.
h. 53	Matth. 23, 14.	N	om. tot. vers. cum κατεσθίετε LT
i. 54	Marc. 6, 33.	J. 75	συνεδρ. καὶ ἦλθον ἐκεῖ caett. om.
j. 55	Iud. 25.	877	add. διὰ Ἰ. Χρ. τ. κ. ἡμῶν bHK

[197]

Haec sunt omnia quae in prima hac editione nova deprehendi e meo millenario numero. Verum coactaneis multo plura videbantur quippe qui dudum Plantinianis editionibus uti desierint, Colinaeum autem et Wellsium et Macium omnino ignorarent.

Supersunt quindecim loci in quibus ut diximus Griesbachius dubius haerebat, ita ut lectori potius iudicium permittere maluerit quam ipse aliquid temere de iisdem statuere.

Λ. k. 56	Matth. 26. 26.	O^b	εἰλογήσας Cpl. Elz. - εἰ χαριστήσας Er.
57	Marc. 3, 29.	Θ. 145	χρίσεως vett. - ἁμαρτίας bH
58	Io. 19, 14.	Γ. 31.	ἕκτη vett. - τρίτη bH
59	Eph. 4, 16.	Y. 82.	μέρους vett. - μέλους bHT[1]
60	Luc. 2, 33.	Q. 294.	ἰωσὴφ Cpl. Elz. - ὁ πατὴρ Er.
61	Rom. 12, 11.	U. 4.	κυρίῳ Cpl. Elz. - καιρῷ Er.
62	Matth. 23, 25.	J. 220	ἀκρασίας Er. Elz. - ἀδικίας Cpl.
63	Luc. 6, 9.	J. 79.	ἀπολέσαι Er. Elz. - ἀποκτεῖναι Cpl.
64	1. Tim. 1, 4.	M^b	οἰκοδομίαν Er. Elz. - οἰκονομίαν Cpl. St.
65	Ap. 15, 3.	J. 209. Z. 71.	ἐθνῶν Cpl. - αἰώνων Mace
66	Matth. 19, 17.	Θ. 67.	τί με λέγεις caett. vett. - τί με ἐρωτᾶς περὶ caett. bH
67	Act. 20, 28.	B. 27. Δ. 4.	τοῦ θεοῦ vett. - τοῖ κυρίου H
68	Rom. 15, 19.	Θ. 67.	πν. θεοῖ vett. - πν. ἁγίου H
69	1. Tim. 3, 16.	Δ. 9.	θεὸς vett. - ὃς LT
70	Iac. 2, 18.	V. 39.	ἐκ vett. - χωρὶς b. etc.

Denique addendum pericopam Io. 7, 53. - 8, 11. item verba suspecta Io. 5, 3. 4. obelis notata esse.

Cf. de hac ed. principe Ernestii Bibl. theol. XIV. p. 33. 98. Michaelis Bibl. IX. 44. X. 52. Danzig. Ber. nov. ser. VII. 264 etc.

3.* LIPSIAE sumtibus Fr. Tr. Merkeri. 1805. 8.

Novum Testamentum e Griesbachiana recensione nova versione latina illustratum, indice brevi (marginali) praecipuae lectionum et interpretationum diversitatis instnictum, cura et studio Henrici Augusti Schottii tum temporis doctoris privati in academia Lipsiensi postea professoris Ienensis. Primam hanc Schottianam plures aliao sequutae sunt quas infra suo loco recensebo. Cf. Gabler J, für auserl theol. Lit. III. 159. Annales theol. 1808 p. 3.

§ 2. EDITIO GRIESBACHI SECUNDA.

4. * HALAE Sax. ap. I. I. Curtii haeredes. Londini ap. Pet. Elmsly caett. 1796. 1806. 2 t. 8.

* HALAE Sax. ap. I. I. Curtii haeredes etc. 1796. 1806. 8.

Ecce primarium et celebratissimum editoris opus in quo post amplius viginti annos quidquid ipae interim propria industria

[198]

quidve alii plures excussis codicibus collectisque variantibus ad rem criticam promovendam contulerant summa cura collegit et digessit. Scilicet praestantissimi codices Alexandrinus Cantabrigiensis Boernerianus iam typis descripti ad manus erant, item collationes ditissimae ab Altero Birchio Matthaeio Adlero aliis institutae et evulgatae, et, quod non infimo loco aestimandum, virorum doctorum suffragia talibus studiis favere coeperant quae olim multis suspecta et detrectanda videbantur. Itaque hic apparatus multo emendatior et locupletior exhibetur, prolegomena fusius de textus vulgo recepti originibus et autoritate disputant,

caeteraque rei criticae capita tractant. Forma libri a priore nihil mutata. Exemplar libri in quaternis expressum sola chartae amplitudine ab altero differt.

Textum vero ipsum post tot tantosque labores non saepius a scriptura primae recensionis discrepare non immerito miraberis. Scilicet in hac nostra habentur lectiones Elzevirianae 648, aliorum 293, novae 59, ot numerus locorum nostrorum ita sollicitatorum quinquageniarum vix excedit. Singula paucis absolvi potemnt: Elzevirianam repudiat vicies et sexies (recepta Compl. $E^{Ggj.}$ $L^{c.}$ $T^{c.}$ J. 159. 194. 204. 218. 224. 225. 231. Erasmica R^{b}.; veteri W. 24; Wells. Y. 28. 29. 31; Macii Z. 24. 25. 87. 119; Beng. Γ. 7. 19; Wetst. Δ. 5 et duobus novis $Λ^{l}$), Complutensem bis (pro Er. A. 24 et nova Λ. 76), Erasmicam semel (pro Comp. R^{g}); quater ad vulgatam redit (a Compl. A. 5 et X. 18, et deserta sua ipsius nova $Λ^{e}$), semel sua nova relicta restituit Complutensem $Λ^{h}$), semel ab eadem transit ad Colinaeum (Λ. 52); lectiones suas olim commendatas $A^{gj.}$ iterum ex parte mutat; denique in quindecim illis locis ubi dubius haeserat ($Λ^{k}$) iam facit vel cum Elzeviris (5- 59), vol cum Erasmo (60. 61), vel cum Complutensibus (6 - 65), vel denique novam servat (6 - 70).

Novae lectiones secundae recensionis Griesbachianae hae sunt :

Λ.I. 71.	Io. 6, 58.	(Z. 124)	om. τὸ μάννα HT(K)
72.	1. Petr. 1, 23.	(878)	om. εἰς τὸν αἰῶνα SLT(K^{2})
m. 73.	Marc. 9, 38.	(Λ. 49)	restituit ὅτι caett. om. ὃς caett.
74.	Luc. 1, 29.	(Λ. 50)	restit. ἐπὶ τ. λόγῳ om. ἰδοῦσα HT
75.	Luc. 9, 55. 56.	(Λ. 51)	restit. prius commaom. post. HS
76.	Ap. 6, 1. 5. 7.	(J. 141)	ἔρχου κ. ἴδε S (v. 3 Cpl.)
n. 77.	Iud. 25.	(Λ. 55)	add. πρὸ παντὸς τ. αἰῶνος servato priore additamento SLT.

Cf. de hac editione diaria theol. Haenleinii IX. 1, Scmidtii I. 601, Schleusneri IV. 509, Gableri HI. 27 etc.

5.* HALAE Sax. ap. I. I. Curtii haeredes. 1797. 8.

Synopseos Griesbachianae editio II. omnino quoad textum ad laudatum opus conformata cuius tamen apparatum non integrum recipit. Ordinem sectionum rarius mutat, in historia passionis pericopas Ioanneas caeteris addit.

[199]

6.* LONDINI inpensis I. Makinlay et Cuthel et Martin (exc. Collingwood et Socii Oxonii). 1809. 2 tomi, 8.

Splendidum apographon editionis Griesbachianae secundae hactenus mutatum ut textus lineis integris, notae per binas columnas exscriberentur quod sane oculis multo magis arridet quam quod Halensis liber contrarium obtulerat.

7.* LONDINI impensis F. C. et I. Rivington, I. Cuthel (et aliorum) typis R. et A. Taylor, 1818. 2 tomi. 8.

Editio repetita praecedenti addens praefatiunculam editoris anonymi Londinensis quae lectores docet additamenta editionis Halensis suis locis hic inserta esse. Quod tamen iam in priore factum fuerat. Praemittitur praeterea Griesbachii praefationi tabula lectionum editionis Lipsiensis a. 1805 a textu huius maioris discrepantium. Externa forma utrique libro britannico eadem.

8.* LIPSIAE sumtibus F. T. Maerkeri. 1811. 8.

Editio Schottii secunda in omnibus primae similis, forma tamen paullo maior. Textum iam sequitur Griesbachianum qualem exhibebat secunda summi critici editio paucis ex mente novi editoris vel emendatis vel e priori editione servatis. Scilicet vulgarem lectionem retinet olim ipsi Griesbachio probatam: E. 43. Γ. 19. Z. 87; eidem adstipulatur Θ. 25; tum Griesbachii primae adhaeret R. 317. Novas habet Π. 13 et Θ. 145.

9.* LIPSIAE sumtibus F. T. Maekeri. 1825. 8.

Tertia Schottii editio in versione latina multum mutata est, in graeco archetypo nonnunquam sed parcius. Praecedentis lectiones peculiares omnes retinet praeter unam (E. 43), semel redit ad primam Griesbachianam (V. 41), quater ad Elzeviros (Er. G. 57. Cpl. R. 313. vett. contra Y. 6. ε. 14). Habet tamen et alia quaedam iam nonnullis ante Griesbachium probata: Y. 86. Z. 39. 41. 60. 125. Δ. 3. Θ. 52. Θ. 8.

10.* CHRISTIANSTADII typis et sumtibus societatis Schmidtinae. 1834. 8.

Novi Testamenti graeco-latini ex editione Schottiana in usum iuventutis descripti cura P. I. Boeklin titulum ox bibliotheca Upsaliensi mecum communicavit olim V. D. Car. Hultcranz. Iam post multas ambages ipsum volumen possideo, nactu difficillimum ut quasi hyperboreis draconum antris eripiendum dixeris. Sod adfuit quaerenti pro Sigurdo vir summus C. E. Scharling, theologus Hafiensis celeberrimus, cuius benevolae sedulitati meis rebus humanissime prospicienti hoc in nostris regionibus unicum

[200]

exemplar acceptum refero. Praefatio adest nulla, versio latina secundo volumini reservata est quod non habeo. Typi non mali, saltem charta meliores. Textus ex Schottiana IIL a. 1825 simpliciter descriptus est.

11.* BEROLINI sumptibus Fr. Laue. 1827. 8.

Editionem Griesbachii tertiam dicit hanc editor Vir Clar. David Schulzius in academia Vratislaviensi olim theologiae professor et de re critica non parum moritus scriptor. Tertia autem non nisi eo nomine dici poterat quod secundae apographon erat et ratione manualium librorum mox recensendorum non habita. Non tamen absolutum est opus cuius primum tantum volumen evangelia complectens prodiit praefatione novi editoris ornatum, cum apparatu critico aucto emendato melius disposito. Textus bis tantum mutatus est ex ipsius Griesbachii autoritate, scil. Matth. 18, 19. (E. 43) legitur πάλιν λέγω quod Gr. in omnibus suis editionibus praeter secundam tuetur, et Marc. 4, 18. (A. 23) scribitur ἄλλοι εἰσὶν quod saltem in edd. Lipsiensibus exstat. Cf. ALZ. 1829. II. 481 - 524. Wineri diar. th. IX. 65.

§ 3. EDITIO GRIESBACHII TERTIA.

12.* LIPSIAE sumtibus G. I. Goeschen. 1803 - 1807. 4 tomi. fol.

Editio omnium quae exstant speciosissima chartae nitore, formae amplitudine, typorum elegantia. Dolendum tamen typothetam, qui et unciales ad formam cursivarum quas dicunt redigere voluit salva earum magnitudine, nativum literaturae graecae tenorem minus feliciter mutasse. Etiam variantes margini adscriptae libri minime criticis usibus destinati textus maiestatem imminuere videntur. Sunt eae selectae tantum et literulis nonnullis Bengelio praeeunte pro sua dignitatc distinctae et aestimatae. Unumquodque volumen imagine aeri incisa insignitum ex celeberrimis Dresdensis pinacothecae tabulis depicta, Domini Nostri, b. Virginis, Ioannis et Pauli Apostolorum. Exemplar meum etiam ex ligatura pulcherrimum.

Textum Griesbachius iam tertia vice recognovit et ita constituit ut deinceps sub eius nomine laudari consuevit. Quam recognitionem Lipsiensem dicunt Viri docti ut a priore Halensi distinguant, nominibus ex editionum locis natalibus repetitis. Quum autem hic toxtus Lipsiensis non ex hac nostra editione sed ex sequenti manuali vulgo innotuerit, in publicum emissa antequam maior illa fuerit absoluta, accuratiorem eius notitiam infra suppeditabo. Cf. de hac ed. diaria Gableri XII. 7. et nov. II. 136. IV. 391. Sohmidtii Bibl. VIII. 1.

13.* LIPSIAE sumtibus G. I. Goeschen. 1805. 8.

Est haec editio Griesbachii manualis usu tritissima, de qua modo dixi. Praemittitur conspectus potiorum observationum

[201]

criticarum et regularum ad quas autor iudicium suum de discrepantibus lectionibus conformavit. Margini inferiori adscribuntur variantes selectiores variis signis ad iudicium illud definiendum distinctae.

Haec editio a secunda non nisi undeviginti locis e nostro millenario numero differt. Sexies Griesbachius ad suam ipsius primam lectionem redit (a Compl. Mac. et Beng. ad Elz. E. 43. J. 159. 224. Z. 87. Γ. 19 et a sua ^{n} ad ^{j}); quater item ad textum receptum transit ubi duae priores consenserant (missis Compl. G. 52 et J. 162 et novis suis Λ^{f}) semel ad Erasmum reiecta vulgata (P. 291); quater novas adducit quas nos Bupra vidimus apud Toinardum (τ. 9) et Macium (Z. 86. 88. 89); quater denique talia habot quao antca nondum apparuerant in textu:

Λ. o. 78.	Marc. 4, 18.	(A. 23)	καὶ ἄλλοι εἰσὶν . . . οὗτοι ἐ. LT
p. 79.	Marc. 6, 33.	(J. 75)	συνέδρ. ἐκεῖ caett. om.
80.	Act. 25, 5.	(B. 29)	εἴ τι ἐστὶν ἐν τ. ἀ. caett. om. b
81.	Act. 27, 14.	(v. 43)	εὐρυκλυδὼν.

Iniquum sane foret si emendationum a Griesbachio in margine tantum propositarum nullm rationem haberem, quum potius vel eo nomine laudandus sit quod non immoderatius quam ipsius subsidia ferebant et audacius textum mutarit. Emendationes eiusmodi eo magis notandae quod pleraeque postea a viris doctis comprobatae fuerunt et nunc vulgatissimae sunt. Huc pertinent, praeter plurimas lectiones quas quum iam a Colinaeo Wellsio Macio Harwoodio receptae sint hoc loco recensere nolo, etiam nonnnllae in his schedis nondum propositae:

Λ. q. 82.	Matth. 18, 11.	(879)	om. tot. LT
83.	Marc. 3, 29.	(Θ. 145)	ἁμαρτήματος LT
84.	Act. 7, 17.	(Θ. 167)	ὡμολόγησεν LT
85.	1. Cor. 11, 29.	(880)	om. ἀναξίως LT
86.	1. Tim. 6, 11.	(881)	πραϋπάθειαν (pro πρᾳότητα) LT
r. 87.	Matth. 6, 15.	(882)	om. τὰ παραπτ. αὐτῶν T
88.	Matth. 6, 25.	(883)	om. καὶ τί πίητε T[0]
89.	Marc. 6, 51.	(884)	om. καὶ ἐθαύμαζον T (L)
90.	Marc. 8, 13.	(W. 20)	om. εἰς τὸ πλοῖον T
91.	Marc. 9, 3.	(885)	om. ὡς χιὼν T
92.	Luc. 19, 45.	(Θ. 159)	om. ἐν αὐτῷ κ. ἀγορ. T
93.	Luc. 23, 17.	(886)	om. tot. T (L)
94.	Io. 3, 15.	(887)	om. μὴ ἀπόληται ἀλλ' T (L)

95.	Io. 13, 2.	(888)	ἵνα παραδῷ ἀ. Ἰούδας (pro genit.) T
96.	Act. 18, 26.	(Θ. 170)	τὴν ὁδὸν (om. τοῦ θεοῦ) T^0
97.	1. Cor. 4, 13.	(889)	δυσφημούμενοι. (pro βλασφ.) T
98.	Gal. 6, 15.	(Λ. 36)	om. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ T
99.	Eph. 5, 22.	(V. 24)	om. ὑποτάσσεσθε bT
s. 100.	Luc. 11, 53.	(890)	om. λέγοντος usque ad αὐτοὺς, add. καὶ
101.	Luc. 11, 54.	(Θ. 156)	om. ἐνδερ. ἀ. ζντ. item ἵνα κατηγ. ἀ. (T)
102.	Gal. 4, 7.	(Θ. 46)	om. θεοῦ διᾶ χρ.
103.	Gal. 4, 14.	(Θ. 69)	om. pronomen post πειρασμὸν.

[202]

14. CANTABRIGIAE typis acadmicis, sumptibus W. Wells et W. Hillard. 1809. 8.

Cantabrigia illa non britannica est artium liberalium alma nutrix, sed nova quaedam et obscurior americana in dominio Massachusets, ubi Griesbachii editionem manualem typis denuo mandatam esse ex literis Edu. Robinsonii didici.

15.* LIPSIAE sumtibus G. I. Goeachm. 1825. 8.

Ultima haec N. T. Griesbachiani integri editio ex tertia (a. 1805) accuratissime sed paullo maiori forma expressa est.

16.* HALAE Sax, in officina libraria Curtiana. 1809. 8.

Synopseos Griesbachianae editio tertia emendatior et auctior. Scilicet auctior dicitur eo nomine quod passim vel citra historiam passionis pericopae ioanneae synopticis adiectae sunt

Textus ex editione Lipsiensi petitus, ita tamen ut hinc inde vel lectionem ipsam vel saltem signa sua critica editor mutaret Ex nostris locis huc tres tantum pertinent: Marc. 3, 32. ubi restituit 1. Compl. (G^{d}) nuper deletam, Marc. 6, 33. ubi redit ad primam suam ($\Lambda^{i.}$ cf. Λ^{p}) et Io. 20, 16. ubi reponit quod habuerat olim (Λ^{f})

17. * HALAE Sax. in officina libraria Curtiana. 1822. 8.

Eiusdem synopseos editio quarta et ultima ex praecedenti post Griesbachii obitum accuratissime descripta.

18.* LIPSIAE (sine nomine bibliopolae vel typographi). 1809. 8.

Continet haec editio textum Griesbachii Lipsiensem oum omnibus suis additamentis criticis, ipsis typis Goeschenianis expressum, et Schottii versionem latinam. Verum titulus in nomine loci mendax est, quod absentia nominis bibliopolae prodit, et iuncta diversorum editorum opera non sine fraude liber iste describit. Tribuitur hic liber Feichtingero cuidam bibliopolae Linziae in Austria degenti, cui fortasse Goeschenius typorum formas vendiderat, vel Lipsiae permiserat exercendas.

19. * BEROLINI impensis et typis G. Reimeri. 1818. 4.

Synopsis evangeliorum Matthaei, Marci et Lucao cum parallelis Ioannis pericopis cura Guil. Mart. Leber. de Wette et Friderici Lücke edita. Quae a reliquis eiusdem generis libris hactenus differt quod ea pars textus in qua tres evangelistae non eundem rerum et narrationis ordinem sequuntur ter descripta est, ut uniuscuiusque libri tenor subinde lectori exhibeatur. Textus cum ipsis signis criticis ex editione synopseos Griesbachianae anni 1809 desumptus est.

[203]

20.* BEROLINI impensis G. Remeri. 1842. 8.

Editio eiusdem synopseos secunda formae minoris et Lachmanniana varietate margini Griesbachianae addita auctior, in textu vero ipso describendo nusquam mutata. Exemplar

meum olim Ios. Gehringeri professoris Tubingensis fuit qui ipse eodem anno synopsin evangeliorum edidit de qua vide infra.

21. PHILADELPHIA. William Fry, Printer. 1822. 8.

Titulum describo ex O'Callaghani Bibliographia biblica americana: *The N. T. in greek and english, the greek according to Grieshach, the english upon the basis of the fourth London edition of the improved version, with an attempt to further improvement . . . in two volumes. By Abner Kneeland, minister of the first independent church of Christ, called universalist, in Philadephia. Published by the editor and sold by him.* - Idem ibidem et eodem anno textum Griesbachianum nudum, sino versione edidit, quod opus utrum ab altero distinguendum sit, quoad archetypon, nec ne me nescire fateor.

22.* LONDON, Taylor Walton et Maberly. 1860. 16.

* LONDON, Walton et Maberly. 1855. 16.

* LONDON, Henrv G. Bohn. 1859. 16.

Haec non solum una eademque editio est, verum etiam duo priores tituli in eodem volumine veniunt, quorum alter τῆν καινὴν διαθήκην alter *the four gospels* promittit. Cuius specialis formulae rationem eo minus assequor, quod totum N. T. uno tenore paginarum usque ad finem hic exhibetur, ita quidem ut initium Actuum cum ultimis versibus Ioannis eidem plagellae inscriptum sit. Porro is titulus qui annum 1850 refert secundam eamque emendatam emissionem profitetur. Equidem primae mentionem nusquam factam vidi. Patet ex his omnibus editionem esse stereotypam. Praemittuntur duo specimina codicum manu scriptorum, notitia historica de textu graeco N. T. eiusque fatis, tabula chronologica et breves in singulos libros ὑπολέσεις quarum autor, quisquis ille fuerit, satis exili doctrina instructus fuisse videtur. Textus, cui subiiciuntur selectae variae lectiones maxime Millii, Griesbachianus est ex editione Lipsiensi repetitus. A quo quater tantum editorem desciisse video. Scilicet finem ep. ad Romanos ad veterem formam restituit, duo glossemata Col. 1, 2. et 2, 2. a Griesbachio eiecta uncis inclusit, et Act. 25, 16. εἰς ἀπώλειαν omisit, quod plures iam antea fecisse infra ostendam (cf. Cap. XVII. § 2).

In exemplari meo recentiori exstat lexicon manuale graeco- anglicum ad N. T. in gratiam tironum a I. H. Bass adornatum.

23. BOSTON, Cummings Hilliard and Co. 1825. 8.

Quatuor evangelia ad textum Griesbachii expressa cum lexidio, in usum scholarum. Notitiam hausi ex O'Callaghani Catalogo.

24. NEW YORK, Fowler amd Wells. 1865.

Titulum mecum communicavit L. Heydenreich V. D. M. talem: *The emphatic diaglott containing ihe original greek text of what is commonly called the N. T. according to the recension of Dr. J. J. Griesbach, with an interlineary word for word english translation, a new emphatic version based on the interlineary translation, on the readings of eminent critics and on the various readings of the Vatican MS. together with illustrative and explanatory foot notes and a copious selection of references, to the whole of which is added a valuable alphabetical index by Bj. Wilson.*

CAPUT XVI. EDITIONES MATTHAEIANAE.

§ 1. EDITIO MATTHAEII.

1.* RIGAE impensis I. F. Hartknochii. 178- 1788. 8.

Editor Christianus Fridericus Matthaei Thuringus per aliquot annos in academia Mosquensi professor literarum humaniorum, postea collegii Misniensis rector, N. T. graecum ex codicibus Mosquensibus antea nunquam examinatis ita descripsit ut sibi leges proprias de textu constituendo faceret, quas sequutus, et posthabitis aliorum criticorum laboribus, imo satis invidiose repudiatis, propius ad vulgarom lectionem accessit quam virorum doctorum eius aetatis iudicium ferebat. Vulgatum est opus intra sexennii spatium duodocim voluminibus quorum unumquodque suo singulari titulo ornatum venit absque numero seriem referente. (1782 Epp. cath. Acta. Epp. ad Rom. Tit. Philem. tribus tomis; 1783 Epp. ad Corr.; 1784 Col. et Ebr., ad Gal. Eph. Phil. duobus tomis; 1785 Epp. ad Thess. et Tim. et Apocal. item duobus; 1786 Io. et Lucas similiter, denique 1788 reliqua duo evv.). Additur ubiquo textui archetypo versio vulgata, in octo prioribus tomis cum variantibus duorum codd. Mosquensium: praeterea adsunt ὑπολέσεις capitulationes, series lectionum ecclesiasticarum, scholia graeca in quibusdam libris satis ampla, specimina codicum MSS. plurima, disquisitiones non paucae dc locis insignioribus a criticis sollicitatis, prolegomena unicuique volumini praefixa de subsidiis

tum novis tum olim iam adhibitis, patrumque et recentiorum in rem criticam meritis, vel potius, si editorem audieris, facinoribus. Hic enim caeteros subinde atroci vecordia insectatur, Origenem textus corruptorem, Griesbachium stupidum ignarumque eiusdem restauratorem, omnes fere, qui in alias abierunt partes quam quae ipsi placuere, ranas et canes salutat, hoc maxime gloriatus quod nemo de grege novorum theologorum suam operam impuro ore contumeliosaque laude ausus sit comprobare.

[206]

Codices suos in plures classes divisit ex quibus illos maxime sequendos duxit qui textum purum et perpetuum continerent, posthabendos vel reiiciendos eos qui solas pericopas ecclesiasticas exhiberent vel textui scholia et commentarios adderent. Quum vero omnos fere illi codices, etiam optimi, ad familiam Byzantinam pertinerent utpote medio aevo Constantinopoli in Russiam perlati, facile intelliges textum inde eruendum a vulgari non multum diversum effici potuisse, hoc ipso quoque, fere eodem tempore, ex iisdem locis quamvis alia via in occidentem transmisso. Rarius ergo quam ullus recentiorum criticorum ab Elzeviris discrepat Matthaeius, qui fundamento posuit editionem Gregorii Oxoniensem a. 1703 Fellianae apographon (de qua v. Cap. XI. § 5) hinc inde e suis copiis mutandam. Plura vide in Rosenmülleri Lit. I. 414, Eichhornii Bibl. II. 305, Michaelis Bibl. XX. XXI. Bibl. nov. I. II. VI., Doederleinii Bibl. th. II. 321 etc.

Textus Matthaeii in hac prima editione servat lectionem Elzevirianam locis 779 aliis 209 talem recipit quam iam in libris antiquioribus invenimus, et non nisi duodecim reliquis novas habet. Adsunt lectiones Complutenses anti-Elzevirianae 137 quas in catalogo notatas reperies omnes, Erasmicae 25 (G. 59. J. 122. 125. 149. 216. 217. 228. 232. K. 236. $M^{d.}$ $O^{b.}$ $P^{cd.}$ 270. 288. $Q^{e.}$ $R^{bf.}$ $S^{be.}$ T. 329. U. 24), veteres decem contra W. 17. 20. 21. 23. 24. 34. X. 19. 20. 21. 28), Stephanicae duae (W. 7. 12), Colinaei quatuor (V. 38. 45. 50. 51). Praeterea consentit tricies et semel cum criticis saeculi superioris (Y. 50. Z. 1. 2. 3. 26. 29. 30. 46. 77. 93. 119. 122. 126. 134. Γ. 1 - 5. 11. 14. 19. 22. Δ. 3. 6. 7. Θ. 140. 185. Λ. 44. 48. denique Hutter. 1. Io. 5, 6. add. καὶ πν.). Quibus accuratius examinatis patebit Matthaeium in sola Apocalυpsi textum saepius mutasse, rarissime in Epistolis.

Lectiones Matthaeianae novae et peculiares hae sunt:

Ξ. 1.	Hebr. 12, 7.	(Θ. 181)	εἰς παιδείαν ἱπομ. LT^{0}
2.	Ap. 2, 13.	(P. 289)	ἐν τ. ἡμέραις αἷς T

3.	Ap. 4, 4.	(T. 346)	om. εἶδον T[2]
4.	Ap. 6, I. 5. 7.	(J. 141. Λ. 76)	ter ἔρχου καὶ ἴδε om. καὶ εἶδον
5.	Ap. 10, 2.	(J. 148)	βιβλίον
6.	Ap. 17, 16.	(J. 155)	κ. γυμνὴν ποιήσουσιν αὐτὴν
7.	Ap. 21, 7.	(J. 189)	δώσω αὐτῷ ταῦτα
8.	Act. 13, 23.	(P. 286)	ἤγαγε τῷ Ἰσρ. σωτηρίαν
9.	Act. 21, 25.	(Z. 128)	κρ. μηδεν το. τηρεῖν ἀ. τό τε
10.	Hebr. 10, 17.	(X. 48)	add. ὕστερον λέγει
11.	Ap. 9, 2.	(T. 333)	om. καὶ ἤνοιξε τὸ φρ. τ. ἀβ.
12.	Ap. 21, 26.	(T. 345)	add. ἵνα εἰσέλθωσι.

Quod Rom. 8, 34. omittitur ὃς ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τ. θ. vitio operarum factum est.

[207]

2. * WITTEBEBGAE (sine nomine bibliopolae et typographi). 1803.

CURIAE Variscorum ap. God. Ad. Grau. 1804.

RONNEBURGI ap. Aug. Schumann. 1807. 3 tomi. 8.

Secunda Matthaeii iam professoris Vitebergensis editio externa specie non uno nomine a prima differt. Exsulat hic vulgata latina; textus distinctio omnino ad ecclesiastica orientis exemplaria facta est, nempe praeter Eusebii, Euthalii et Andreae Caesariensis sectiones maiores et minores in margine notantur pericopae singulis diebus festis rite destinatae cum omnibus suis formulis solennibus, additis in fine synaxariis et menologiis. Lectiones variantes textui in unaquaque pagina subiectae ad modum Bengelii quinque literarum ope (ABCDE) in diversas classes distribuuntur ad aestimandam earum dignitatem et auctoritatem. Praefationes et excursus subsidia recensent criticaque aliorum studia maxime recentiorem truculentius perstringunt.

Vicies et quater lectionem in hac nostra mutat editor, sed in evangeliis nusquam. Scilicet septies redit ad Elzevirianam repudiata Erasmica G. 59. T. 329. X. 5, Stephanica X. 18. et sua nova Ξ. 9. 10. cum 1. Io. 5, 6; octies eandem deserit pro Complutensi J. 146. 151. 209. U. 33, pro Erasmica P. 291, cum Aldina 6, Colinaeo V. 11, Stephano W. 6; a Stephano ad Erasmum transit in S. 324; a sua Wetsteniana Δ. 3. ad Compl. U. 19; porro Act. 16, 3. cum Altero facit (α. 12); et Apoc. 21, 6. (Θ. 183) cum Harwoodio. Nova observavi haec:

Ξ. 13.	Act. 15, 18.	(J. 95)	ποιῶν ταῦτα πάντα om. caett.
14.	Ap. 1, 4.	(J. 198)	ἀπὸ θεοῦ ὁ ὢν (cf. α. 7)
15.	Ap. 13, 10.	(J. 152)	εἴ τις αἰχμαλωσίαν, ὑπ.
16.	Ap. 20, 5.	(J. 231)	om. primum comma tot.
17.	Ap. 2, 25.		ἀνοίξω (caett. ἂν ἥξω).

Sunt et alia nonnulla singularia quae tamen lubentius vitia operarum dixerim vel lapsus calami ex. gr. Marc. 1, 20. μαθητῶν pro μισθωτῶν, Rom. 12, 17. ἀντὶ καλοῦ pro κακοῦ etc.

§ 2. EDITIO PHARMACIDIS.

3.* Ἐν ΑΘΗΝΑΙΣ ἐκ τῆς τυπογραφίας Α. Αγγελίδου. 1842 - 1845. 7 tom. 8.

Theoclitos Pharmakides professor Atheniensis integrum Novum Testamentum cum commentariis Euthymii Zigabeni in Evangelia, Oecumenii in Acta et Epistolas, Andreae denique et Aretae in Apocalypsin edidit, ita ut textum Mosquensem i. e. Elzevirianum (v. supra pag. 113) ad Matthaeii ed. secundam passim corrigeret. In 97 locis ex millenario nostro numero lectionem vulgarem contra Matthaeii mentem servavit,

aliis vero huius vestigia legit novus editor, quod maxime in Apooalypsi, tum etiam saepius in epistolis fectum observavi. In eadem Apocalypsi in octo locos incidi ubi neuter illorum ducum viro doctissimo sese commendasse videtur, qui unde quam praetulit lectionem desumpserit ipso tacente dicere non possum. Gerte ex codice Aretae manuscripto aliquo habuisse minime putandus est. Concinit plerumque in his cum Bengelio et Griesbachio.

[209]

CAPUT XVII. EDITIONES GRIESBACHIO-ELZEVIRIANAE.

§ 1. EDITIO WHITII ORIGENISTICA.

1. OXONII ap. Sam. Collingwood. 1798. 12.

Ioseplius White theologus Oxoniensis in biblicis studiis non infimo loco ponendus, cui inter alia debetur splendida editio versionis Philoxenianae, quatuor evangeliorum textum methodo origenistica constitutum edidit, ita ut fdndamento poneret textum vulgarem Elzevirianum, cui inseruit additamenta Griesbachio maxime probata praemisso asterisci signo, glossemata vero eodem auctore resecanda praefixo obelo notaret. Caeteras variantes lectiones receptis praeferendas simpliciter margini adscripsit Textus hic igitur quoad illa additamenta mixtus dici potest, quoad signa critica et lectiones marginales Griesbachianus, per se autem, si additamenta deleveris, vulgaris. Librum in his terris rarissimum Stuttgardiae examinavi. Minus accurate de hoc libro Dibdinus p. 114 dicit editorem nusquam a textu recepto discedere.

§ 2. EDITIO AITTONI.

2. * LUGDUNI Bat. et Amstelodami ap. S. et I. Luchtmans et P. den Hengst et fil. 1809. 12.

Henricus Arnoldus Aitton verbi divini minister apud Zwolenses in usum scholarum hanc curavit editionem forma quidem Wetstenianas i. e. Leusdenianas referentem, quarum etiam signa lexilogica servat, textui tamen Leusdeniano Griesbachianum substituit paucioribus locis exceptis, maxime iis quae theologicam et polemicam aliquam famam nacta sunt, quibusque manum te-

merariam admoveri scholarum belgicarum orthodoxia vix passura videbatur. In titulo Leusdenii Griesbachiique nomina iunctim textus patroni lecturis commendantur.

Itaque lectio vulgata servatur Matth. 6, 13. (A. 16); Luc. 9, 55. 56. (Θ. 154); Cap. 11, 2. ss. (Δ. 2); Io. 1, 27. (Θ. 162); Act. 8, 37. (A. 6); Cap. 9, 5. 6. (A. 22); Cap. 13, 33. (Q. 304); Cap. 15, 18. (J. 95); Cap. 20, 28. (B. 27); Cap. 23, 9. (Z. 18); Rom. 8, 1. (Z. 65); Cap. 11, 6. (Z. 23); Cap. 13, 9. (B. 33); Phil. 4, 13. (Z. 84); Col. 2, 2. (Z. 67); 1. Tim. 3, 16. (Λ. 69); 1. Io. 5, 7. (S. 319). Tum quoquo in locis minoris momenti missis lectionibus Griesbachianis Compl. A. 12. 15. 23. J. 97. N. 261. Vign. Bis ab utroque fonte discedere editorem video: Io. 6, 69. (Z. 125. Λ. 11) ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, et Act. 25, 16. (Z. 45) om. εἰς ἀπώλειαν. Vitium sane videtur editori non tribuendum Hebr. 10, 34. δεσμίοις μου (Υ. 51) in hac familia tamen deinceps servatum.

3.* GLASGUAE excudebant Andr. et Iac. Duncan impensis Law et Whittaker Londin. 1817. 24.

Titulus textum Leusdenii et Griesbachii curis deberi dicit. Qui scilicet Aittonianus est exceptis quinque locis in quibus Griesbachianao lectioni vel vulgata praefertur (Er. C. 38. G. 54. Ald. 7. Cpl. R. 311) vel Complutensis (J. 214). Plures titulos Glasguenses exstare ex catalogis scio. Verum utrum omnes novae editiones sint an στερεοτύπως iteratae nescio. Tua facio quae habeo.

4. * GLASGUAE ex prelo academico impensis Rivingstons et Cochran caett. 1822. 24.

Typi iidem atque in praecedente, forma libri maior. Sunt enim paginae 430, praecedentis 483. Textus idem praeter unum locum Marc. 4, 18. ubi alterum οὗτοι εἰσίν deletum est.

5.* GLASGUAE typia et cura Hutchison et Brookman caett. 1830. 24.

* GLASGUAE typis et cura G. Brooκman impensis Th. Tegg Londini et R. Griffin et Soc. Glasg. 1832. 24.

* GLASGUAE typis et cura G. Brookman caett. 1836. 24.

Editio a prioribus Glasguensibus hactenus diversa quod textus non columnatim sed integris lineis expressus est. Paginae sunt 452, typi minutissimi. Habet lectiones praecedentis omnes, sed ter ab eadem discedit: Matth. 1, 18. restituit Griesbachianum (Vign.) γένεσις, C. 27, 33. ὃ pro ὃς (Ald. 7) et Hebr. 10, 34. vulgatum τοῖς δεσμοῖς μου (Y. 51). Plures titulos huius editionis exstare, vix mihi dubium, saltem unum anno 1830 antiquiorem fuisse suspicor, quum praefationem anonymus editor Kalendis Decembribus a. 1828 scripserit.

6.* CANTABRIGIAE typis acad. exc. I. Smith caett. 1824. 8.

Hic liber sola Acta App. continet oum notis variorum quibus suas adiecit Hastings Robinson Collegii D. Ioannis socius. Quem hoc loco recensco quod textus qualis hic exhibetur proxime ad Aittonianum accedit. In millenario nostro numero sunt loci 151 ex Actis repetiti quorum 99 nullam inter Griesbachium et Elzeviros varietatem praebent, in caeteris tricies et septies noster respuit receptam, duodecics eidem adstipulatur, item ter ubi ipse Griesbachius in prioribus suis editionibus eam retinuerat. Ex Aittonianis adsunt A. 6. 15. 22. J. 95. 97. Z. 18. non vero B. 27. Q. 304. Z. 45. Griesbachianae antiquiores sunt B. 29. Y. 43. Z. 86. Caeterae vulgares A. 25. R. 315. Y. 5. Z. 22. 80. Ex quibus patet editorem in retinendis vel reiiciendis Griesbachii lectionibus aliquatenus ex Bengelii auctoritate pependisse.

7.* LONDON published by Th. Hurst. (Glasgow, G. Brookman printer) 1834. 12.

In margine interiore adscribuntur radices graecae quas olim in usum tironum in suis libris adnotaverat Car. Hoole (Cap. VIII. § 3). Textui subiecit scholia anglica Thomas Smith Cantabrigiensis. Meum exemplar altero tomo mancum sola evangelia continet. Textus lectiones Aittonianas omnes exhibet sed praeterea plures Elzevirianas et a Griesbachio repudiatas: Cpl. A. 18. 19. 21. 23. J. 214. K. 252. Er. C. 38. G. 54. Vett. contra Y. 32. Z. 29. 75. 90. 116. 117. Θ. 25. Λ. 1. 3. 30. 39. - Marc. 6, 16. legit οὗτός ἐστιν, οὗτος ἠγ. - ib. 7, 26: συραφοινίσσα.

8.* LONDON, Iohn W. Parker. 1838. 16.

Editio sane solius bibliopolae curis vulgata. Quis enim vir doetus textum graecum N. T. in ipso libri titulo *Greek version* appellare potuerit, vix dicendum. Aittoniana tamen scriptura quinque

locis mutata, (Compl. A. 23. J. 214. - Elz.: G. 54. Ald. 7. R. 311) ita ut Glasguensi (a. 1822) omnibus fere numeris aequalis sit.

§ 3. EDITIONES SCHOLASTICAE PARISIENSES.

9.* PARIS chez Aug, Delalain. 1812. 12.

In Gallia ultimae fuerant editiones N. T. graeci eae quas a. 1715 et 1722 Parisiis dederant P. F. Emery et J. B. Brocas. Post integrum fere saeculum primus I. B. Gail professor literarum graecarum evangelia recudi curavit in usum scholarum. Caeterae enim partes codicis sacri in gymnasiis non legebantur, in seminariis theologicis catholicorum ne illa quidem graece.

[212]

Qualem editorem hic habeas ex praefatiuncula disces: *Encouragé par les suffrages flatteurs accordés à mon Théocrite, à mon Thucydide et à mon Xénophon, je travaillais à mon Hérodote, lorsque je fus informé qu'il n'existait pas à Paris un seul exemplaire de l'éloge d'Agésilas, de la vie de Sertorius et surtout du N. T. Fidèle à mon voeu de rémédier à la disette des livres grecs en France, je mis aussitôt la main à l'oeuvre. Non tam electus quam derelictus malui me quam neminem.* Praemittuntur textui prolegomena philologica ad lexilogiam et syntaxin sermonis graeci autorum sacrorum pertinentia satis dubiae scientiae, et notitia brevis de quatuor evangelistis, qualem graecae ὑποθέσεις olim dare solebant. Cuique evangello subiicitur annotationum trivialium farrago.

Textus ex Griesbachii editione manuali desumptus a qua tamen nonnunquam ad Elzeviros redit. Scilicet missa lectione Complutensi a Griesbachio recepta Erasmicam sequitur A. 14. 18. 19. J. 219. K. 247, repudiata hac illam restituit J. 232. U. 10, denique reiecta recentiori Z. 11. Voeg. Θ. 25. veterem tuetur. Semel ab utraque recensione desciscit Marc. 14, 15. ἀνώγαιον scribens (Compl. J. 214) quum tamen in loco parallelo Luc. 22, 12. Griesbachianum ἀνάγαιον servaverit.

10.* PARIS, Aug. Delalain. 1814. 12.

Editio simpliciter iterata charactere et minutiore et elegantiore expressa. In textu nil mutatum nisi quod in utroque loco modo laudato vetus et vulgatum ἀνώγεον redierit.

11.* PARIS de l'imprimerie d'Aug. Delalain. 1820. 12.

Hanc tertiam Gailii editionem evangelia στερεοτύπως ex praecedente repetentem non separatim hic collocarem nisi iam adessent Acta Apostolorum nunc primum quod sciam ab hoc editore sueto more illustrata. In his Elzevirianae lectiones Griesbachianis substituuntur hae: A. 6. J. 95. 97. Y. 28. 46. Z. 18. 86. Adest quoque Aittonianum Z. 45.

12.* PARISIIS apud Lefevre. Εξ τυπογρ . I. M. Εβεραρτου. 1824. 2 tomi. 32.

Editionem nitidam, habilem, subselliorum scholasticorum sordibus minime dignam curavit I. F. Boissonade professor literarum graecarum Parisiensis vir in sua provincia clarus. In praefatione Griesbachium antesignanum salutat in cuius tamen verba non semper iurare vult, vulgati quoque interpretis antiquissimi et plerumque boni rationem habiturus.

Re penitus examinata editorem a Griesbachii editione Lipsiensi non nisi 38 locis ad Elzeviros transiisse reperi (Cpl. J. 232. B. 311. S. 319. - Er. A. 6. 15. 18. 19. 22. B. 33. D. 41. G. 62. H. 69. J. 95. 97. 141. 170. 188. 204. 219. 225. K 247. U. 18. 26. -

[213]

Steph. W. 24. - Bez. X. 25. - vett. contra W. 7. Y. 10. 14. Z. 2. 30. 88. 118. Γ. 16. Λ. 11. 34. 41. 51. 81). Quorum plures et apud Gailium et Aittonum sic mutati occurrunt. Habet etiam nonnullos ab utroque fonte discrepantes lectiones quas ad fidem vulgatae versionis restituisse videtur: Matth. 12, 6. (A. 17) μεῖζον, Rom. 6, 12. (Z. 120) ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ KLT; Rom. 8, 1. (Z. 65) om. tantum ἀλλὰ κατὰ σάρκα; 1. Cor. 6, 20. add. καὶ ἄρατε(!), 1. Cor. 12, 2. (S. 318) ὅτι ὅτε, 1. Tim. 3, 16. (Δ. 9) ὅ. Versiculorum numeri graece expressi, item capitum robricae, quod non parum ad libelli elegantiam augendam confert .

13.* PARIS de l'imprimerie d'Aug. Delalain. 1827. 12.

Titulus quidem totum N. T. promittit sed non nisi Evangelia et Acta exhibentur graece et latine non columnis sed paginis binis expressa. Singuli libri proprio suo paginarum ordine distinguuntur ut separatim venire possint, probabiliter titulis quoque propriis insigniendi, qui

tamen in meo exemplari non adsunt. Huic scilicet in duos tomos distributo editor materias et titulos singulari ratione tribuit, priori Marcum Matthaeum et Ioannem, posteriori Lucam et Acta. Praeter textum et versionem nihil habes ex quo editionis fontem et consilium discere queas. Adsunt lectiones Elzevirianae iam a Gailio textui Griesbachiano obtrusae omnes quas et quales habuerant Evangelia a. 1814 edita, praeterea undecim aliae, nempe Erasmicae quinque $D^{c.}$ $G^{e.}$ N. $U^{bk.}$ et sex veteres contra W. 7. Y. 3. 52. Z. 75. Λ. 3. 25. In Actis vero decies et quater Gricsbachium deserit pro vulgata, scil. Erasm. A. 6. 22. J. 95. 97. Compl. P. 275. 286. Q. 304 et vett. contra Y. 28. 46. Z. 18. 86. Γ. 24. Λ. 15. Denique adest illa pluries iam in hac familia observata lectio Act. 25, 16. om. εἰς ἀπώλειαν.

14.* PARIS de l'imprimerie d'Aug. Delalain. 1830. 32.

Sunt duo tomi numeris non signati, prior in titulo promittit: *les quatre évangélistes et les actes des apôtres*, quem diu solum possedi, donec in secundum inciderim titulo omnino carentem. Fortasse separatim veneunt. Singulis capitibus praemittuntur argumenta gallice conscripta, evangeliorum capita iisdem etiam in minores sectiones dispescuntur. Textus evidenter Boissonadii est cuius omnes lectiones supra notatae adsunt. Redit praeterea nostra ad Elzeviros N. 261. R. 317. T. 327. U. 4. Y. 28. Z. 18. 20. 65. 86. Λ. 17. 39. - Iac. 3, 12. (Y. 55) inserta particula legitor ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ caeteris ad mentem Griesbachii servatis.

15.* PAPISIIS exc. Ambr. Firm. Didot. 1831. 24.

* PAPISIIS exc. Ambr. Firm. Didot. 1837. 24.

Editio minuscula elegans castigata bis mutato titulo repetita. Editor in fronte libri nominatur Brosset vir in literis orientalibus

[214]

doctus maximeque rerum Georgicarum curiosus, cuius in diario Societatis Asiaticae Parisiensis plures de iisdem commentationes legi eruditos non est quod moneam. Qui illustrissimo Gallorum typographo N. T. graecum edere cupienti textum Griesbachii Lipsiensem commendavit paucissimis locis mutatum, quem etiam in titulo prioris editionis palam fontom suum profitetur, non vero in posteriore. Scilicet uncis inclusit glossemata a Griesbachio repudiata Matth. 6, 13. et 1. Io. 5, 7. (A. 16. 8. 319); iisdem notavit quao Griesbachius maxime suspecta habuerat Io. 5, 3. 4. et 7, 53. - 8, 11. (Δ, 8. Θ. 111). Plura alia ad textum vulgarem reformavit a Griesbachio omissa: Matth. 27, 35. Luc. 4, 18. et 17, 36. Act. 8, 37. et 9, 5. 6. (A. 6. 18. 22. J. 232. τ. 4); porro deserit ducem suum J. 196. 188. R. 311. Γ.

26. Λ. 17; denique Matth. 27, 33. singulariter scribitur, nescio an vitio operarum: ὅτι ἐστὶ λεγόμενος κρανίου τὸπος (Ald. 7). Maxime vero mirandus editor in praefatione has textus vulgaris lectiones ex autoritate versionis Georgicae se restituisse affirmans quasi illa in re critica prae caeteris testibus audienda esset.

16.* PARIS, imprimerie et librairie classiques de Jules Delalain et Co. 1839 etc. 12.

Sunt in collectione mea quinque libelli textum graecum Evangeliorum et Actuum cum sectionum argumentis et annotatiunculis gallice conscriptis a G. Beleze, sed diversorum annorum, scil. Matthaeus 1852, Marcus 1849, Lucas 1860, Ioannes 1839, Acta 1848. Quos quum bibliopola omnes ex suo thesauro uno eodemque die mihi poscenti novos vendiderit, nescio utrum στερεοτυπῶς plus minus saepe pro necessitate repetitas esse partes singulas dixerim, an potius subinde a novo editore procuratas. Quocunque demum modo haec sese habeant, alia quoque de causa singularis horum libellorum conditio est. Quatuor posteriores fere simpliciter ex editione eiusdem officinae praecedenti (a. 1827) descriptae, cuius lectiones modo recensitae ad unam omnes adsunt additis sex aliis vulgaribus ibidem nondum comparentibus (contra Λ. 8. Y. 43. Z. 82. Λ. 13. 14. 51). Qualis vero ille Belezius criticus sit ex uno exemplo colliges. Ad Io. 1, 28. ubi cum Griesbachio βηθανίᾳ scribit, in margine notat, plerosque interpretes hanc lectionem mero librariorum errori tribuere pro qua Bethabara scribendum sit. Quod Act. 4, 36. ἰωσὴφ scribat, cave id doctiori eiusdem curiositati Lachmanniano libro insidenti tribuas; multo libentius coniecturam dixerim in usum tironum factam.

Matthaei textum plane alia methodo usus constituit. Si quid video ei ad manus fuit in hoc solo evangelio edendo exemplar Tischendorfianum ex iis quae ad vulgatam maxime conformata sunt. Nam ex 136 locis Matthaei ad nostrum millenarium numerum pertinentibus 105 sunt in quibus Tischendorfium sequitur, in his 29 ubi Lipsiensis criticus et Griesbachium et Elzeviros adversantes habet. Cum his contra Griesbachium et Tischendorfium non nisi ter facit. Sunt itaque lectiones in ev.

[215]

Matthaei sic distributae: EGT. 43. ET. 6. GT. 27. EG. 20. T. 29. 6. 8. E. 3. Singula recensere non attinet.

17.* TOULOUSE, Librairie de Delsol et Pradel. (Imprimerie de J. B. C. Darolles). 1840. 32.

Editionem minusculam nitidamque curarunt duumviri Timothée et Darolles quos theologos catholicos fuisse crediderim, solos fere scilicet qui nostris temporibus in Gallia textui graeco edendo studia sua impenderint. Videntur maxime Boissonadii editionem fundamonto posuisse cuius supra memoratas lectiones a Griesbachianis diversas omnes receperunt praeter duodecim (A. 15. 17. J. 97. S. 318. U. 18. Y. 10. Z. 118. 88. Λ. 11. 41. 81. et ridiculum illud 1. Cor. 6. 20). Etiam Brossetii librum adhibuisse videntur a quo praeter nonnullas etiam apud Boissonadium obvias mutuari potuerunt J. 196. Λ. 17. (Luc. 4, 18. Matth. 27, 33). - Verum his non contenti alibi saepius Elzevirianam restituerunt nescio qua maxime lege usi (Er. A. 13. 21. B. 29. G. 58. 60. J. 106. 134. 135. 138. 144. 156. 183. 198. 206. 210. 212. K. 245. M. 258. U. 14. 15. 30. - Cpl. K. 244. P. 286. R. 313. - W. 23. X. 22. Y. 5. 28. 55. Z. 5. 25. 30. 77. 80. Λ. 19. 23. 44. 71). Singularia habent Rom. 14, 9. καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέζησε (Z. 76. Π. 77. B. 34); Apoc. 22, 19. τοῦ βιβλίου (J. 193); Act. 25, 16. om. εἰς ἀπώλειαν (Z. 45).

18.* PARIS, Dezobry, E. Magdeleine et Ce. s. a. 12.

Huius editionis a Theobaldo Fix curatae Lucas et Acta tantum exstare videntur. Textus satis nitide expressus in plurimas sectiones summariis latinis instructas dividitur; versiculorum numeri simul vulgaribus et graecis signis praefiguntur. Scriptorae forma propius ad Griesbachianam accedit quam id in caeteris huius familiae libris vidimus. Scilicet in Evangclio ter tantummodo, in Actis septics ab hoc duce discrepat. Vulgarem lectionem tuetur B. 29 Er. P. 291. Cpl. W. 32. Y. 43. Λ. 51; uncinis utitur ubi Griesbachius deleverat A. 6. 15. 22; ab utroque fonte discedit S. 323. Er. Z. 45.

19.* PARIS, librairie classique d'Eugène Belin. s. a. 24.

Editor Aem. Lefranc qui de suo nihil fere addidit nisi brevissima nonnulla scholia in usum tironum, et argumenta capitam. Textus ad Boissonadii recognitionem omnino conformatus qua ter tantum descivisse hoc ἀπόγραφον deprehendi, semel Griesbachii lectione restituta, semel eadem pro Elzeviriana reiecta, semel denique uncis utramque lectoris iudicio permittentibus.

Plares libellos scholarum studiis destinatos et vel Lucae evangelium vel Acta apostolorum separatim continentes, quippe

quae N. T. partes in Lyceis gallicis fere solae puerorum manibus tradantur, hoc loco citra lectorum aut collectorum damnum praetermitto etsi non paucos meis copiis addendos curarim. Non enim rarae sunt tales editiones a variis bibliopolis Parisiensibus procuratae, modo argumentis capitum aut annotationibus trivialibus illustratae, modo sine omni additamento nudum textum exhibentes. Virorum doctorum nomina, si qui forte operam talibus navaverint, modeste tacentur.

§ 4. EDITIO GAILLARDI.

20.* GENEVE de imprimerie des successeurs Bonnant. 1813. 1814. 2 tomi, 12. *

LYON chez Rusand. 1821. 2 tomi. 12.

Editor F. Gaillard verbi divini minister apud Genevenses. Textus satis nitide expressus sine ulla praefatione aliove additamento. Lectiones Griesbachianae et Elzevirianae ita mixtae ut illarum 166, harum 181 adsint, quibus sigillatim enumeratis operae pretium vix fecerim. Rarissimo ex suo ingenio novam constituit editor: Marc. 7, 26. ($R^{g.}$ U^{b}) συραφοίνισσα, Luc. 4, 18. om. tantum τὴν καρδίαν (τ, 4), Apoc. 4, 4. om. solum τοὺς post εἶδον (T. 346); lectionem Erasmicam amplectitur (G. 51, complutensem J. 149. Lugdunensis liber non nisi titulo novus est.

§ 5. EDITIO DICKINSONII.

21. EDINBURGI . . . . . . 1817. 12.

EDINBURGI . . . . .1829. 12.

* EDINBURGI, Stirling et Kenney. 1835. 12.

Ex praetatione exemplaris quod ipse possideo apparet Adamum Dickinson a. 1817 prima vice N. T. ex singulari recognitione textus στερεοτύπως evulgasse cuis editionis plura exstare dicuntur apographa (*since which is has gone through several impressions*). Editioni anni 1829 praefatus est Guil. Duncan qui sibi nihil tribuit praeter lectionum variantium ampliorem farraginem ad calcem libri subiectam quam quae iam in editione Dickinsonii faerat. Ipsius vero Dickinsonii studium sive commentum intactum reliquit, qui ex autoritate virorum doctorum saeculi suporioris, quae erat imbecillior aetas philologorum, singulis paginis subiecit *voces ellipticas* i. e. vocabula a scriptoribus sacris omissa vel potius tironum in usum supplenda. Textus Elzevirianus est, ex ed. a. 1633 desumptus. Hanc tamen sibi legem scripsit editor ut glossemata a Griesbachio omissa uncis includeret. Praeterea nonnullis in locis ipsam Griesbachii lectionem recepit (Cplut. B. 35. G. 60. 61. J. 168. 231. L. 256. M. 258. Ald. 3. 7.

Col. V. 39. Gr. Λ. 76). maxime apertis Elzevirorum vitiis correctis (W°; X^h; ε. 2). Denique Act. 9. 35 stephanicum τὸν σαρωνᾶν exhibet.

[217]

§. 6. EDITIO VALPYI.

22. LONDON printed by A. I. Valpy. 1816. 3 t. 8.

Novum Testamentum angliois notis illustratum ab Edu. Valpy, qui illas in usum studiosae iuventutis ex antiquioribus potissimum soholiastis, saeculi XVII. philologis collegit. Variarum lectionum delectus textui subiunctus. Librum ipsum non vidi, sed ex iis quae de eo mihi rescripsit humanissimus A. Kuyper ex bibliotheca Lugduno-Batava eum cum editionibus sequentibus convenire colligo.

23.* LONDON printed hv A. I. Valpv. 1826. 3 t. 8.

Praemittitur huic secundae editioni, nescio an et primae, epitome libri apud Anglos aestimatissimi quem olim Middletonius ep. de graeco articulo scripserat. Opus ipsum amplum et elegans. Textus a Valpyo editus Bengelianus est, certe saepissime Bengelianum sequitur, vel in lectionibus plane singularibus, et non nisi sexaginta et quinque locis ab eo discedit, scilicet quinquies et quadragies lectione Griesbachiana recepta, quinquies et decies veteri vulgata, quinquies saltem uncis adhibitis Griesbachio proximus (A. 15. 18. 22. R. 316. S. 319). Observandum tamen lectionem Griesbachianam a nostro receptam iam a Bengelio in margine commendatam fuisse locis viginti duobus. De textu suo editor in praefatione ne γρὺ quidem: verum quum rem suam satis simplici negotio confecerit, singula curiosius persequi supervacaneum duco.

24.* LONDON printed by A. I. Valpy. 1831. 3 t. 8.

Duobis locis a. praecedenti discrepat, eidem caeterum et externa facie et quoad commentarium simillima, nisi quod hic paullulum auctus apparet. Scilicet Marc. 7, 26. Griesbachianum συραφοινίκισσα missum facit pro veteri Erasmico συροφοινίκισσα (R. 317) a suetis suis fontibus alieno; et 2. Petr. 2, 2. (K. 253) item a Bengelio et Griesbachio desciscit ad receptam.

25. LONDON printed by A. I. Valpy. 1836. 3 t. 8.

26. LONDON printed by A. I. Valpy. 1853. 3 t. 8.

Titulos ex catalogis variis librorum venalium describo.

§ 7. EDITIO WHITTAKERORUM.

27. * LONDINI in aedihus Valpianis. Venit apud G. et W. B. Whittaker. 1824. 12.

Textui binis columnis expresso praemittuntur passim singulorum librorum argumenta breviora, neque aliud quidquam

[218]

est quo a plurimis Anglorum libris manualibus distinguatnr. Datur vero hic recognitio textus critica ab omnibus quas adhuc recensuimus diversa, etsi re vera Griesbachio-Elzeviriana. Scilicet quum Griesbachii editio Lipsiensis ab Elzeviris locis 348 discrepet, nostra eum locis tantum 263 sequitur, octogies vulgarem scripturam tuetur, quinquies denique uncis usa media quasi via incedit. (Matth. 6, 13. 10, 23. 27, 35. Maro. 4, 24. 6, 11. - A. 16. 18. Z. 116. Λ. 37. 39). Vir doctus qui talem textum constituit nomen suum tacuit. Subiunctus est exemplari meo catalogus librorum ab iisdem bibliopolis editorum, in quo duae declarantur N. T. graeci editiones alterum *from the text of Griesbach and Valpy*, alterum *from the text of Leusden and Griesbach*. Utra ex his nostra sit dicere non ausim. Certe cum maiore Valpyana nihil fere commune habet. Dicitur autem in titulo *tertia*, ex quo patet plures extitisse vel omnino novas, vel stereotypice iteratas quae mihi sese nondum obtulerunt.

§ 8. EDITIO PATRITII.

28. FRIBURGI Brisgoviae, libraria Herderiana, 1853. 4.

Operi suo isagogico de evangeliis tribus libris duobusque voluminibus absoluto autor Franc. Xav. Patricius Soc. Ies. ipsum textum graecum splendide expressum inseruit, sed minus

lucide adornata synopsi. Textum ita constituit ut oum nulla alia editione omnino concinat, lectionibus Griesbachianis et Elzevirianis ea ratione mixtis ut illarum plures adsint quam harum, scilicet octoginta ex centum et septemdecim quae hic in censum veniunt.

§ 9. EDITIO GEHRINGERI.

29.* TUBINGEN bei Lud. Fr. Fues. 1842. 4.

Synopsis quatuor evangeliorum auctore Iosepho Gehringero theologiae catholicae professore Tubingensi. Textibus παραλλὴλοις multo lucidius quam in talibus libris fieri solet hic expressis selecta varietas lectionis subiicitur, praemittitur dissertatio de mutua qua inter se tenentur evangelistae ratione. Textum suum editor sic constituit ut trium ducum, Complutendium , Elzevirorum et Griesbachii, scriptura collata modo hunc modo illum sequeretur. Ex 395 locis huc pertinentibus 232 sunt in quibus illi consentiunt; vicies et octies vulgarem respuit lectionem Griesbachio et Complutensibus adstipulatus, undecies illam tuetur his reiectis; item vicies et novies cum Griesbachio contra Complutenses facit, et quinquagies et ter cum his contra illum. Decies et quater Griesbachium solum agnoscit, undevicies Hispanos Supersunt novem loca in quibus aliena introducit: O. 263,

R. 317* Θ. 3* 40* Λ. 1. Z. 125. (om.) Σ 62* 99* 199* (sine uncis). Tres priores lectiones ex Griesbachii margine petere poterat, asteriscis notatas iam a Lachmanno mutuari.

Cuius editoris doctrina quum alioqui haud spernenda videretur, non satis mirari potui eius audaciam qua contra omnium codicum fidem in Matthaei genealogia, ut seriem Isaidarum integram restitueret, inter Ioramum et Usiam suo marte trium regum nomina inseruit, tum, ut numerum quatuordecim generationum absolutum exhiberet qualem evangelista fuisse innuit, Iechoniam bis recensuit sic scribens : Ἰεχονίας δὲ ἐγ. τὸν Ιεχονίαν, Ιεχονιας δὲ ἐγ. τὸν Σαλαθιὴλ.

30.* PARIS, imprimerie et librairie classiques de Jules Delalain. 1854. 12.

Harmoniam hanc quatuor evangeliorum unicum et perpetaum textum exhibentem, non vero plures synoptice descriptos, pro instituti mei lege silentio praetermitterem, nisi me ipsius textus ratio plane singularis moveret. Libellus enim per se vix ullam laudem mereri videtur.

Quem autor P. Lacheze ab Archiepiscopo Parisiensi approbatum (nomen subscribente cel. Ludovico Bautain olim philosophiae professore Argentoratensi, postea Parisiensis dioeceseos vicario generali), ludis ecclesiasticis destinabat et annotatiunculis illustravit ex variis interpretibus catholicis satis infeliciter collectis. In serie pericoparum constitaenda Matthaeum ducem sibi elegit, cui Marcum et Lucam in plurinia brevioraque frusta discerptos quasi devorandos tradidit. Verum hoc non contentus singulorum, si qua exstiterit, discrepantiam facillimo negotio removit, nova aliqua et arbitraria narratione efficta, ex. gr. in historia resurrectiouis et alibi. Sic etiam, ut alia taceam, in catalogo discipulorum tredecim nomina recenset, ne vel Iudas Iacobi vel Lebbaeus alter alteri cedere cogeretur, quos commate interposito sedulo destinguit. Caeterum textum, quatenus ille ex tali confusione dignosci potest, fere eodem modo quo Gehringerus suum constituisse videtur editor, ideoque librum eius hoc potissimum loco recensendum putavi. Elzevirianus est fere totus, sed hinc inde receptis lectionibus Griesbachianis et Complutensibus variatus, quas nisi ex Gehringoro ipso petitas dicere malueris, vix ex alio fonto derivatas crediderim quam ex vulgatis libellis scholasticis Parisiensibus et catholica aliqua, fortasse Gratzii, editione, de qua tamen apud autorem altissimum silentium.

[220]

CAPUT XVIII. EDITIONES KNAPPIANAE.

Editionum Knappianarum familiam seorsim constituo etsi cum praecedenti Griesbachio-Elzeviriana in unam fundere potuissem. Quas enim novas et proprias lectiones commendant non adeo multae sunt, neque tam magni momenti ut peculiarem textus faciem referant, et nihil fere praebent in universum spectatae quam scripturam ex utroque fonte mixtam. Habent tamen aliquid quo a caeteris facile primo obtutu distinguantur, uncos dico uncinosve variae formae innumeros quibus usi et abusi editores dubia sua indicant de glossis vel addendis vel omittendis. Quibus sane id efficitur ut lector scripturae diversitatem statim agnoscat; sed hoc ad unam tantum variantium classem pertinet de quibus hoc pacto cuique ab editore iudicium ferendum permittitur, quod ipse sibi in caeteris omnibus classibus necessario reservat. Talis rei tractandae ratio, quam nemo vituperaverit si modice adhibeatur in locis paucioribus maximeque ambiguis, vix suffragia tulerit ubi tam frequenter tamque festinanter in auxilium vocatur. Caeterum, nisi omnia me fallunt, Knappius hoc potissimum sibi voluit ut Griesbachianae criticae audaciam praesertim in resecandis plurimis textus recepti vocabulis conspicuam cum usu vulgi conciliaret. Quod olim in Macio laudandum et fere necessarium, qui primus innumera glossemata expurgare adgressus modestius in hoc negotio procedere debuit; nunc vero, post tot aliorum labores et undique coacta testimonia, ut de omnibus aliis varietatibus, ita etiam de addendis omittendisve glossis sibi quisque iudicium sumere debet, suspectis in marginem reiectis.

§ 1. EDITIO KNAPPII.

1.* HALAE e libraria orphanotrophei, 1797. 8.

Georgius Christianus Io. Georgii filius Knapp, professor theologiae Halensis diem suum obiit a. 1826, vir in scientiis

biblicis doctus sobrius prudens et scriptis et lectionibus publicis clarus. Consilium ei fuit librum manualem in usum studiosorum edere, qui olim ex orphanotropheo editis substitui posset. Itaque apparatus critici operosam molem exsulare iussit, adscriptis in margine paucioribus variantibus, imo paucissimis, maiorem vero curam adhibuit corrigendae interpunctioni et orthographiae quas res vulgo ab editoribus neglectas in commodum interpretum attentius respicere voluit. Uncini, de quibus supra dictum est, non unius generis sunt. Simplices [ ] pro more verba suspecta includunt, duplices [[ ]] ea quae ipsi editori spuria videbantur. In calce libri additur recensus locorum V. T. in Novo commemoratorum, multa dubia immiscens multoque locupletior quam quem antiquiores libri plerumque exhibebant.

In tali textus recognitione singulas lectiones in quibus noster a fontibus suis discedit enumerare nimis curiosum foret, attamen in catalogis supra datis et has adnotavi. Scias Knappium in hac editione 813 locis cum Griesbachii secunda facere, sive is vulgarem textum sequatur, sive eundem deserat. In 65 locis repudiata Griesbachii lectione ad Elzeviros transit; in 110 aliis verba a Griesbachio expuncta uncis includit, quadragies et quinquies simplicibus, sexagies et quinquies duplicibus. Restant duodecim loci quorum ratio alia est. Quater enim suspecta habet et uncis includit verba quae Griesbachius servavit Matth. 10, 8. Io. 8, 9. 10. Act. 23, 15. (A. 24. R 290. Z. 86. 126) in quibus omnibus Macius exemplo praeiverat. Septies lectionem textui inserit a Griesbachio neglectam, a vulgata alienam, sed vel Macio, vel Wellsio, vel Bengelio Wetsteniove probatam (Io. 10, 8. Act. 5, 36. Rom. 2, 5. Tit. 1, 4. Philem. 7. Iud. 25. Apoc. 6, 11. - vide U. 17. J. 217. T. 54. Γ. 9. Δ. 3. Λ. 55. Θ. 186).

Superest unica lectio quam Knappianam dicere poteris a nemine antea expressam:

k. Matth. 8, 28. (Λ. Γερασηνῶν L.

2.* HALAE et Berolini e librariis orphanotrophei. 1813. 8.

Editio Knappii secunda nova praefatione aucta, typis paulo elegantioribus expressa, variantium lectionum copia aliquanto ditior. In textu constituendo iam maiori cum audacia progressus editor pressius Griesbachii vestigia legit. Quocum facit in locis 856; Elzeviris fidem servat tantum in 43, uncos suos adhibet in locis 84, vicies et quater dubium haesitantis, sexagies suspicionem damnantis exprimentes. Novae lectiones, nempe ab utroque fonte alienae, adsunt septendecim; Matth. 10, 8. ad Griesbachium redit, Matth. 5, 28. (G. 45) ad Compl., Apoc. 2, 3. et 7, 14. (Γ. 8. 11) ad Bengelium, Apoc. 10, 4. (Δ. 6) ad Wetstenium, Apoc. 6, 1. scribit cum Gr. ἔρχου καὶ ἰδέ, sequentibus versibus vero ter simpliciter ἔρχου (J. 141), caetera vide supra. Quae omnia non eius momenti sunt ut novam recensionem dicere possis. Huic secundae editioni Knappius addidit Syllogen coniectararum qualem olim Bowyerus congesserat.

[222]

3. * HALIS Sax. e libraria orphanotrophei. 1824. 8.

Editio Knappii tertia secundae omnibus numeris simillima.

4.* LONDINI exc. A. I. Valpy sumtibus Rich. Priestley. 1824. 8.

Editionis Knappianae tertiae accuratissimum apographon, quod tamen in ipso titulo editionis quartae nomine venit. Ab editione Halensi eo differt quod uncinos unius tantum generis ubique adhibet, scilicet simplices, tum quod capitum argumenta singulis sectionibus praemittit quae Knappius textui in margine inferiore perpetuo tenore subiecerat.

5. * HALIS Sax. e libraria orphanotrophei. 1829. 8.

Quartae Knappii editioni post soceri obitum praefatus est Io. Car. Thilo cel. professor theologiae in academia Halensi, cuius ipse quondam scholas adii. Operi excudendo curas impendit Maur. Roediger, mox nobis ab alio etiam labore critico laudandus. In ipso textu haec a praecedenti Halensi vix discernenda sed citra dubium nova et diversa. Coniecturarum sylloge hic per binas columnas descripta.

6. * HALIS Sax. e lihraria orphanotrophei. 1840. 8.

Editio Knappiana quinta eademque ultima praecedenti per omnia simillima.

7.* LIPSIAE in libraria Serigiana. Literis I. F. Fischeri. 1828. 8.

* LIPSIAE in libraria Serigiana. 1839. 8.

Qui editionem hanc cum Ariae Montani interpretatione latina evulgandam curavit Car. Chr. de Leutsch, philologus olim Lipsiensis nunc Groettingensis, eam secundum probatissimas expressam a bibliopola dici passus est, quum tamen ipse meram Knappianam esse fateatur. Describit enim simpliciter Knappii secundam ita mutatam ut unicum uncinorum genus adhibeatur. Unum tamen locum reperi Matth. 8, 28. in quo lectioni vulgari nova Knappiana cedere iussa est. Praefatio viri docti de oraculis agit gentilium in laudem Dei O. M. et Christi editis. Ipse liber, si talia respicere volueris, catholicis adnumerandus. Editio a. 1839 non nisi titulo a priori diversa, in quo tamen editoris nomen iam tacetur et pro libris probatissimis, quos illa olim fontes iactaverat, solus Knappianus candide dux agnoscitur.

8.* LIPSIAE, libraria Weidmannia. 1832. 8.

Textum Knappii e secunda recensione editum nova versione latina donavit Adolphuis Goeschen, verbi divini apud Cellenses minister, qui etiam Griesbachii et Lachmanni varias lectiones margini

[223]

adseripsit et tabulam chronologicam subiunxit. Unci Knappiani omnes hic unius formae, id est simplicis.

9.* Novi Eboraci, impeneis C. Starr, cura A. Chandler stereotypographi 1835. 4.

Knappiani libri quartum a. 1829 editi fidissimum apographon, a quo praeter perpetua argumenta ab editore Halensi textui subiecta nihil abest. Praefationi subscripsit R. B. Patton. Liber nitidus charactere pro formae amplitudine paulo minutiori expressus. Charta lineolis

caeruleis signata ita ut studiosa iuventus cui haec editio dicata est, latissimis marginis spatiis commode accurateque scholia breviora adscribcre possit. In titulo exstat signatura N. 4. Quae utrum quartam aliquam emissionem operis, an specialem chartae tenorem indicet nescio.

10.* BERLIN, im Verlag der Nauck'schen Buchhandlung. 1837. 8.

Editio graec-germanica cuius textui Knappiano invariato posterioris recensionis in altera columna versio Lutheri apposita eat Unci utriusque formae adsunt.

§ 2. EDITIO TITTMANNI.

11.* LIPSIAE ex officina Caroli Tauchmtii. 1820. 16.

* LIPSIAE ex officina Caroli Tauchnitii. 1828. 16.

Editio stereotypa Tauchnitii prima, forma minori lineis integris expressa. Praefatus est I. A. H. Tittmannus professor Lipsiensis. Qui de textu a se emendato ita loquitur quasi novam ipse recensionem instituisset, quum tamen Knappianam secundam fundamento positam hactenus tantum recognoverit ut propius ad vulgatam formam accederct. Octoginta et quatuor locos reperi in utraque editione diversos, e quibus 45 lectionem Elzevirorum restituunt, sex Griesbachianam , 25 ad uncinos confugiunt ubi Knappius vel glosam aliquam servaverat (septies) vel deleverat (docies et octies). Adde quod Tittmannus uncinos unius tantum generis ubique adhibct eosque simplices, Knappianae criticae vestigiis hoc modo ex parto deletis. Quibus mutatis fiunt in hac recensione lectiones Griesbachianae 825, Elzevirianae 71, cancellatae 90, Knappianae 6. Numerum millenarium perficiunt loci octo quos ex suo ingenio emendavit Tittmannus: Matth. 26, 60. (Θ. 141) prius καὶ οἰχ εὖρον uncis inclusit; Rom. 14, 9. (Z. 76) καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέζησε; 1. Cor. 9, 10. post ἐπ ἐλπίδι τοĩ μετέχειν (V. 41) addit [τῆς ἐλπίδος αὐτου] quod vulgatus post ἀλοῶν inserit; Phil. 3, 16. (V. 27) uncis includit τὸ αὐτὸ φρονεĩν servato voc. κανόνι; Apoc. 11, 1. (J. 149 cf. X. 22) cancellat Complutense καὶ εἱστήκει ὁ ἄγγελος; Ap. 20, 9. (J. 218) verba [ἀπὸ τοῦ θεοĩ]; Iud. 25 facit cum Griesb. (Λ. 77) Apoc. 17, 8. cum Altero (α. 11).

[224]

In calce adiicitur index lectionum vnlgariuin in hac editione emendatarum.

12.* UPSIAE sumtibus et typis Car. Tauchnitii. 1824. 8.

* LIPSIAE sumtibus et typis Car. Tauchnitzii. 1831. 8.

Editio Tauchnitii stereotypa secunda et typis et forma priori praestantior, caeterum quoad textum et additamenta eidem simillima.

13.* LIPSIAE sumptibus et typia B. G. Teubneri. 1827. 12.

N. T. graece edere sibi proposuerat in usum scholarum, brevibus notis instruendum I. Ern. Rud. Kaeuffer, regiae scholae Grimmensis professor. Sed in Matthaeo substitit. De textu suo talia canit quae tibi fucum facere possent, Griesbachii vestigia se legisse affirmans, a quo viro discedere sibi nefas aestimaverit nisi gravissimis argumentis ducto. Verum si quid video textum Tittmannii typis mandavit a quo ubi desciscebat vix ultra Knappium ipsum regrediebatur. Rarissime Kappianis uncis posthabitis glossemata cum Griesbachio eiecit (A. 12. v. 33), vel quae Griesbachius servaverat cancellavit (Θ, 106. 187, λεγόμενος). Semel novum aliquid deprehendi Matth. 23, 8. διδάσκαλος pro καθηγητής (Y. 87).

14.* MONACHII in libraria Ios. Lindauer (C. Th. F. Sauer). 1832. 8.

MONACHII in libraria Ios. Lindauer. 1836. 8.

Editionem hanc in Bavaria primam curavit Antonius Iaumann Gymnasii Neoburgensis rector, qui Tittmannum se prae caeteris sequutum esse candide fatetur, aliorum tamen studia recentiorum minime neglexisse affirmat. Quibus dictis plus sibi arrogat quam praestitit. Octies tantum a Tittmanno recessisse eum video, ter vulgari lectione restituta (P. 264. Y. 60. Z. 5), Complutensi semel (A. 16), quater uncis adhibitis (Z. 133. A. 1. Λ. 3. Γ. 9. coll. Γ. 35). Alterum titulum bibliopola pro editione nova vendebat, quam quum ab eodem petiissem nullam nisi ipsam illam priorem cum nota anni 1832 venalem habuit.

15.* LIPSIAE sumtibus et typis Car. Tauchnitii. 1840. 8.

Post Tittmannum textum Knappii secundis curis recognovit lectionumque varietatem, nunc etiam Lachmannianam, notavit Augustus Hahn professor theologiae Vratislaviensis, antea Lipsiensis. Qui librum praedecessoris sui diligenter a mendis purgare studuit, sed et textum ipsum saepius retractavit, ita ut ex locis 84 a Tittmanno mutatis non nisi triginta novem sua faceret, in caeteris maxime ad ipsum Knappium rediret, tum quadragies et quater denuo ab

utroque magistro recederet ita quidem ut maxime uncis parcius quam illi uteretur. Itaque sic se habet

[226]

apud illum lectionum ratio, 860 sunt Griesbachianae, 82 Elzevirianae; 50 uncis inclusae. Caeterae octo hae sunt. Cpl. B. 34 (om. primo καὶ) F. 44.* U. 13.* Er. R. 317.* Z. 65.* Γ. 9.* Θ. 196* A. 77* quae fere omnes asteriscis notatae etiam Lachmanno probantur et fortasse eo duce et auspice a nostro receptae sunt.

Caeterum haec editio typorum elegantia chartae nitore latiorique margine splendidioribus adnumeranda. Stereotypam dicit typographus sed prater exemplaria cum nota anni 1840 nulla exstant quod sciam. Ipsa Tittmanni praefatio adest alteri Hahnianae praemissa.

16.* LIPSIAE sumtibus et typis Caroli Tauchnitii, 1841. 16.

Hahnii secunda a qua tamen praefationes absunt. Textus idem ac praecedentis binis columnis expressus. Versiculi ex vetustiore usu separati. Etiam haec stereotypa didtur, non tamen iterata videtur exemplaribus inter se distinguendis.

17.* NEW YORK, Leavitt and Allen. [1842.] 12.

NEW YORK, Leavitt and Trow. 1845. 12.

NEW YORK, Leavitt and Allen. 1854. 12.

NEW YORK, Leavitt and Allen. 1857. 12.

Clar. Eduardus Robinson Neo-Eboracensis certiorem me fecit, Hahnii editionem suis auspiciis plus semel in America recusam esse : *Hahn's edition by Tauchnitz under my general supervision republished and the notices of MSS. translated into english N.Y. 1842 and often since*. Quod στερεοτύπως factum esse et pridem suspicatus sum et id ipsum quod nuper ex America ad me pervenit exemplar demonstravit, anni notam in titulo exhibens nullam sed stereotypam originem et conditionem aperte professum. An et alia bibliopolarum nomina in diversis libris exstent nescio. Tittmanni Hahniique praefationes latinae, notitia subsidiorum criticorum anglice versa praemittuntur. Liber elegans et nitidus Ejiappianis simillimus.

18. BOSTON . . . . 1851. 8.

* BOSTON published by Crocher and Brewster. 1865. 8.

A harmony of the four gospels in greek according to the text of Hahn, newly arranged with explanatory notes by Edw. Rohinson. Hic quoque liber satis speciosus quoad formam verum apparatu critico destitutus, synopsin exhibet ad Griesbachii et Roedigeri methodum satis incommode expressam ita ut singulorum autorum textus, altero in alterius fines exspatiante, hinc inde diffcilius distinguatur. Annotationes exegeticae ad calcem libri reiectae sunt. Textum omnino Hahnianum esse reperi Exemplaris recentioris quod ipse possideo titulus editionem recognitam dicit (*revised edition*) sed a praecedente non diversam esse

[226]

credo verum simpliciter stereotypice recusam, quod in americanis libris saepius observatur.

19. LIPSIAE sumtus fecit I. F. Hartknoch. 1835. 8.

Coronidis loco Tittmannianis addo, etsi forte omittenda erat pro instituti mei ratione, vitam Iesu Christi graece ex quatuor evangeliis secundum temporis rationem digestam a Car. Gust. Kuchlero professore Lipsiensi. In hoc scilicet libro uniuscuiusque pericopae textus semel tantum ex imo evangelista satis arbitrarie selecto exscribitur, subiectis caeterorum potioribus variantibus. Ita factum est ut nullius autoris liber, ne Ioannis quidem, integer in hanc viri docti recensionem transierit. Lectionem vero, quam hic solam respicimus, simpliciter Tittmannianam servavit

§ 3. EDITIO VATERI.

20.* HALIS Sax. ex libraria Gebaueriana, 1824. 8.

Textum Griesbachii et Knappii denuo recognovit, delectu variantium lectionum testimoniis confirmatarum, adnotatione tum critica tum exegetica et indicibus variis instruxit Io. Sever. Vater theologus Halensis, volumine satis grandi non tamen modum libri manualis excedente, etiam ab opera typographi laudando.

Quod ad textus recognitionem attinet, ea quoad formam saepius etiam ad uncinos confugit quam id ab ipso Knappio factum vidimus, quoad lectionum delectum multo propius ad vulgarem scripturam accedit. A Knappio ad Griesbachium semel hanc transisse video (Λ. 7), ad Elzeviros quinquagies, glossemata quae vel ipse Knappius deleverat sexagies et septies reducit, simpliciter inclusa 28, dupliciter 39. Uncos ipsos ex duplicibus simplices facit et sic lectionem firmiorem declarat tricies et sexies, quinquagies uncis utitur ubi Knappius Griesbachium glossema aliquod delentem deseruerat. Caeterum unci Vateriani iam non duplices sunt ubi lectionem suspectam includunt sed triplices, vocibus dubiis etiam superne lineola cancellatis. Haec omnia sigillatim recensere supervacaneum. Rem suam nostrum invito marte egisse plurimorum opinio est. Tu quantum ei critici iudicii tribuendum sit ex iis intellexeris quae nova prima vice textui inseruit a suis fontibus aliena:

1.	Matth. 9, 18.	(J. 194)	ἄρχων εἰσελθὼν T
2.	Act. 10, 23.	(Z. 12)	[ὁ Πέτρος] om. ἀναστὰς
3.	Act. 13, 33.	(Q. 304)	[τ. δευτέρῳ]
4.	Act. 15, 18.	(J. 95. Ξ. 13)	[tot.]
5.	Act. 20, 28.	(B. 27)	τοῦ κυρίου [καὶ θεου]
6.	Apoc. 6, 1 ss.	(J. 141)	ter [καὶ εἶδον]
7.	Apoc. 10, 4.	(W. 27)	μὴ [μοι] τ. γρ. j
8.	Apoc. 12, 12.	(J. 180)	οὐαὶ [τοῖς κατ.] τῇ γῇ

[227]

9.	Apoc. 16, 3.	(Λ. 23. α. 12)	[ζῶσα]
10.	Apoc. 18, 17.	(J. 157. Λ. 7)	ἐπὶ τόπον πλέων [ὅμιλὸς]
11.	Apoc. 22, 6.	(J. 211)	θεὸς τῶν [ἁγίων] πρ.
12	Apoc. 22, 21.	(J. 225)	πάντων [ὑμῶν] τ. ἀγ.

.			

Facile numerum talium lectionum augere possem vel e duobus aliis mixtorum vel alio modo simul receptam labefactantium et testibus idoneis destitutarum, verum haec suffcient. Caeterum cf. ALZ. 1824. II. 161. III. 453. Wineri diar. theol II. 332. Schwarzii Annal. 1827. n. 462.

21.* LONDINI impensis et typia R. Watts. 1828, 4.

Evangeliorum editio τρίγλωττος textui graeco vulgatam latinam et syriacam iungens, hano in altera columna positam, illam infra utramque binis columnis expressam. Integrum N. T. promittit quidem titulus sed promisso non stetit editor. Equidem certe nusquam posterioris voluminis mentionem factam vidi, prioris exemplaria saepius venum oblata in catalogis bibliopolarum. Textum graecimi editor anonymus ad mentem Knappii et Vateri semet expressisse iactat sed is pure pute Vaterianus est, servata ipsorum uncinorum Halensium peculiari forma, apparatu critico ad libri calcem relegato. Editio splendidioribus adnumeranda.

[228]

CAPUT XIX. EDITIONES CRITICAE MINORES POST-GRIESBACHIANAE.

§ 1. EDITIO PAULI.

1.* LÜBECK, bev Joh. Friedr. Bohn. 1800 - 1802. 8.

Famosissimi snnt in historia interpretationis S. S. libri exegetici quos hoc saeculo ineunte in vulgus edidit H. Eb. Gttl. Paulus professor olim Ienensis, postea Virceburgensis, postremo Heidelbergensis, vir eximia doctrina raraque animi fortitudine insignis, sed qui in diiudicandis antiquioris aevi studiis et sensibus, omni sanae rationis modo posthabito, nostrae aetatis placita imo sua ipsius propria unice persequutus, eadem etiam veteribus scriptoribus obtrudere quaerebat, et hac de causa, quod vulgo maxime conspicuum erat eiusque famam

etiam ad exteros pertulit, miracula historiae evangelicae ad communes naturae leges exacta quasi evanescere iussit.

Inter eius opera exegetica unum est idemque celeberrimum cui ipsum textum graecum inseruit novis curis recognitum. Commentarium dico in tria priora evangelia tribus voluminibus comprehensum cui in secunda editione accessit tomus quartus priorem partem evangelii Ioannei continens, ita ut, quum huius pars ultima iam historiae passionis Domini διὰ τεσσάρων enarratae addita fuerit, nonnisi sex capita desiderentur (Io. XI- XVII) quo minus integra evangelia hic denuo recensita exstent.

Atque sane haec autoris recensio nova et si penes recentiores criticos iudicium fuerit, qui tamen de nostro altissime silent, non parum commendanda. In universum textus est Griesbachianus ex editione secunda tum temporis recentissima, a qua tamen saepissime recedit novus editor non tam lectionibus aliis probatis indulgens, quam fide testium antiquorum antea non expressas recipiens. In quibus tamen non raro ipsius Griesbachii easdem

[229]

in margine laudantis suffragio niti poterat. Itaque vel in iis locis in quibus forte vulgarem scripturam Griesbachianae praetulit id minime consuetudini tribuisse putandus est, quod in aliis observavimus, sed subsidiis vel diligentius excussis vel liberius expensis fecisse.

En tibi iam singulas lectionum in hoc libro obvenientium classes: Vulgaris scriptura restituitur contra Griesbachium his locis: J. 75. 76. 79. 220. U. 10. Vign. Γ. 21. Θ. 141. Λ. 1. 24. Erasmica praefertur P. 266. Complutensis A. 17. F. 44. G. 45. J. 80. Toinardi τ. 2. 9. Macii Z. 46. Harwoodii Θ. 5. 6. 11. 18. 20. 30. 35. 36. (βελόνης) 56. 57. 83. 113. 114. (ἑτέροις) 116. 150. (om. ὁ διάβολος), Griesbachiana antiquior Λ. 51. Kappiana unica.

Novas introducit primus hasce quibus nonnulla ex T. IV. addam:

II. a. 1.	Marc. 14, 65.	(891)	ἔλαβον (pro ἔβαλλον) LT
2.	Matth. 5, 44.	(E. 252)	om. omnia inde ab εὐλογεῖτε et scribit simpliciter

			προσεύχεσθε cett. LT
3.	Marc. 4, 11.	(892)	om. γνῶναι LT
4.	Luc. 10, 21.	(893)	add. τῷ ἁγίῳ LT[0]
5.	Matth. 5, 11.	(Θ, 184)	om. ψευδόμενοι LT
b. 6.	Matth. 11, 23.	(Θ. 86)	ἡ . . . ὑψώθης T
7.	Luc. 11, 48.	(894)	om. αὐτῶν ante μν. T(L)
8.	Io. 6, 58.	(Z. 124)	om. ὑμῶν τὸ μάννα T
9.	Marc. 4, 15.	(895)	ἐσπ. ἐν αὐτοῖς (ol. ἐν τῇ καρδίᾳ ἀ. T[1]
c. 10.	Matth. 11, 2.	(Θ. 49)	om. δύο
11.	Matth. 21, 31.	(896)	ἔσχατος (ol. πρῶτος)
12.	Matth. 22, 13.	(J. 226)	αὐτὸν ποδῶν κ. χειρῶν [ἄρατε αὐτὸν καὶ]
13.	Marc. 3, 16.	(897)	add. πρῶτον Σίμωνα
14.	Marc. 4, 18.	(A. 23)	om. bis οὗτοι εἰσὶν
15.	Marc. 6, 16.	(A. 40)	οὗτος αὐτὸς ἠγ.

Saepius etiam uncis utitur noster hactenus Griesbachio adstipulatus vel Macio, quibus sigillatim insistere non attinet. Satis habeo eos locos attingere qui antea non sollicitati fuerant.

d. 16.	Matth. 13, 51.		[κύριε] (τ. 2) om. LT
17.	Marc. 14, 45.	(J. 227)	alterum [ῥαββί] om. LT[0]
18.	Io. 7, 50.	(Θ. 164)	[νυκτὸς] om LT

e. 19.	Matth. 21, 44.	(898)	[καὶ ὁ πεσὼν .... usque ad λικμήσει αὐτόν] om. T(L)
20.	Matth. 24, 38.	(899)	[ταὶς πρὸ] om. T
21.	Marc. 9, 44. - 47.	(900)	vers. 44. 46. [tot.] vers. 45. 47. [verba ultima] om. T
22.	Marc. 12, 29.	(Z. 29)	[πάντων ἐντολή] om. T
23.	Luc. 5, 38.	(901)	[καὶ ἀμφ. συντηρ.] om. T
24.	Luc. 11, 54.	(Θ. 156)	[ζητοῦντες] om. T
f. 25.	Matth. 15, 26.	(Θ. 74)	οὐκ ἐστὶ [καλόν]
26.	Maro. 10, 12.	(Θ. 124)	[γυνὴ ἀπολ. τ. ἄ. ἀ. κ.]
27.	Luc. 24, 52.	(Θ. 137)	[αἰνοῦντες κ.]

[230]

28.	Maro. 1, 27.	(Θ. 143)	[διδ. ἡ καινὴ αὔτη] om. τίς ἐστὶ et ὅτι
29.	Io. 5, 13.	(Θ. 120)	[ἰαθεὶς].

Singulare plane additamentum exstat Matth. 13, 35. [Ασάφου].

2. * LUBECK bei Jo. Fr. Bohn. 1804. 4 t. 8.

Editio eiusdem commentarii secunda iam quarto volumine ut dixi aucta. Textus paucis locis exceptis idem atque in praecedenti. Varietatem inter utramque observavi hanc: Recipit Harwoodianas Θ. 3. 27. Novas habet:

Π. g. 30.	Marc. 1, 16.	(G. 63)	τὸν ἀδ. τ. σίμωνος LT^0
31.	Luc. 15, 22.	(Θ. 157)	add. τάχυ LT^0
h. 32.	Marc. 1, 27.	(Π. 28)	τί; ἔστι τοῦτο ἡ διδ. ἡ κ.
i. 33.	Matth. 23, 38.	(902)	[ἔρημος] om. L
34.	Marc. 8, 9.	(903)	[οἱ φαγόντες] om. T
35.	Marc. 12, 30.	(904)	[αὐτὴ πρώτη ἐντ.] om. T.

§ 2. EDITIO FRITZSCHII.

3.* LIPSIAE» sumtibus F. Flescheri. 1826.1830. 2 tom. 8.

4.* HALIS Sax. sumtibus Gebaueriis. 1836 - 1843. 3 tomi. 8.

Car. Frid. Aug. Fritzschius professor primum Rostochiensis postea Gissensis textum quatuor evangeliorum cum amplissimo commentario philologico edero instituit, cuius tamen operis non nisi pars dimidia Matthaeum et Marcum amplectens lucem vidit. Addo huic eiusdem anctoris Commentarium in epistolam ad Romanos quem misso illo priore conamine maiore etiam cu κρίσεως ἀκριβείᾳ adgressus est. Atque de ipsa interpretatione non est quod hoc loco dicam, textum vero singulari viri doctissimi cura recognitum silentio praeterire non possum quamquam minor tantum pars N. T. eam experta est. Atque de utroque libro sigillatim agere non abs re erit.

In evangeliis quorum hic 230 loci in censum veniunt septuagies Griesbachianum textum deserit noster. Decies et novies redit ad textum vulgarem: Er. A. 14. C. 39. H. 67. J. 173. U. 2. 18. Compl. P. 265. Steph. W. 17. Vett. contra v. 33. Z. 75. 116. 117. Θ. 141. Λ. 1. 3. 4. 24. 37. 66. - Vicies et septies lectiones rocipit iam ab aliis expressas: Compl. A. 17. 23. H. 71. J. 73. Colin. V. 17. Vett. contra St. W. 9 tum Z. 41. 55. 62. Λ. 1. Θ. 2. 11. 21. 24. 30. 49. 51. 74. 79. 106. 115. 123. 124. 139. 187. Π. 13. 20. - Bis uncis adhibitis rem in ambiguo manere iubet Q. 302. Z. 115. Pericopam Marci finalem, quam etiam Griesbachius damnaverat, Fritzschius a textu seorsim collocatam exprimit.

Vicies et bis novam lectionem primus commendat saepius recentioribus probatam

[231]

Π. j. 36.	Matth. 10, 3.	(Θ. 58)	Θαδδαῖος ὁ ἐπικλ. Λεββ.
37.	Matth. 10, 8.	(Α. 24)	λεπροὺς . . . . δαιμόνια . . . . νεκροὺς
38.	Maro. 2, 7.	(Θ. 144)	τί οὗτος λαλεῖ βλ.
39.	Marc. 4, 24.	(Λ. 39)	hoc ordine: προστεθήσεται caett. . .ᾧ μέτρῳ caett .
40.	Marc. 6, 33.	(Λ^ip)	συνέδρ. ἐκεῖ κ. ἦλθον πρ. ἀ.
41.	Marc. 6, 36.	(Θ. 146)	ἑαυτοῖς τί φαγεῖν; οἱ γὰρ ἔχ.
42.	Marc. 9, 3.	(Λ. 91)	om. λευκὰ λίαν
43.	Marc. 9, 47.	(II. 21)	εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβ. pro: εἰς τὴν γέενναν τοῦ π.
44.	Marc. 10, 32.	(Θ. 125)	ἀκολουθοῦντες καὶ ord. inv.
45.	Maro. 12, 14.	(Θ. 89)	add. εἶπον ἡμῖν.
k. 46.	Matth. 5, 28.	(G. 45)	om. pronomen post ἐπιθ. T[1]
47.	Matth. 21, 23.	(905)	om. διδάσκοντι T[1]
48.	Matth. 27, 16. 17.	(906)	Ἰησοῦν Βαῤῥαβαν T[0]
49.	Marc. 7, 8.	(907)	om. Βαπτισμοὺς usque ad fin. T[0] (L[1])
50.	Marc. 8, 13.	(Λ. 90)	om. εἰς τὸ πλοῖον T
51.	Marc. 11, 8.	(P. 266)	ἐκ τ. ἄγρων (pro δένδρων) T
52.	Marc. 15, 12.	(Θ. 149)	ποιήσω ὃν λέγετε τὸν β. T[0]
l. 53.	Matth. 5, 11.	(Θ. 184)	om. ψευδόμενοι LT
54.	Matth. 6, 25.	{Λ. 88)	ἢ τί πίητε LT[0]
55.	Matth. 13, 51.	(τ. 2)	om. λέγει ἀ. ὁ Ἰησοῦς et om. κύριε LT

56.	Marc. 4, 30.	(U. 7)	ἐν τίνι αὐτὴν παρ. θῶμεν LT
57.	Marc. 13, 18.	(Θ. 148)	ἵνα μὴ γένηται χειμ. om. caett. LT.

In epistola ad Romanos inter 44 locos collationis nostrae non nisi duodecim reperi in quibus a Griesbachio recedit novus editor. Scilioet vulgarem lectionem tuetur contra Z. 23. 30. 89. Λ. 17. 68; ad Compl. transit U. 17; uncis includit Θ. 13; recipit Θ. 104 et novas hasce:

II. m. 58.	Rom. 3, 26.	(A. 8)	τὸν ἐκ πίστεως om. Ἰησοῦ T^0
59.	Rom. 5, 2.	(Z. 107)	ἐν τῷ πίστει
60.	Rom. 6, 12.	(Z. 120)	ὑπακ. αὐτῇ om. caett. S
61.	Rom. 9, 32.	(Z. 101)	om. νόμου LT^0

5.* LIPSAE sumtibus F. Koehleri. 1831. 8.

Textui graeco novam versionem latinam perpetua librorum argumenta et selectam lectionis varietatem addidit F. A. Ad. Naebe privatim docens in academia Lipsiensi. De ipso textu ab editore satis singulariter constituto, unde haurire eiun potuerit diu ambiguus haesi. Iam omnia consideranti haec eius ratio esse videtor ex ipsius pracfatione vix eruenda.

In evangeliis Matthaei et Marci Fritzschii recensionem expressit quem non nisi decies et septies (ex locis 230) deserit: H. 67. J. 73. Q. 302. U. 18. V. 17. Z. 55. Θ. 30. 51. 79. (om. λιθοβ. caeteris intactis) 115. 123. Λ. 4. (uncis adh.) II. 50. 52 - 55.

In caeteris libris N. T. sexagies et sexies a Griesbachio fonte suo recedit, saepius ad Knappium transiens, vel ad Elzeviros vel

ad utrosque, rarius nova tentans eaque non ubique feliciter. Habet praeter Er. P. 274. Γ. 10. Z. 127. Θ. 8. 18. 112 singulares lectiones has:

II. n. 62.	Luc. 5, 19.	(G. 53)	ποιᾷ
63.	2. Cor. 12, 1.	(Θ. 176)	καυχ. δὲ οὐ σ. μ.
64.	1. Tim. 2, 9.	(J. 117)	om. etiam ἢ χρυσῷ
65.	Apoc. 17, 17.	(Θ. 73)	om. ποιῆσαι τ. γν. αὐτοῦ.

Exemplar meum olim cel. Kühnoelii fuit, inter exegetas N. T. ineunte hoc saeculo maxime conspicui, cuius nomen αὐτόγραφον in fronte legitur.

§ 3. EDITIO BLEEKII.

6. * BERLIN, bei Ferd. Dümmler. 1828 - 1840. 3 t. 8.

Epistolam ad Hebraeos operosissimis prolegomenis et commentario illustravit Frid. Bleek professor theologiae nuper Bonnensis: cuius libri fama ad hunc diem latissime diffusa est, neque immerito. Ipsum etiam textum recognovit ita ut Griesbachium duodecim locis ex quadragenario nostro numero desereret nova et illo tempore nusquam obvia amplexurus quae tamen recentissimis criticis plerumque arriserunt. Habet J. 126. Cpl. - Y. 42. 71. Z. 36. 52. Θ. 14. 15. 47 tum:

Π. o. 66.	Hebr. 4, 2.	(J. 222)	συγκεκρασμένους
67.	Hebr. 7, 21.	(908)	om. κατα τ. τάξιν Μελχ. - T

68.	Hebr. 8, 12.	(909)	om. καὶ τ. ἀνομιῶν ἀ. - T
69.	Hebr. 13, 11.	(910)	om. περὶ ἁμαρτία- T^0.

§ 4. EDITIO ROEDIGERI.

7.* HALIS Sax. impensis et formis Car. Grunert. 1829. 8.

Synopsis evangeliorum Matthaei, Marci et Lucae cum pericopis Ioannis parallelis, cuius textum ex ordine Griesbachii dispertitum cum varia scriptura selecta edidit Mauritius Roediger Sangerhusanus verbi divini apud Halenses minister. Liber quoad externam formam textus Griesbachiano simillimus, typorum elegantia praestantior. Ipsum textum novis curis emendatiorem prodire voluit editor et triginta sex loca observavi in quibus a Griesbachiano Lipsiensi variis modis discedit. Scilicet novies scripturam vulgarem restituit (Er. A. 12. 18. H. 68. J. 79. Vett. contra Vign. et Gr. Λ. 1.3. 37. 39); vicies et semel talia praefert quae et Complutensibus (G. 45. 47. M. 257. P. 265. Q. 303) vel Harwoodio et aliis placuerunt: (Θ. 16. 17. 18. 49. 50. 56. 57. 113. 138. 139. 184. 187. - Toin. τ. 3. - Vat. 1. - Griesb. A. 83. - Knapp. k). Quibus adde lectionem Matth. 9, 18. in

[233]

Polygl. Par. obviam. Supersunt sex loci in quibus novam viam ingressus est:

Π. q. 70.	Matth. 6, 44.	(Π. 2)	om. solum εὐλογ. τ. κατ. ὑμ.
71.	Marc. 1, 16.	(G. 63)	τὸν ἀδ. τοῦ σίμωνος LT^0.
72.	Luc. 1, 28.	(911)	om. εὐλογ. σὺ ἐν γυν. T
73.	Luc. 6, 1.	(912)	om. δευτεροπρώτῳ T^0(L)
t. 74.	Matth. 26,	(Θ. 141)	καὶ οὐχ εὗρον caett. omn. om.

	60.		
75.	Matth. 27, 4.	(913)	δίκαιον (pro ἀλῶον).

8.* HALIS Sax, impensis et farmis Car. Grunert. 1839. 8.

Synopseos Roedigerianae editio II. vitiis typographicis prioris deletis emendatior post mortem autoris prodiit priori adeo similis ut vix altera ab altera discerni possit.

§ 5. EDITIO MEYERI.

9.* GOETTINGEN, bei Vandehhoek und Ruprecht. 1829. 8.

N. T. graecum nova interpretatione germanica et commentario perpetuo illustratum. Textus biliuguis duobus voluminibus absolvitur, commentarius longa serie tomorum partim ab H. A. Guil. Meyero pastore primum Thuringo postea Hannoverano, partim ab aliis editorum, nunc post triginta annorum labores tandem ad finem perductus et iam saepius recusus. De cuius libri laudibus in explicando N. T. insignibus post iteratas tomorum exegeticorum editiones non est quod dicam. Textum graecum vir doctissimus nova et plane singulari forma exscribi iussit Griesbachianae secundae (1796) superstructa sed multifariam ab eadem discrepante.

Restituit enim lectionem Elzevirianam locis 20: (Er. J. 79. 81. 95. 138. 159. 162. Compl. Q. 294. 299. Vett. contra ε. 14. Y. 65. Z. 16. 25. 30. Θ. 162. Λ. 1. 14. 17. 37. 40. 50). Plurima habet nova, nempe vel antiquis probata 13 (Compl.: A. 24. G. 45. J. 169. 221. 222. M. 257. S. 318. U. 16. - Erasm.: P. 274. 291. T. 326. - Colin.: v. 25. - Bez.: X. 66), vel a criticis saeculi superioris recepta 46 (Y. 35. 36. 40. 54. 86. Z. 31. 32. 33. 38. 40. 45. 46. 57. 91. 93. 94. 98. 102. 121. 125. 126. $Γ^{bc.}$ Λ. 3. 6. $Θ^{bcfgnvw}$), vel ab ipso Griesbachio in margine commendata Λ. 83. 84. 93. 102. Quibus si addideris Knappianam unam (k) habebis summam 84 lectionum in diversis editionibus iam expressarum et a Griesbachio neglectarum quae nostro magis placuerunt. Accedunt nonnullae quas ipse primus in textum recepisse videtur, numero decem:

Π. u. 76.	Marc. 4, 24.	(Λ. 39)	om. solum τοῖς α'κούουσιν) LT
77.	Rom. 14, 9.	(Z. 76)	ἀπέθανε καὶ ἔζ (om. καὶ . . . . καὶ
	ἀνέσιη) LT		
78.	Rom. 6, 12.	(Z. 120)	ὑπακ. τ. ἐπιθ. αὐτοῦ LT

[234]

79.	Iac. 3, 12.	(Y. 55)	οἴτε ἁλ. γλ. ποιῆσαι ὕδωρ (om οὕτως) LT
v. 80.	1. Tim. 4, 10.	(914)	ἀγωνιζόμεθα (pro ὀνειδ.) L
81.	Apoc. 2, 13.	(P. 289)	ἐν τ. ἡμέραις Ἀντιπ. L
w. 82.	Io. 6, 58.	(Z. 124. Λ. 71)	om. ὑμῶν τὸ μάννα T
83.	Eph. 5, 22.	(V. 24)	om. ὑποτάσσεσθε T
z. 84.	Io. 8, 9.	(P. 290)	om. prius comma, servat posterius
85.	Act. 10, 12.	(Z. 43)	τετρ. τ. γῆς καὶ ἑπρ. om. caett.

[235]

CAPUT XX. EDITIONES SCHOLZIANAE.

§ 1. EDITIO SCHOLZII.

1.* LIPSIAE sumtibus Frid, Fleischer, typis Andreae Francof. a. M. 1830. 1836. 2 tomi. 4.

Io. Mart. Augustinus Scholzius professor theologiae catholicae in academia Bonuensi, vir scriptis criticis et exegeticis non apud suos solos clarus, hanc N. T. editionem multis studiis et laboribus praeparavit, subsidiis non tantum in plurimis Germaniae Galliae Britanniae et Italiae bibliothecis undique conquisitis, verum etiam itinerum fastidiis et periculis per orientem suscipiendorum non recusatis. Sane apparatum criticum etiam post antiquiores artis nostrae antesignanos non parum locupletavit et in hoc libro luculenter dispositum curiosis obtulit, ipsius quoque typographi industria liberaliter adiutus. Minus autem virorum doctorum suffragia propriis suis studiis conciliavit, ut qui textum inde ab ecclesiae cunis mirum in modum integre servatum esse contenderet, eumque non ita magno negotio restitui posse, dummodo ad ea subsidia quam maxime attenderis quae rarius inter se dissentiunt et hactenus perpetuam quasi testium et testimoniorum autoritatem sistere videntur. Quorum primordia, deficientibus codicibus ad venerabilem istam antiquitatem pertinentibus, ex ipsa iuniorum librorum lectionis constantia, eiusdem atque hi generis fuisse satis audaci et temeraria coniectura dicuntur. Hinc effectum est ut Scholzius codices antiquiores hodie superstites utpote inter sese plurimum discrepantes minoris pretii haberet, quibus Griesbachius plus tribuerat laudis et autoritatis. Nihilo minus alter ab altero non ita multum recedunt in textu talibus ex legibus constituendo, quum criticus Ienensis timidius lectionem vulgatam mutaverit, lectionemque meliorem saepissime in margine commendare satis habuerit, Bonnensis vero noster simpliciter in recepta substiterit. Praemittuntur amplissima pro-

[236]

legomena do historia textas deque subsidiis criticis, quorum series numerosior hic quam unquam antea exhibetur.

Ipsius textus formam paucis exigere possum. Loci sunt 620 Scholzio cum Griesbachio et Elzeviris communia; 276 in quibus illius textus horum vulgari praefertur; 62 quae hunc sequuntur repudiata Griesbachii emendatione. Supersunt non plura quam 42 in quibus Scholzius ab utroque fonte discedit. Ex his sunt octodecim lectiones Complutenses fere omnes et Lachmanno et Tischendorfio probatae, vel ipso Griesbachio in prioribus editionibus (A. 3. 5. 17. 24. F. 44. G. 45. 51. 52. 63. J. 97. 159. 162. 221. 224. K. 242. M. 257. S. 318. U. 13), viginti et una aliae iam ante Scholzium a variis receptae: Er. O. 263. R. 317. Colin. V. 28. Bez. X. 66 - tum Y. 54. Z. 46. 50. 58. 87. 125. 132. Γ. 17. Δ. 1. Θ. 10. 101. 104. Λ[fn.] 86. - α. 12). Novas et fere singulares paucissimas observavi:

1.	Marc. 12, 29.	(Z. 29)	ὅτι πρώτη πάντων τῶν ἐντολῶν

2.	Luc. 11, 4.	(Δ, 2)	om. ἀλλὰ ῥῖσαι etc. ; praecedentibus servatis
3.	2. Oor. 12, 1.	(Θ. 176)	καυχᾶσθαι δεῖ οὐ συμφ. μοι.

2. * LONDON, Sam. Bagster amd Sons. [s. a.] 16.

* NEW YORK, John Wiley. 1859. 16.

Inter plurimas Bagsterianas editiones haec graeco-anglica proprium et peculiarem locum obtinet quum textum Scholzii accuratissime describat additis in margine lectionibus Stephanicis, Bezanis (ed. 1598), Elzevirianis et Griesbachianis. Americanus liber non nisi titulo diversus.

3. LONDON, S. Bagster. 1844. 4.

LONDON, S. Bagster. 1860. 4.

Haec editio inscribitur: *The english Hexapla*, quia textui graeco ad formam Scholzianam expresso sex versiones anglicae per columnas parallelas dispositae subiiciuntur, scil. Wicliffi a. 1380, Tyndali 1534, Cranmeri 1539, Genevensis 1557, Rhemensis catholica 1582, quae omnes summae raritatis in ipsa Britannia sunt extraque eius fines vix cuiquam visae, denique vulgaris regia a. 1611.

4. . . . . 1854. 18.

Editorem profitetur I. F. Mac-Michaelem titulus quem ex catalogo quodam librorum venalium describo, textum Scholzianum promittentem. Sed ne patriam quidem libri indicatam reperi.

§ 2. EDITIONES BLOOMFIELDIANAE.

Duae sunt series editionum Sam. Thom. Bloomfieldii theologiae doctoris et pastoris in oppido Bisbrook in comitatu Rut-

landiae, quas a se invicem distinguere oportet, quamvis editor eundem utrique textum inesse affirmet. Exhibet utraque scholia anglice conscripta, altera copiosiora, altera pauciora, illa theologiae studiosis et candidatis, haec scholaribus tironibus potius destinata. Quarum tamen seriem accuratius constituere nequeo, quum pro tempore singula tantum exemplaria utriusque viderim, caeterorum vero annos natales neque in praefationibus neque alibi usquam indicatos invenerim.

5. LONDON . . . . 1832. 2 tomi. 8.

Praeter alia quae in commodum studiosae iuventutis molitus est editor etiam ipsum textum novis curis emendare voluit. De quo conatu in praefatione sua satis magna profert ex quibus aliquis colligere posset autorem omnia proprio marte confecisse, ita ut Stephanicum textum fundamento poneret, ad Complutensem maxime, cuius summae laudes canuntur, saepius emendatum, recentiorum iudiciis variis signis, uncis asteriscis obelis, in ipso contextu declaratis. Quae quid sibi velint ex secunda editione cuius textum fere invariatum mansisse autor ipse declarat mox videbis.

6. * LONDON, printed for Longman Rees cmd Co. caett. (Gilbert and Rivington printers.) 1836. 2 tomi. 8.

Re accuratius inspecta hanc sibi legem scripsisse editor mihi videtur. Textum Stephanicum re vera pro fundamento posuit a quo non nisi 192 locis discessit et quidem octogies et bis aliis lectionibus substitutis, centies et decies uncis usus. Atque in priore locorum classe sane occurrunt plurimae lectiones Complutenses, tum etiam Griesbachianae, sed paucissimis exceptis hae omnes apud Scholzium reperiuntur. Iam quum Scholzii editio anno 1832 nondum absoluta fuerit, ex hac ipsa noster, si revera textus prioris editionis idem est atque huius secundae, suum repetere non potuit. Verum quas profitetur artis criticae leges cum Scholzianis mirum quantum concinunt; talis utrique codicum occidentalium suspecta fides, talis Byzantinae lectionis utpote sibi constantioris autoritas. Quod ad uncos attinet, eorum duplex genus est, alterum simplex, alterum ita dispositum ut etiam superne voces suspectae cancellentur, quod iam a Vatero factum vidimus. Et sane cum hoc fere ubique in suis uncis ponendis consentit Bloomfieldius ita ut textum eius Stephano-Vaterianum dicere nullus dubitem et fortasse ad Knappianos retulissem, nisi me movisset Bloomfieldiana editio minor a qua nostram hanc seiungere nolui.

Qualis autem ipsius editoris criticum acumen fuerit ex nonnullis ab eo receptis lectionibus plane singularibus discas:

1.	Matth. 27, 33.	(Θ. 187)	ὃ ἐστι [λευόμενον] κρ. τ.
2.	Marc. 1, 2.	(Z. 62. Λ. 5)	ἐν [ἡσαΐᾳ] τῷ προφ.
3.	Marc. 12, 29.	(Z. 29)	ὃτι πρωτη πασῶν ἐντολή

[238]

4.	Act. 16, 13.		om. ἔξω
5.	Hebr. 10, 34.	(v. 51)	τοῖς δεσμοῖς [μον]
6.	Apoc. 17, 8.	(J. 186)	καίπερ ἐστὶ παρέσται
7.	Apoc. 22, 6.	(p. (J. 211).	πνευμάτων τῶν [ἁγίων] προφ.

7. BOSTON by Perkins and Marvin. 1837. 2 tomi. 8.

Opus Bloomfieldianum in America denuo prolo subiectum esse et ex diariis bibliographicis didici et per literas ab Heydenreichio meo transmissas confirmatum habeo. Sed hanc primam editionem americanam plures aliae sequutae sunt. Secundam tertiam et quartam silentio praeterit O'Callaghani catalogus. Quintam reperi in eodem laudatam ad a. 1846; sexta Philadelphiae prodiit apud Lippincott. Quarum neque annos indicare possum neque accuratiofem notitiam tibi offerre.

8. LONDON .... 1841 . . . . 1859. 8.

Quartam (1841) et octavam (1859) maioris operis editionem memoratas vidi, tertiae vero et quintae, sextae atque septimae annos natales indicare nequeo.

9.* LONDON, printed for Longman, Brown, Green etc. 1847. 12.

Est haec Bloomfieldii editio minor, verum iam *quinta* huius alterius seriei, cuius equidem quatuor priores nusquam laudatas reperi, ita ut ne annos quidem, quibus lucem viderint, indicare possim. Huic nostrae praefigitur praefatio *tertiae* editioni destinata, qua autor se opus suum iunioribus lyceorum et academiarum studiosis dicasse dicit, quorum usui et desideriis annotatione textui subiecta prospicere voluit. Textum eundem atque in editione maiori esse affirmat, quod si verum est, hunc ab illo quem supra inspeximus postea mutatum merito dixeris. Nempe hic ita constitutus estut fere ubique Stephani tertiam et Complutensem duces sequutus sit, parenthesibus vero in editione maiori frequenter adhibitis prorsus parceret. Ubi illae conspirant, tantum non ubique earum lectionem servavit, scil. locis 690, quingenties quadragies et semel Scholzio assentiente. Ubi altera ab altera discrepat, 69 locis Complutensem, 197 Stephanicam ducem eligit, atque in his 266 locis item Scholzium centies et nonagies comitem habet. Supersunt 44 lectiones ab utroque fonte alienae quanun 27 apud Scholzium reperiuntur. Inter reliquas nonnullae sunt novae. Ex supra laudatis servat tres (2. 4. 7) sed deletis uncis. Accedunt:

8.	Marc. 8, 24.	(J, 76)	[ὅτι] ὡς δ. περιπατοῦντας
9.	Apoc. 12, 12.	(J. 180)	τοῖς κατοικοῦσι τῇ γῇ
10.	Apoo. 22, 21.	(J. 225)	μετὰ πάντων ὑμῶν ἁγίων.

[239]

CAPUT XXI. EDITIONES LACHMANNIANAE.

§ 1. EDITIO LACHMANNI.

1.* BEROLINI, G. Reimer. 1831. 12.

* BEROLINI, G. Reimer. 1837. 12.

* BEROLINI, G. Reimer. 1846. 12. '

* BEROLINI, G. Reimer. [s. a.] 12.

Editio Caroli Lachmanni prima eaque stereotypa. Qui vir doctissimus et κριτικότατος novam plane viam ingressus textum non tam genuinum sibi sumpsit restaurare, quippe quod subsidiorum hodie superstitum ope minime fieri posse existimaret, quam antiquissimum, qualem quidem nos ex iisdem subsidiis cognoscere possumus, restituere. Itaque caeteris neglectis eos tantum codices et patres easque versiones adiit ex quibus lectio saeculi quinti fere et sexti derivari potest cum aliqua veri specie; atque ex his fontibus non optimam ubivis, venim certe, ut diximus, eam scripturam quae nobis antiquissima est, nempe illo iam tempore utrique ecclesiae notam, quantum fieri potuit, eruere conatus est. Quam non ita aestimandam viris rei criticae studiosis proposuit quasi iam in textu hoc pacto constituto acquiescere deberent, sed in eum finem ut ulteriora studia huic fundamento superstruerentur, multo scilicet solidiori et tutiori quam quem Elzeviriani libri, quos mero casu natos recte dixeris, recentioribus criticis praebere possint. De quibus omnibus editor fusiis disseruit in diario Heidelbergensi *Studien und Kritiken* 1830 pae. 817 seqq. In ipso nostro libro praeter nudum textum parum eleganter expressum nihil legitur nisi varietas textus vulgaris ad calcem uno tenore subiecta. Qui ex tali lege oriebatur textus mirum quantum non modo ab Elzeviriano veterive discedebati sed etiam a Griesbachiano adeoque ab omnibus saeculi superioris recensionibus: quae fere omnes, si unam Harwoodianam exceperis, nihil aliud tentaverant nisi ut teztum vulgo

[240]

receptum ad codicum fidem modo rarius modo saepius emendarent, quum Lachmannus re vera novum ex codicibus suis solis, quasi nullus alius unquam exstitisset, constitueret. Atque luce diurna clarius hoc modo patuit, iam quarto saeculo innumeris vitiis textum N. T. foedatum incredibilique temeritate tractatum fuisse.

Ex mille nostris lectionibus sunt 252 Lachmanno in hac prima editione cum Ekevirorum ultima et Griesbachii Lipsiensi communes; 288 cum hac sola contra vulgarem textum; undecies hunc contra Griesbachium tuetur: J. 79. 146. 220. P. 276. Q. 294. 305. W. 17. 23. Z. 28. Λ. 49. 50. Restant 449 loca in quibus Lachmannus ab utraque familia discedit. Scilicet 274 locis lectiones recipit iam ab aliis expressas, 108 locis ipse primus novam praebet, denique sexagies et septies uncis adhibitis rem dubiam relinquit. Iam quod ad 274 lectiones attinet quas iam ab aliis olim expressas diximus, siugulas hoc loco persequi nolo quum supra diligenter litera L adscripta easdem prout occurrebant notaverim. Satis habebo lectorem monuisse inter Complutenses reperiri undeviginti a Griesbachio neglectas, inter Erasmicas duodecim, Aldinam unam, Colinaei sedecim, Bezanas tres; multo plures apud Wellsium, Macium, Bengelium Harwoodium, scilicet fere ducentas quas ita disposui ut facile colligi

possent; caeteras praebebant Toinardus, Wetstenius, Alterus, Mathaeius, Knappius, Paulus, Meyerus, alii modo laudati. Lectiones novae hae sunt:

Σ. a. 1.	Matth. 1, 19.	(915)	δειγματίσαι (pro παρ.) T
2.	Matth. 1, 25.	(916)	om. αὐτῆς τ. πρωτότ. T
3.	Matth. 19, 29.	(917)	om. ἢ γυναῖκα T
4.	Marc. 1, 27.	(Θ. 143)	διδαχὴ καινή κατ' ἐξ. caett om. T
5.	Marc. 1, 40.	(918)	om. καὶ γονυπετῶν T
6.	Marc. 6, 33.	(Λip)	συνέδρ. ἐκεῖ κ. προῆλθον ἀ. T
7.	Marc. 9, 24.	(919)	om. μετὰ δακρίων T
8.	Luc. 23, 29.	(920)	ἔθρεψαν (P έθήλ.) T
9.	Luc. 24, 1.	(921)	om. καὶ τινες σὺν ἀ. T
10.	Io. 19, 16.	(922)	om. καὶ ἀπήγαγον T
11.	Act. 1, 25.	(923)	τόπον (pro κλῆρον) T
12.	Act. 5, 37.	(Θ. 166)	om. ἱκανόν T
13.	Act. 23, 30.	(R. 309)	om. ἔῤῥωσο T
14.	Act 27, 41.	(924)	om. τῶν κυμάτων T
15.	1. Cor. 4, 6.	(Z. 129)	ἃ γέγραπται (om. φρονεῖν) T
16.	1. Cor. 11, 24.	(Θ. 174)	om. κλώμενον T
17.	2. Cor. 1, 12.	(925)	ἁγίοτητι (pro ἁπλ.) T
18.	2. Cor. 12, 14.	(B. 30)	om. pronomen post καταν. T
19.	Philem. 12.	(926)	om. προσλαβοῦ T
20.	Iac. 2, 20.	(927)	ἀργή (pro νεκρά) T
21.	Iac. 3, 3.	(J, 196)	εἰ δὲ T
22.	Iac. 3, 6.	(v. 86)	ἀδικίας ἡ γλ. T
23.	Iac. 3, 8.	(928)	ἀκατάστατον (pro ἀκατάσχ.) T

24.	Iac. 4, 4.	(Z. 70)	om. μοιχοὶ καὶ T
25.	Iac. 5, 5.	(929)	om. ὡς ante ἐν ἡμ. T

[241]

26.	Iac. 5, 7.	(930)	om. ὑετόν T
27.	1. Petr. 3, 21.	(S. 324. U. 24. X. 25)	ὃ καὶ ὑμᾶς ἀντ. νῦν T
28.	Apoc. 21, 6.	(J. 161)	γέγοναν ἐγὼ εἰμί T
b. 29.	Matth. 21, 31.	(Π. 11)	ὕστερος T^0
30.	Matth. 25, 16.	(τ. 3)	κ. ἐκέρδ. ἄλλα πέντε (om. τάλ) T^0
31.	Marc. 15, 12.	(Θ. 149. Π. 52)	ποιήσω τ. βασ. (om. ὃν λέγ.) T^0
32.	Luc. 6, 2.	(Θ. 151)	ἔξεστι τοῖς σαββ.. (om. ποιεῖν ἐν) T^0
33.	Luc. 7, 10.	(Θ. 152)	om. ἀσθενοῦντα T^0
34.	Luc. 7, 28.	(Θ. 153)	om. προφητής T^0
35.	Luc. 10, 30.	(931)	om. τυγχάνοντα T^0
36.	Luc. 15, 22.	(Θ. 157)	add. τάχυ T^0
37.	Io. 7, 50.	(Θ. 164)	πρότερον (pro νυκτός) T^0
38.	Act. 2, 47.	(Θ. 165)	καθ' ἡμέρον ἐπὶ τὸ αὐτὸ Πέτρος T^0
39.	Act. 7, 46.	(932)	τῷ οἴκῳ (pro θεῷ) T^0
40.	Act. 10, 30.	(Θ. 168)	ἤμην τ. ἐννάτην (om. νηστ. καὶ T^0
41.	Act. 17, 5.	(J. 97)	om. ἀπειθοῦντες (caett. ut vulg.) T^0
42.	Act. 21, 3.	(933)	κατήλθομεν (pro κατήχθ.) T^0
43.	Act. 26, 28.	(934)	ποιῆ (pro γενέσθαι) T^0
44.	1. Cor. 14,	(935)	ἀγνοεῖται (pro ἀγνοείτω) T^0

	38.		
45.	1. Cor. 15, 55.	(X. 31)	ποῦ σ. θάν. τὸ νῖκος; ποῦ σ. θάν. τὸ κέντρον T⁰
46.	Col. 2, 2.	(Λ. 34)	θεοῦ χριστοῖ T⁰
47.	2. Thess. 2, 13.	(936)	ἀπαρχὴν (pro ἀρχῆς) T⁰
48.	1. Tim. 6, 7.	(Θ. 180)	om. δῆλον T⁰
49.	1. Tim. 6, 21.	(937)	μεθ' ὑμῶν (pro μετά σου) T⁰
50.	Hebr. 13, 11.	(Π. 69)	εἰς τὰ ἅγια περὶ ἁμ. (inverso ord.) T⁰
51.	Iud. 5.	(938)	ὁ ἰησοῦς (pro ὁ κύριος) T⁰
52.	Apoc. 4, 4.	(T. 346)	καὶ ἐπὶ τοὺς κδ' θρ. πρεσβ. T⁰.
53.	Matth. 3, 6.	(939)	add. ποταμῷ T⁰
54.	Matth. 8, 10.	(940)	παρ' οἰδένι (pro οὐδὲ) T⁰
55.	Marc. 2, 7.	(Θ. 144)	τί οὗτος οὕτω λαλεῖ´βλασφημεῖ! T⁰
56.	Matth. 5, 4. 5.	(941)	inverso ord. : (πραεῖς . . . . . πενθ.) T⁰
57.	Matth. 12, 22.	(942)	ὥστε τ. κωφὸν λαλεῖν (om. τὸν τυφλὸν καὶ . . . . καὶ) T⁰
58.	Matth. 13, 35.	(943)	om. κόσμου T⁰
59.	Matth. 27, 33.	(Ald. 7)	ὅ ἐστι κρανίου λεγ. T⁰
60.	Luc. 12, 14.	(Θ. 127)	κριτὴν ἢ μεριστήν T⁰
61.	Io. 7, 53. - 8, 11.	(Δ. 8)	om. tot. pericopam T⁰
e. 62.	Matth. 7, 29.	(τ. 1)	add. αὐτῶν κ. οἱ φαρισαῖοι
63.	Matth. 8, 9.	(944)	add. τασσόμενος
64.	Matth. 9, 18.	(J. 194)	ἄρχων εἷς προσελθών
65.	Io. 7, 39.	(Z. 57)	δεδομένον (pro ἅγιον)
66.	Act. 13, 20.	(945)	ὡς ἔτεσι . . . . καὶ μετὰ . . . (inv.

			ord.)
67.	Act. 15, 18.	(J. 95)	γνωστὸν ἀπ' αἰ. τῷ κυρίῳ τὸ ἔργον ἀ.
68.	Act. 20, 18.	(Θ. 171)	add. ὁμοῦ ὄντων αὐτῶν
f. 69.	Matth. 13, 36.	(946)	διασάφησον (pro γράσον)
70.	Matth. 17, 20.	(947)	ὀλιγοπιστίαν (pro ἀπιστ.)

[242]

71.	Matth. 17, 26.	(Θ.106)	εἰπόντος δὲ ἀπὸ . . . . . . (pro λέγει ἀ. ὁ Πέτρος ἀπὸ
72.	Matth. 18, 19.	(E. 43)	ἀμὴν (pro πάλιν)
73.	Matth. 19, 9.	(G. 55)	παρεκτὸς λόγου πορν.
74.	Matth. 27, 28.	(948)	ἐνδίσαντες (pro ἐκδ.)
75.	Marc. 10, 12.	(Θ. 124)	ἀπολίσῃ . . . . γαμήσῃ ἄλλον
76.	Luc. 4, 17.	(949)	ἀνοίξας (pro ἀναπτίξας)
77.	Luc. 22, 4.	(Θ. 160)	add. καὶ τ. γραμματεῖσι
78.	Luc. 22, 6.	(950)	om. καὶ ἐξωμολόγησεν
79.	Io. 6, 58.	(Z. 124)	οἱ πατέρες τὸ μάννα
80.	Act. 4, 25.	(X. 39)	ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῳν δαὶ πν. ἁγίου στόματος δαυεὶδ.
81.	Act. 11, 12.	(Θ. 121)	διακρίναντα
82.	Act. 16, 13.	(951)	ἐνομίζομεν προσευχήν (pro ἐνομίζετο προσευχή)

83.	1. Cor. 15, 51.	(Θ. 175)	πάντες [μὲν] κοιμ. οὐ πάντες δὲ ἀλλαγ.
84.	2. Cor. 5, 3.	(Υ. 85)	εἴπερ καὶ ἐνδυσ.
85.	2. Cor. 12, 1.	(Θ. 176)	καυχᾶσθαι δεῖ, οὐ συμφ. μὲν
86.	Gal. 2, 20.	(952)	τοῦ θεοῦ κ. χριστοῖ (pro τοῖ νἱοῦ τ. θεοῦ)
87.	Gal. 4, 25.	(Z. 66)	om. Ἄγαρ
88.	Eph. 1, 15.	(953)	om. τὴν ἀγάπην
89.	Col. 1, 12.	(Θ. 179)	add. καλέσαντι καὶ
90.	1. Thess. 5, 4.	(954)	κλεπτας (pro κλέπτης)
91.	Hebr. 1, 12.	(Υ. 58)	ἑλ. ἀ. ὡς ἱμάτιον
92.	Hebr. 9, 2.	-	ἅγια. ἁγίων. [sic]
93.	1. Petr. 3, 3.	(P. 272)	(om. τριχῶν καὶ) ἐμπλ. ἢ.
94.	2. Petr. 2, 14.	(V. 47)	ἀκαταπάστους
95.	Apoc. 5, 10.	(J. 203)	αὐτοὺς τ. θ. ἡ. βασιλείαν
96.	Apoc. 13, 7.	(955)	om. καὶ ἐδ. ἀ. πόλεμον ποιῆσαι μ. τ. ἁγ. καὶ νικῃσαι αὐτούς
97.	Apoc. 18, 2.	(956)	καὶ μεμισημένου bis
g. 98.	1. Cor. 8, 8.	(Θ. 105)	ἐὰν μὴ φαγ. ὑστερ. . . . . ἐὰν φαγ. περισσ. T (inverso ord.)
99.	Luc. 24, 36.	(Θ. 132)	add. ἐγὼ εἰμὶ, μὴ φοβεῖσθε
100.	Apoc. 13, 10.	(J. 152)	εἴ τις εἰς αἰχμ. (caett. ut vulg.) T^1
101.	Apoc. 18, 12.	(957)	σκεῦς ἐκ λίθου (pro ξύλου) T^1
102.	Apoc. 18, 18.	(958)	τόπον (pro καπνὸν) T^1
103.	1. Cor. 13, 3.	(Gerbel)	καυχήσωμαι (pro καυθ.)

104.	2. Tim. 1, 11.	(959)	om. ἐθνῶν
105.	Hebr. 9, 28.	(960)	in fine add. διὰ πίστεως
106.	Hebr. 10, 29.	(961)	om. ἐν ᾧ ἡγιάσθη
107.	Hebr. 13, 21.	(Θ. 182)	add. καὶ λόγῳ
108.	Iac. 2, 3.	(962)	add. τῶν ποδῶν.

Uncis utitur Lachmannus, sed fere in evangeliis tantum, non solum ut caeteri ad dubia exprimenda de lectionis vel vocabuli alicuius αὐθεντίᾳ, sed etiam ad introducenda quaedam veterum codicum glossemata. Quorum plurima iam supra recensui, vide

[243]

S. 318. U. 10. 12. 18. τ. 4. 6. Υ. 53. 56. Z. 27. 61. 116. 117. 118, 119. 121. 127. Γ. 29. 30. Θ. 109. 110. 123. 126. 130. 131. 138. 155. 161. 172. Λ. 29. 30. 32. 37. 40. 47. 89. 93. 94. Π. 7. 19. 49. 73. Ecce iam reliqua:

Σ. h. 109.	Matth. 18, 10.	(963)	[ἐν οὐρανοῖς] om. T.
110.	Marc. 3, 12.	-	add. [ὅτι ᾔδεισαν τ. χρ. αὐτὸν εἶναι]
111.	Marc. 6, 26.	(Θ. 146)	ἀγορ. ἑαυτοῖς [ἄρτους], τί [γὰρ] φάγωσιν [οἰκ ἔχουσιν] om. T
112.	Marc. 6, 54.	-	add. [οἱ ἄνδρες τ. τόπου ἐκείνου]
113.	Maro. 12, 33.	(964)	[καὶ ἐξ ὅλης τ. ψυχῆς] om. T
114.	Marc. 9, 45.	(Π. 21)	[εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβ.] om. τοῦ πυρός caett. servatis

115.	Marc. 12, 29.	(Z. 29)	ὅτι πρώτη πάντων [ἐντολή ἐστιν]
116.	Luc. 2, 15.	(965)	[καὶ οἱ ἄνθρωποι] om. T^1
117.	Luc. 4, 5.	(Θ. 150)	[εἰς ὅροσ ὑψηλὸν] om. T
118.	Luc. 6, 10.	(Υ. 52)	[ὡς ἡ ἄλλη] om. ὑγιὴς om. T
119.	Luc. 10, 1.	(966)	add. [δύο] add. T^1
120.	Luc. 11, 3.	(Z. 123)	[ὡς ἐν οὐρ. κ. ἐπὶ γῆς] caett. glossis servatis
121.	Luc. 20, 24.	-	add. [οἱ δὲ ἔδειξαν καὶ εἶπεν]
122.	Luc. 16, 21.	(967)	[των ψιχίων] om. T
123.	Luc. 17, 9.	(968)	[οὐ δοκῶ] om. T
124.	Luc. 22, 43. 44.	-	[duo versus integri]
125.	Luc. 22, 64.	(969)	[ἔτυπτον αὐτοῖ τὸ πρ. καὶ] om. T
126.	Luc. 23, 38.	(970)	[γράμμασιν ἑλλ. ῥωμ. ἑβρ.] om. T
127.	Io. 1, 36.	(Θ. 163)	add. [ὁ αἴρων τ. ἁμαρτ. τ. κόσμου]
128.	Io. 12, 1.	(971)	[ὁ τεθνηκὼς] om. T^0
129.	Io. 16, 16.	(972)	[ὅτι ὑπάγω πρ. τ. πατέρα] om. T
130.	Act. 3, 6.	(973)	[ἔγειραι καὶ] om. T
131.	Rom. 12, 17.	(T. 84)	ἐνώπιον [τ. θεοῦ κ. ἐνώπιον] τῶν ἀνθρ. om. T1 add. Harw.
132.	2. Cor. 1, 10.	(T. 81)	[καὶ ῥύσεται.] om. T^0
133.	Eph. 5, 19.	(974)	[πνευματικαῖς] om. T^1
134.	Col. 3, 6.	(975)	[ἐπὶ υἱοὺς τ. ἀπειθ.] om. T^1

De Lachmaxini editionibus adeas Rettigii diss. Studiis theol. Heidelb. insertam 1832. IV. 861 - 901. Tischendorfium in Ien. ALZ. 1843. Apr. et V. D. in Hal. ALZ. 1833. I. 409. 1834. I. 309. C. F. A. Fritzschii libellum de conformatione N. T. critica quam L. edidit. Giss. 1841; Dav. Schulz, de aliquot locc. N. T. lectione caett. Vrat. 1833.

2.* BEROLINI in aedibus G. Reimeri. 1842. 1850. 2 tomi. 8.

Haec est secunda Lachmanni editio maioris formae et momenti, cuius graeco textui vulgatam adposuit autor, lectionis vero graecao autoritates Philippus Buttmannus, Philippi celeberrimi hellenistae filius. Testes nostro, ut supra iam dictum, paucissimi codices sunt et patres utriusque sermonis summam antiquitatem attingentes, quorum scriptura ubicunque variat in utramque partem, vel recepta vel reiecta, diligenter notatur. Ipsi

[244]

quoque latinae versioni veteri hoc modo mederi conatur autor. Textus paucis exceptis idem est ac primae editionis, maxime in evangeliis. Quae variant plerumque receptam restituunt quae et Griesbachio placuerat. Huc pertinent: Σ. 10- 108 tum Cpl. J. 94. K. 236. in quibus et Griesbachius, Erasmum sequutus erat, item T. 325 (coll. U. 28), et vico versa T. 327. (coll. U. 30). T. 343. Γ. 33. Θ. 104; huc quoque loca in quibus deletis uncis iam cum eodem Griesbachio facit vel omittente aliquid (U. 10) vel addente (Π. 49. Σ. 130). Rarius ab eodem recedit vel nova commendans, vel suas ipsius lectiones antea commendatas cancellans aut omnino repudians (W. 33. Z. 55).

Σ. i. 135. Ap. 12, 12. (J. 180) οὐαὶ τὴν γῆν.

136. Ap. 10, 6. (T. 334) [καὶ τ. θάλ. κ. τὰ ἐν ἀ.]

137. Luc. 24, 36. (Σ. 99) [ἐγὼ . . . . . . φοβ.]

138. Rom. 5, 2. (Z. 107) [τῇ πίστει]

139. I. Cor. 8, 8. (Σ. 98) ἐὰν μὴ. περ. caett. (Θ. 105)

140. Apoc. 13, 10. (Σ. 100) om. συνάγει.

§ 2. EDITIO BORNEMANNI.

8. * GROSSENHAINAE apud Rud. Bornemannum et Londini apud. Williams et Norgate. 1848. 8.

Acta Apostolorum ad codicis Cantabrigiensis reliquorumque monumentorum fidem recensuit F. A. Bornemann, pastor apud Kirchbergenses in Saxonia. Praefatio codicem illum ut omnium praestantissimum tam eximia laude extollit ut nunc demum, nimirum textu ad eius normam

reformato, divini libri primordia elucere dicantur. Continet hoc volumen amplissimam variantium lectionum farraginem, alterum quod commentario reservatum fuerat non exstat. Iam quod ad textum adtinet, ex ipso primario fonte Cantabrigiensi, quem tamen editor non unice sequitur, talis derivari debebat qualem fere editio Harwoodiana olim constituerat. Scilicet ex 151 locis a nobis in 1. Actuum collatis centum et sex sunt utrique communia, in caeteris Noster paucissimis exceptis in Lachmanni Tischendorfiique castra abit. Quibus singulis recensendis supersedeo. Singularia observavi haec:

Act. 2, 47.	(Θ. 165. Σ. 38)	καθ' ἡμέρον [ἐπὶ τὸ αὐτὸ] ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἐν δὲ ταῖς ἡμ.
Act. 16, 13,	(Σ. 82)	οὗ ἐδόκει προσευχὴ εἶναι
Act. 23, 9.	(Θ. 63)	τινὲς τῶν γρ. τοῦ μέρους.

§ 3. EDITIO BUTTMANNI.

4.* LIPSIAE sumptibus et typis B. G. Teubneri. 1856. 16 maj.

Proxime ad editionem Lachmanni (si quidem leges criticas respexeris quas sibi praescripsit editor) accedit Buttmanniana

[246]

quum et ipsa ex codicibus antiquissimis fere solis textum suum derivarit. Philippus Buttmannus, pastor Berolinensis, cuius in secunda Lachmanniana paranda partes tibi supra commendavi, ipse quater N. T. propriis curis recognitum prodire iussit, et quidem ad fidem praestantissimi codicis Vaticani expressum, et ubi ille deficit ad Alexandrinum. Vaticani textum integritate caeteros omnes tantopere superare persuasum habuit editor ut unus ille codex tantundem valere ei videretur quanttim omnes alii quos habemus coniunctim aestimati. Quamobrem eius verba ubique in textu retinuit, ita ut ne summo quidem omnium aliorum testium consensu deterritus fuerit quo minus id faceret, atque illis tantum locis, quibus aliae causae quam ex sola autoritate codicum ortae lectionem vaticanam sine dubio falsam esse docerent, hanc reiecit. Textus hac lege constitutus 264 locis cum Elzeviriano facit, 531 locis cum Griesbachiana, 789 locis cum Lachmanniano, 768 locis cum

Tischendorfiano (ed. Lips. secundae) et tantum 43 locis ex nostro millenario numero aliam viam ingreditur, ubi tamen fere semper Muralti lectionem refert, quam etsi hac Buttmanniana antiquiorem tamen certis de causis infra demum recensebo. Praecipue notandum saepius integra commata, antea nunquam sollicitata, sic ad fidem unius fere testis eiecta fuisse, ex. gr. Matth. 17, 21. Marc. 7, 16. 14, 68. Luc. 4, 4. 8, 16. 43. 20, 30. Io. 7, 46. 1. Pet. 5, 3. etc. In margine inferiore exhibetur varietas editionum modo laudatarum integra.

5.* LIPSIAE in aedibus B. G. Teubnert. 1860. 16 maj.

* LIPSIAE in aedibus B. G. Teubnen. 1864. 16 maj.

* LIPSIAE in aedibus B. G. Teubneri. 1865. 16 maj.

Editio eadem ac praecedens, στερεοτύπως repetita. Quam ut seorsim recenseam, movent me quas hinc inde deprehendi textus emendationes, pauciores quidem sed tamen eo magis notandae quo minus tales exspectari debebant ex ea critica methodo, quam editor sibi sequendam statuerat, derivandae. Sic scribitur nunc Marc. 14, 15. ἀνάγαιον pro ἀνώγαιον, Luc. 10, 20. om. μᾶλλον, C. 11, 33. φῶς pro φέγγος, Rom. 8, 11. διὰ τὸ ἐνοικοῦν etc. pro διὰ τοῖ etc. 1, Cor. 12, 2. add. ὅτε, Gal. 4, 17. praefertur nunc ἡμᾶς, Phil. 4, 23. μετὰ τοῦ πν. ἱμῶν, 1. Thess. 2, 12. μαρτυρόμενοι, 1. Pet. 3, 21. ὅ καὶ ὑμᾶς etc.

6.* BEROLINI in aedibus Rud. Lud. Deckeri. 1862. 8 maj.

Haec vere altera Buttmanni editio eo maxime nomine a priore differt quod typographus novas literarum graecarum formas adhibuit, nunquam antea in libro graeco tantae amplitudinis usurpatas, scilicet ad uncialium minorum typum proxime accedentes quibus codices mediae aetatis passim conscriptos habemus. Quae res ex novitate magis quam ex proprio suo nitore laudem meruit Ad calcem libri diligenter notatae sunt lectiones

[246]

Vaticanae dubiae, ex variis autoribus qui eodicem olim contulerunt collectao, quarum ingens numerus luculentissime ostendit viros doctos in hac parte rerum nondum omuia confecisse.

Textum praecedentis editionis haec locis ex nostris viginti et octo mutat, modo additis glossis (Io. 12, 4. 2. Tim. 1, 11. Hebr. 10, 29. Iac. 1, 3.) modo omissis (Matth. 26, 60. Marc. 10, 24; 15, 39. Luc. 8, 34; 9, 1; 10, 22; 11, 54. Hebr. 13, 21.) modo cancellatis quae antea prorsus eiecta

fuerant (Luc. 22, 43. 44; 23, 34. Io. 3, 13; 5, 3. 4. 7, 53 - 8, 11). Quibus accedunt lectiones nonnullae novae ex gr.: Marc. 2, 7: ὅτι οὗτος οὕτω λαλεῖ; Iud. 22. ἐλεᾶτε pro ἐλέγχετε.

§ 4. VARIAE RECENTIORES AD LACHMANNI PRINCIPIA CONFORMATAE.

7.* RATISBONAE typis ac sumtibus G. I. Manz. 1862. 8.

Editor valentinus Loch, theol. cath. doctor et professor in lyceo Ambergensi, sibi codicem Vaticanum prae caeteris ducem delegisse fatetur atque ubi is deficit Alexandrinum, in Apocalypsi vero Vaticanum alterum antiquissimum, correctis passim apertis vitiis. Ita factum est ut cum Buttmannianis libris maxime conspiret, a quibus tamen in eo discedit quod saepissime (ultra 150 locis) glossas a Buttmanno simpliciter omissas uncis includit. Quos tamen etiam adhibet nonnunquam ubi Berolinensis criticus vulgatum textum intactum reliquerat ex. gr. Matth. 16, 2. 3. Io. 9, 8.

8.* WIESBADEN, Julzm Niedner. 1866. 8.

Tria priora evangelia synoptice edita cura et studio Hermanni Sevin, V. D. M. apud Durlacenses, ad fidem codicis sinaitici, passim quoad orthographiam emendati. Librum hunc unice propter has emendationes hic recenseo, quum pro instituto meo editiones codicum verbotenus descriptorum a meo catalogo absint. Caeterum hoc potissimum loco inserendum putavi, quanquam ex fonte derivatum Lachmanno ignoto, quippe huius criticas leges sequutum, vetustissimos quosque testes solos agnoscentis.

9.* CAMBRIDGE printed by C. I. Clay ad the university press [1870]. 8.

Quum iam liber meus prelo commissus esset, pervenit ad me, ex liberalitate editorum, B. F. Westcott et F. I. A. Hort, theologorum Cantabrigiensium, specimen novissimae ἐκδοσεως criticae in Britannia comparatae. Quae tamen utpote nondum publici iuris facta pro tempore titulo caret, et cum paucis privatim communicata est plurium annorum laborem prius criticae artis magistris commendatura. In quorum numero me quoque

censuisse viros doctissimos, vix ac ne vix quidem tali honore dignum, hoc eorum humanitati potius quam meae in talibus autoritati, quae nulla est, acceptum refero.

Librum ipsum raptim percurri, ut eius titulus in locupletissimo meo catalogo debitum suum locum obtineret. Textum omnino ad Lachmanni legem constitutum deprehendi, antiquissimos testes solos audiendos esse praescribentis. Quam legem strictius etiam quam ipse cel. criticus Berolinensis sequuti esse videntur editores. Inlocis nostris 395 evangelicis nonnisi ducenties quinquagies et quinquies cum Lachmanno faciunt, in quibus triginta sunt ubi Tischendorfius eidem non adstipulatur. Hunc praeterea nonagies et septies comitem habent; maxime in editionibus prioribus ultra Lachmannum progredientem. Ab utroque dissentiunt in locis viginti et quatuor ubi vel Buttmannum vel Muraltum πρόδρομον habuerunt. In caeteris uncis utuntur, ubi Tischendorfius glossam aliquam a Lachmanno servatam eiecit. Pericopam de adultera (Ioann. 8.) ad calcem libri relegarunt. Ubi vero uncorum usus nullus erat et tamen lectio antiquorum testium varia notanda, alteram margini inscripserunt. Caeterum praeter doctam praefationem apparatus nullus additur; studia autem praeparatoria talia et tam diligentia huic operi dicata fuisse videntur, ut sane, quum tandem absolutum prodierit, horum documenta plenius exhibitum iri non dubito. Quod ut quam primum fiat toto animo optaverim. Plura pro temporis exiguitate iam nequeo.

[248]

CAPUT XXII. EDITIONES GRIESBACHIO-LACHMANNIANAE.

1.* LEIPZIG Verlag von K. F. Köhler. 1833 seqq. 8.

Leop. Imman. Rückert, rector Gymnasii Zittaviensis, postea theologiae professor in academia Ienensi, vir eximia doctrina et nobili in vindicanda scientiae theologicae libertate παῤῥησίᾳ clarissimus, commentarios edidit in plures epistolas paulinas quorum nonnullis ipsum textum a se recognitum praemisit. Abest is quidem ab epistolis ad Romanos et Galatas, primum editis, neque tum temporis autor rem criticam magnopere curasse videtur, ut ex ea qua variantes lectiones diiudicat ratione colligi potest. Postea vero de his multo magis sollicitus epistolas ad Ephesios et Corinthios quam castigatissime ad codicum fidem edere studuit. Quarum textus ut plurimum Lachmannianus est, a quo tamen nonnunquam ad alia transit. Scilicet missa nova scriptura ad veterem redit quae et Griesbachio placuerat locis his: W. 23. Σ. 83. 84. 88. 103. 133; ad obsoletam Erasmicam semel confugit J. 105; uncos delet .S 318; iisdem utitur ubi Lachmannus vocem aliquam eiecerat Λ. 86. Z. 108 vel inseruerat Θ. 99. Sed et propria et peculiaria habet quaedam minime negligenda.

Φ. a. 1.	1. Cor. 4, 13.	(Λ. 97)	δυσφημούμενοι T
2.	1. Cor. 8, 8.	(Θ. 105)	ἐὰν μὴ φάγ. περ. caett. quod Lachm. in ed. II. recepit cf. Σ. 98
3.	2. Cor. 1, 10.	(Υ. 81)	om. καὶ ῥύεται cf. Σ. 132
4.	2. Cor. 1 2, 7.	(Υ. 56)	om. posterius ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι
5.	Eph. 4, 16.	(Υ. 82)	μέλους (pro μέρους) T^0
6.	Eph. 5, 22.	(Π. 83)	om. ὑποτάσσεσθε T.

2.* LIPSIAE sumtibus I. Ambr. Barthii. 1834. 8.

Est tomus primus commentarii in epistolas N. T., operis a duumviris doctissimis H. A. Schottio Ienensi et Iul. F. Winzero

[249]

Lipsiensi suscepti sed non ultra has suas cunas progressi. Continet is epistolas ad Thessalonicenses et Galatas quarum textum Schottius commentario suo inseruit propriis curis emendatum. Quantum ex tam exigua N. T. particula colligere licet recensionem hanc Griesbachio-Lachmannianam dixerim, quum fere ubique alterutri horum criticorum, ubi dissentiunt, adstipuletur. Saepius autem cum Lachmanno quam cum Griesbachio facit. Sunt tamen aliquot loci in quibus alio modo rem noster expedit. Sic 1. Thess. 2, 12. veterem Compl. U. 33 recipit ex Stephano iun.; uncis utitur Z. 102. Λ. 98. 103. Ex his patet Schottium, si opus inchoatum continuasset, alium plane textum daturum fuisse quam quem Cap. XV. habuimus.

3.* LIPSIAE sumtibus I. A. Barthii. 1839. 8.

Quarta haec dicitur editio H. A. Schottii supra laudati annoque 1836 iam vita defancti, quam ex autoris schedis usque ad finem prioris ad Corinthios epistolae praeparatis absolvit et publici iuris faciendam curavit collega olim celeberrimus Lud. Frid. Otto Baumgarten-Crusius. Qui quas novas in textu constituendo Schottius sibi scripserat leges fideliter sequutus opus confecit in omnibus suis partibus aequale et vere Griesbachio-Lachmannianum. Notandum tamen Crusium rarissime uncis usum esse, Schottium saepius. Adsunt enim lectiones Griesbachianae (ex recensione Halensi) 868 (scilicet 254 GL, 238 EGL, 341 EG, 35 Griesbachio peculiares). Igitur centies tricies et bis haec nostra Griesbachium deserit quem editor olim fere unice sequutus fuerat. Quadraginta et tres observavi lectiones Lachmannianas ex quibus pauciores iam in tertia Schottii editione habebantur: tricies et quinquies uncis includuntur quae Lachmannus iugulaverat; sexies quae idem similiter notaverat; decies et quater missis ducibus recentioribus ad veterem scripturam redit. Pauciores (25) supersunt lectiones apud varios criticos iam receptae. Quas omnes sigillatim recensere supervacaneum duco, quum ipsius libri usus hodie minime late patere videatur. Sunt tamen nonnullae eidem propriae, antehac nusquam occurrentes, quas ad perficiendum millenarium numerum hoc loco describam:

Φ. b. 7.	Matth. 26, 60.	(976)	[ψενδομάρτυρες] om. T
8.	Luc. 21, 15.	(τ. 8)	[ἀντειμεῖν οὐδὲ] om. T[1]
9.	Act. 12, 25.	(W. 22)	[ἐξ ἱερουσαλήμ]
10.	Act. 13, 33.	(Q. 304)	[πρώτῳ]
11.	Act. 26, 7.	(Z. 98)	om. βασίλεῦ Ἀγρ. T[2]
12.	Rom. 10, 17.	(Θ. 98)	[θεοῦ]
13.	Rom. 14, 9.	(Z. 76)	ἀπέθ. κ. ἀνέστη [κ. ἔζησε]
14.	Rom. 16, 25. - 27.	(Z. 30)	[tot]
15.	Gal. 4, 25.	(Z. 66)	[τὸ γὰρ Ἄγαρ- Ἀροβίᾳ].

4.* GENÈVE Librairie de Ve. Beroud et Sus. Guers. 1841. 8.

Huius libri mentionem non facerem inter caeteros, quum unam tantum eamque minoris ambitus epistolam ad Philippenses

[250]

cum commentario A. Rilliet contineat, nisi autor inter Gallos primus fuisset qui hodiernae criticae legibus candide acceptis textus recepti autoritatem apud populares suos adhuc irrefragabilem infringere conatus sit. Qui nuper maiora molitus gallicam N. T. versionem edidit ad talem textus recensionem omnino conformatam. Unum tantum locum inveni (J. 110) in quo Griesbachium prae Lachmanno ducem sequutus est, et quidem non pauciores nostros selectosque inspexi locos sed totius fere epistolae tenorem.

5. LONDON excud. S. Bagster. 1844. 8.

Apocalypsis graece et anglice edita a S. Prideaux Tregelles qui et textum et versionem propriis curis emendare studuit, ita ut hic libellus specimen esset novae totius N. T. recensionis, quae quidem, si iam absoluta in publicum prodiit, nondum ad nos pervenit. Fama interim autorem inter nostrae aetatis Britannos artis criticae antesignanum celebrat. Nescio an fortasse, quae Tregellio cum Tischendorfio nostro aliquamdiu interfuit familiaritas (de qua lectores virorum doctonim interiora cognoscendi curiosos ad novissima critici Lipsiensis prolegomena ablego) eius rationes et methodum mutarit: in hac quidem Apocalypsi, quam Lipsiae sedulo examinavi, textum simpliciter ex Griesbachiano et Lachmanniano mixtum deprehendi. Scilicet ex 119 locis nostris quae hic in censum veniunt, sunt 89 in quibus cum utroque duce consentit, in decem aliis cum Griesbachio solo facit, in undecim cum Lachmanno. Reliqua fere uncis adhibitis dubia relinquit, ita tamen ut saepius cum Vatero faciat; bis aut ter denique eam tuetur lectionem quam Lachmannus in sua secunda editione, anno 1850 demum evulgata recepit.

6.* VRATISLAVIAE impensis F. Aderholz. 1847. 4.

Quatuor evangelia sacra Matthaei Marci Lucae Ioannis in harmoniam (Synopsin tu intelligas) redacta, studio et labore Ios. Henr. Friedlieb professoris theologiae catholicae in academia Vratislaviensi. Opus et ab externa forma spectabile et a criticis editoris curis commendandum. Textus cum codice Ephremi regio nunc demum accurate collatus dicitur in titulo, sed et aliorum codicum et vulgatae versionis variantes eidem per totum libri tenorem subiiciuntur. Quo diligentius examinato omnino confirmatum reperi quod ipse doctissimus autor in sua praefatione profitetur, scilicet Lachmannianam recensionem posteriorem pro fundamento positam fuisse, a qua tamen saepius quam suspicatus eram, nempe 95 locis ex nostris 395

discedit, et quidem quinquagies et bis uncis vel demptis vel additis, ita quidem ut rarius quae Lachmannus addubitaverat damnet quam tueatur, multo frequentius de omissis quam de receptis glossis dubius ipse haereat. Praeterea tricies et sexies ad Griesbachium, rarissime ad vulgatam scripturam redit. Sunt tamexx nonnolla

[251]

huic editioni propria; Matth. 12, 22. [τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν] cancellat (Σ. 57.) item 24, 31. [καὶ φωνῆς] (G. 47), nisi forte dubia ista ex Tischendorfii prima, qnae voces istas omittit, originem duxisse conieceris, unde et Harwoodianum (Θ. 127) Luc. 12, 14. κατ. κριτὴν ἐγ' κτλ. repeti potuit. Denique Matth. 10, 12. Complutensem sequitur (K. 233.) sed uncis additamentum includens.

7.* RATISBONAE typis et sumptibus G. I. Manz. 1869. 8.

Editio Friedliebianae synopseos altera, priori quoad formam in omnibus simillima, quamquam haec in octonis expressa est, scilicet pro chartae diversa amplitudine vel etiam propter meram operarum commoditatem. Textum editor passim recognovit, ita tamen stilo temperans ut in universum spectanti eius indoles eadem manserit. Triginta novem locos observavi ex nostris in quibus lectio mutata est, et quidem vicies et ter Griesbachiana restituta, maxime ubi antea unci appositi dubiam fecerant. Alibi tamen sed multo rarius, prior lectio sive Griesbachiana sive Lachmanniana simili modo in dubium est vocata. Nonnullis in locis Tischendorfium iam sequutus est vir doctus (ex. gr. Λ. 95. Θ. 114. 116. Σ. 4.) saltem uncis cancellans quae criticus Lipsiensis damnaverat (ex. gr. Λ. 87. Ψ. 13. Ω. 23). Quas novas olim pauciores adduxerat iam missas facit, praeter unam (Matth. 12, 22). Matth 10, 12. uncis deletis Complutensibus omnino adstipulatur. Plura enumerare non attinet. Synopseos dispositio in utraque editione non omnino eadem, utrobique tamen parum commoda, textibus omnium evangelistarum in plura quam par erat frusta discerptis, et solius Ioannis serie genuina servata.

[252]

CAPUT XXIII. EDITIONES TISCHENDORFIANAE.

Agmen illustriorum criticorum, qui in eruendo textu N. T. authentico operam suam collocarunt, pro tempore claudit Constantinus Tischendorf, professor Lipsiensis, et itinerum

fama et voluminum splendore, denique studiorum varii generis et numero et amplitudine omnium longe clarissimus. Quem antiquiorum codicum felicissimum inventorem editoremque magnificentissimum, post exploratos totius Europae thesauros, novum argonautam vellus aureum ex orientis penetralibus advexisse dixeris, idque non simplex et unicum, verum iteratis vicibus et subinde maiori cum gloria et applausu.

Verum singulos eius labores ad apparatum criticum conquirendum augendum excutiendum et illustrandum pertinentes recensere a meo instituto alienum est, nimisque longum foret; ac eo facilius eo officio mo abdico quod ipso nostra memoria in plurimis diariis literariis et politicis de rebus suis gestis verba fecit, et futurae aetatis lectores ad librum recens editum ablegare possum cui titulus est: *Constantin Tischendorf in seiner fünfundzwanzigjährigen schriftstellerischen Wirlcsamkeit. Literarhistorische Skizze L.* 1862. Cuius autor J. E. Volbeding vitam et studia viri doctissimi ita descripsisse putandus est ut ille ipse ad posteros sui famam pervenire voluisse videtur.

Nostra provincia nonnisi textus ad codicum fidem propriis editoris curis recensiti varias formas complectitur, de quibus, adeoque de ipsius critici in hac parte meritis penes eos olim iudicium erit, qui laboribus eius diutius et diligentius usi tandem aliquando fortasse librorum sacrorum textum constituent in quo deinceps tuto et secure acquiescant commentatores. Ipse enim Tischendorfius, quantumvis praeclara fuerit eius industria in colligendis aperiendisque veteris scripturae monumentis, in diiudicandis lectionibus varius fuit et minus sibi constans, ita ut, quo modo dc textu Griesbachiano, Knappiano, Lachmanniano loquimur, eo Tischendorfianiun aliquem non habeamus, quippe

[253]

quem in singulis editionibus multifariam immutatum reperiamus, scilicet subinde ad fidem aliorum et novorum testium reformatum et correctum. Sane hoc per se spectatum autori minime vitio verti debet, quum in omnibus rebus mortalium sagacitati permissis dies diem doceat, et si quis sibi ipsi diffidat suosque errores candide agnoscat, id potius laudabile sit. Neque etiam de hisce laboribus ea qua decet aequitate iudicaremus si statim ab initio, quum subinde nova et inexspectata subsidia, eaque minime negligenda, reperta fuerint et quotidie etiam reperiantur, textus conformationem aliquam firmam et fixam atque deinceps non amplius variandam exigere praesumpserimus. Verum fortasse Vir solertissimus et rebus suis et studiis criticis melius prospexisset si textui alicui unico et invariabili, vel antea plurimis commendato, vel iam sibi ipsi maxime probato, vel denique ex quibusdam codicibus praestantissimis desumpto apparatiun suum tam mire in dies auctum tamque sedulo digestum subiecisset, ut fecerunt olim clarissimi patrum memoria critici, tum etiam nostrae aetati propiores. Tischendorfius vero inde a studiorum suorum initio id maxime egit ut ipsum textum novis curis recenseret et in hoc negotio primum Lachmanni vestigia pressius sequutus

antiquissimos testes, eosque pauciores, fere solos audiendos putavit, textumque constituit multis novis lectionibus, i. e. nunquam antea receptis conspicuum, adeoque a vulgari onnium maxime diversum; postea, auctis suis copiis, sententiam suam passim mutavit et singulari sua plurimorum locorum scriptura in dubium revocata saepius ad eam rediit quae et aliis antea placuerat, postremo non raro ad eam quae ex saeculari usu a veteribus unice fuerat expressa. Simul in discutiendis variantibus, ubi primarii testes ipsi in contraria abeunt, eum internis quas dicunt rationibus subinde ita utentem deprehendes, ut nunc hanc nunc illam lectionem praestantiorem habeat, vel externa autoritate nulla nova in censum veniente. Hoc est cur supra dixerim, studia critica in Novo Testamento purius edendo posita, quamvis a recentissimo hoc scriptore splendide promota, nondum tamen eo pervenisse ut rem omnino confectam credideris, sed exspectandum esse, quod ad ipsum textum attinet, quantum fieri poterit ad authenticam suam formam refingendum, dum aliquis futurus criticus, et patientia et acumine et praesertim exegetica solertia sufficienter instructus, ex immenso apparatu a Tischendorfio congesto, et vix ultra locupletando, desideratissimum illum textum eruerit.

In recensendis Tischendorfii editionibus, quanquam maximi nostro tempore sint usus et momenti, paucioribus quam pro more dictis officio meo defungi possum, quum supra ad singulas lectiones ab aliquo editore prima vice in textum receptas Tischendorfii nomen, ubicunque assenserit, adscripserim. Hoc loco igitur textus ab eo restituti ad priores praecipuas eiusdem conformationes rationem summatim relegere satis habebo et tantummodo quae plane nova aderunt, ex meo numero millenario; sigillatim significabo.

[254]

Tischendorfii editiones, quotquot hodie absolutae exstant, ad quatuor recensiones, inter se plus minus diversas referri poterunt.

§ 1. EDITIO TISCHENDORFII PRIMA.

1.* LIPSIAE sumtus fecit C. F. Köhler. 1841. 16.

Praemittuntur prolegomena de recensionibus quas dicunt Novi Testamenti (manu scripti) ratione potissimum habita Scholzii, cuius sententia sub examen vocata confutatur. Quibus, iam anno 1840 separatim editis, accedit index subsidiorum criticorum, collatio textus Elzeviriani cum Stephanico et Milliano, Griesbachiani cum Knappiano et Matthaeiano, denique brevior disputatio de huius novae editionis adornandae consilio et ratione. Textui ipsi subiicitur annotatio critica Elzevirorum Knappii Scholzii et Lachmanni varietatem indicans saepissime addito testium antiquorum delectu.

In hac prima recensione textus Tischendorfianus cum recepto non nisi in locis 280 ex nostris mille consentit, cum Griesbachiano in locis 569 cum Lachmanniano in locis 735. In quibus sunt 278 ubi L. et T. inter se consentientes a caeteris discrepant. In summa sunt 855 loca in quibus a Nostro lectio ab uno alterove horum editorum iam expressa servatur; restant 145, quae est pars septima totius numeri, in quibus alias amplectitur, ex antiquioribus codicibus derivatas. Plurimas tamen harum lectionum nobis quidem novae non sunt dicendae, quippe quas iam antea a viris doctis passim receptas relegerimus. Sic nonnulla apud Matthaeium aut Scholzium occurrunt (A. 24. G. 51. J. 151. P. 274. Q. 302. S. 318. Γ. 11. 19. Δ. 1. Θ. 185. Ξ. 2); alia apud criticos superioris saeculi, Toinardum (τ. 1. 6), Wellsium (Y. 54. 56. 81. 82), Macium (Z. 40. 57. 59. 61), maxime Harwoodium (Θ. 106 - 130. 135. 136. 138. 139. 187. Λ. 46); quibus adde Matth. 9, 18. in ed. polyglotta Parisiensi. Alias habuimus in libris Pauli, Fritzschii, Bleekii, Roedigeri, Meyeri, Rückertii, Schottii {Π. 6 - 9. 46 - 50. 67. 68. 72. 73. 82. 83. Φ. 1. 7). Neque praetereundae lectiones olim iam compiendatae, sed a Tischendorfio primo in textum receptae, ut Macii (Z. 115. 121. 122. 127), Griesbachii (Λ. 87. 89. 91 - 95. 98. 99), Pauli (Π. 1-24. 34. 35), Lachmanni (Σ. 109. 111. 113. 116. 119. 122. 123. 125. 126. 128 - 131. 133. 134).

Supersunt triginta et quinque alii loci in quibus Vir doctissimus in hac prima editione novam ipse primus lectionem e fontibus suis hausit. Triginta et quinque dico ex instituto meo hic in censum venientes, praeter innumeros alios, quos extra catalogum meum positos iam non respicio.

Ψ. a. 1.	Marc. 6, 16.	(Λ. 40)	οὗτος ἠγέρθη cett. om.
2.	Marc. 11, 8.	(P. 266. Π. 5i)	στιβ. κόψαντες ἐκ. τ. ἀγρῶν
3.	Luc. 6, 48.	(425)	διὰ τὸ καλῶς οἰκοδ. αὐτήν

[255]

4.	Luc. 9, 10.	(Γ. 27)	εἰς πόλιν καλουμένην
5.	Luc. 9, 35.	(977)	ἐκλελεγμένος
6.	Luc. 11, 53.	(Λ. 100)	κἀκεῖθεν ἐξελθόντος αὐτοῦ ἤρξ.

7.	Luc, 11, 54.	(Λ. 101)	om. ζητοῦντες et ἵνα κατ. ἀ.
8.	Luc. 17, 33.	(Θ. 158)	περιποιήσασθαι
9.	Luc. 21, 4.	(978)	om. τοῦ θεοῦ
10.	Act. 20, 24.	(Θ. 94)	ἀλλ' οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι
b. 11.	Luc. 4, 5.	(Θ. 150. Σ. 117)	om. ὁ διάβ. εἰς ὄρος ὑψ.
12.	Luc. 6, 10.	(Υ. 52. Σ. 118)	om. ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη
13.	Luc. 9, 54.	(979)	om. ὡς καὶ Ἡλίας ἐποίησεν
14.	Luc. 22, 68.	(980)	om. μοι ἢ ἀπολίσητε
15.	Act. 22, 12.	(B. 28)	om. εὐσεβής
16.	Apoc. 5, 10.	(Σ. 95)	αὐτοὺς βασιλείαν
c. 17.	Matth. 20, 16.	(981)	om. πολλοὶ . . . . . . ἐκλεκτοί
18.	Matth. 27, 2.	(982)	om. Ποντίῳ
19.	Marc. 15, 39.	(983)	om. κράξας
20.	Io. 12, 4.	(R. 308)	ὁ Ἰσκαριώτης caett. om.
21.	Act. 21.	(985)	om. δεῖ πλῆθος συνελθεῖν
d. 22.	Matth. 23, 4.	(985)	om. καὶ δυσβάστακτα
23.	Hebr. 3, 2.	(986)	om. ὅλῳ
e. 24.	Act. 25, 18.	(Θ. 95)	πονηρῶν
25.	1. Thess. 3, 2.	(Z. 132)	συνεργόν caett. om.
f. 26.	Act. 27, 8.	(Θ. 96)	Λασέα
g. 27.	Marc. 10, 24.	(987)	om. τοὺς πεπ. ἐπὶ χρ.
28.	Matth. 24, 31.	(G. 47)	σάλπιγγος μεγάλης
29.	Matth. 27, 9.	(422)	om. Ἱερεμίου
30.	Luc. 2, 12.	(988)	om. καὶ κειμένον

31.	Act. 18, 9.	(989)	om. ἐν νυκτί
32.	2. Cor. 12, 1.	(Θ. 176. Σ. 85)	καυχ. δεῖ οὐ συμφέρον
33.	2. Petr. 1, 2.	(990)	om. τοῦ θεοῖ κ. I. X.
34.	Iud. 15.	(991)	om. ἀσεβείας
35.	Apoc. 13, 5.	(K. 244)	om. πόλεμον ποιῆσαι.

2.* PARISIIS editore Ambrosio Firmin Didot. 1842. 12.

Haec altera editio Viro illustrissimo Guizot dedicata externa sua facie a praecedenti hactenus distinguitur quod textus nudus exhibetur in versiculos discerptus, varietate lectionis, eaque tantummodo Griesbachio-Stephanica, absquo ulla codicum mentione, ad calcem reiecta. Quodad textum attinet editor eum iam paulo propius ad eam formam adductum ait, quam induere debet ut in locum vulgati iure substitui queat. Addit tamen, nondum omnia in illo restaurando confecta esse, neque pro tempore amplius progredi sibi licuisse, quum apparatus criticus, cuius copiam adhuc nonnisi splendidam miseriam esse conqueritur, scilicet non invita Minerva splendidiores divitias promittons, antea augendus et multo diligentius excutiendus sit. Inter alia ibidem verba facit de sacrorum scriptorum peculiari scribendi modo, vel potius, ut nos dixerimus, de rebus orthographicis, et formis vocabulorum grammaticis, quales in codicibus antiquioribus pas-

sim reperiuntur, uec non de syntaxeos legibus quas librarii sequuti videntur a receptis alienas, quasque recentiores ad ipsos apostolos referendas censent, quasi a saeculo primo ad sextum iu talibus nihil ex usu variari potuisset, aut ex ignorantia librariorum depravari. Hac tamen via et Tischendorfius et alii nostrae aetatis critici indies ulterius progressi iam totam sacrae graecitatis indolem in suis libris mutarunt. Quod iure suo fecerunt dum antiquissimorum codicum scripturam pressius sequi volebant, verum sic quoque plurimas formas, utpote ex oscitantium scribarum errore natas, intactas relinquere maluerunt, quasi semper quid errori, quidve usui debeatur, accurate definiri posset.

Quinquaginta fere locos observavi ex meis, in quibus textus Parisiensis a Lipsiensi differt. In his vel simpliciter novas prioris lectiones missas facit (ut Π. 73. Ψ. 30), vel uncis utitur ubi

antea ipsa textus verba expunxerat (ut A. 6. 18. J. 232. Q. 302. Z. 93. 96. 97. 100. 113. 115. Θ. 111. Λ. 53. 75. 93. Π. 19. 49. Σ 114. Ψ. 17), vel ad Griesbachium redit (J. 194. W. 17. Λ. 45. 82), adeoque ad vulgarem lectionem (Z. 107. Λ 99). Pericopam Io. 7, 53 - 8, 11. restituit, solo versu primo cancellato. Alibi e contrario veteri scriptura repudiata meliorem aliquam aliunde repetit, maxime Harwoodianam aut Lachmannianam (W. 33. τ. 7. 10. Y. 76. Z. 47. Θ. 57. 74. 76. 131. 142. Σ 53. 54. 55. Plane novas lectiones relegimus hasce:

Ψ. h. 36.	Marc. 10, 37.	(992)	ἀριστερῶν
i. 37.	Matth. 6, 25.	(Λ. 88)	om. ἢ τί πίητε.
j. 38.	Luc. 24, 21.	(993)	om. σήμερον
39.	Luc. 24, 52.	(Θ. 137)	om. αἰνοῦντες
40.	Io. 4, 51.	(994)	om. καὶ ἀπήγγειλαν
k. 41.	Matth. 17, 26.	(Θ. 106. Σ. 71)	εἶπεν δὲ ἀπὸ
42.	Matth. 25, 16.	(Σ. 30)	καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε
43.	Marc. 6, 24. 25.	(995)	τοῦ βαπτίζοντος bis
44.	Luc. 6, 2.	(Θ. 151. 2. 32)	ἔξεστι ἐν τοῖς σάββ.
45.	Luc. 23, 6.	(U. 9)	om. γαλιλαίαν
46.	Io. 3, 13.	(996)	om. ὁ ὢν ἐν. τ. οὐρανῷ
47.	Apoc. 13, 10.	(J. 152. Σ. 100)	εἰ τις εἰς αἰχμ. ἀπάγει, εἰς.

Ex quibus omnes quas sub literis [j] et [k] recensui in sequentes editiones non transierunt, quod idem valet de triginta fere aliis ex supra laudatis.

§ 2. EDITIO TISCHENDORFII LATINIZANS.

3.* PARISIIS. Editore Ambrosio Firmin Didot. 1842. 8. max.

Huius altorius editionis Parisiensis Tischendorfianae plane alia ratio est ac praecedentis, et quidem talis ut eam ex meo instituto, quum textus formam unice respiciam, proprie a caeteris omniuo distractam seorsim collocare debuissem. Minime enim textum refert critico nostro probatum et ad leges ab eo positas

[257]

constitutum, sed iisdem saepissime repugnantem. Ipse enim vir doctissimus, tam in dedicatione ad Dion. Aug. Affre archiepiscopum Parisiensem scripta, quam in praefatione ad lectores, narrat id sibi propositum fuisse in hoc opere, suadente et hortante J. N. Iagero, canonico eiusdem ecclesiae cathedralis, ut textum graecum N. T. talem constitueret, qui, ubicunque testium antiquorum autoritate fieri posset, quam proxime accederet ad Vulgatam latinam. Quod olim N. Toinardus tentaverat opus, ecclesiae suae commodis utile ratus, hoc iam maiore subsidiorum copia instructus Tischendorfius aggressus est; simul graecarum literarum studium apud catholicos Galliae theologos mirum quantum adiuturum se sperans: quos tamen in iis colendis multum exinde desudasse nemo rescivit. Verum si minus illis, at aliis pluribus gratam rem eum facturum fuisse dixeris, si ipsum Hieronymi archetypon, certorum quorundam codicum ope ad eius versionem propius accedentium, refingere quodammodo aut voluisset aut potuisset. Sed qui tale aliquid hodie intenderet, iis usus adiumentis quibus pro tempore gaudemus, operam et oleum perderet. Memineris ipsum Vulgatae textum misere depravatum et incertum esse, et Clementinum maxime, qui ecclesiae catholicae authenticus est et invariabilis, prae caeteris suspectum haberi debere. Qui nisi prius aliquatenus purgatus fuerit, et ad pristinam suam formam redactus, vix dignus videtur quem in restituendo textu graeco Hieronymiano sequaris. Tum etiam, ubi latini sermonis ratio ad variantes graeci lectiones diiudicandas non valebat, editor non certos quosdam codices alibi maxime latinizantes, i. e. cum Vulgata consentientes, sequutus est, sed suum textum Lipsiensem alia plane lege et consilio constituium simpliciter servavit. Igitur opus hoc, ut nunc est, nihil aliud effecit, nisi ut Vir summe venerabilis iste Iagerus in sua ultima praefatione Vulgatae Tridenti canonizatae laudes canere pleno ore potuerit, et textus graeci autoritatem, utpote criticis laboribus magis sollicitatam quam stabililam, derisui habere et contemnere, scilicet theologiae pseudo-reformatorum fundamentum.

Editio est graeco-latina, typis pro forma libri minutioribus expressa. Ad calcem exhibetur lectionis Stephanicae et Griesbachianae varietas.

De textus graeci conformatione, quum fere nullius eruditis momenti sit (quod tamen paco duumvirorum illorum dictum velim), non est quod te multis morer. Scias eum in locis tantum 432 cum Elzeviris facere, in quibus sunt 180 a Tischcndorfio mutata, in 376 locis cum Complutensibus consentire, in quibus fere viginti sunt lectiones singulares, in locis 676 cum editionibus Tischendorfii antecedentibus, in nonaginta aliis cum Lachmanno aut Tischendorfii

recentioribus. Adsunt etiam Harwoodianae lectiones nonnullae ex. gr. Θ. 122. 170. 177. 178. 182. 199 - 203 aliaeque rarissime receptae, ut V. 27. Π, 75.

Nova et singularia, quae scilicet antea nunquam e margine in textum irrepserint, pauciora quam quae fortassis exspectaveris observavi. Nonnulla speciminis loco adscribere lubet ne

[258]

librum negligentius perlegisse videar: Marc. 6, 16. (Λ. 40) οὗτος ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη. Marc. 8, 26. (Θ. 122) add. καὶ ἐὰν εἰσέλθης εἰς τὴν κώμην, μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς. , Luc. 2, 14. (Θ. 190) εἰρήνη ἀνθρώποις εὐδοκίας. Luc. 9, 1. (Q. 305) ἀποστόλους. Act. 12, 25. (G. 65) ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ caett. om. Act. 15, 34. add. μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη. Act. 18, 7. (Θ. 169) Τίτου Ιούστου. Act. 23, 25. add. totum versum. Act. 27, 5. ἤλθομεν εἰς λύστρα. Rom. 3, 26. τὸν ἐκ πίστεως Ιησοῦ Χρ. Rom. 12, 17. οὐ μόνον ἐνώπιον τ. θ. ἀλλὰ καὶ ἐν. πάντων ἀνθρ. I. Cor. 15, 51. πάντες μὲν ἀναστησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγ. 2. Cor. 2, 3. λύπην ἐπὶ λύπην ἔχω. 2. Cor. 12, 1. εἰ καυχᾶσθαι δεῖ οὐ συμφέρον μὲν. 1. Io. 4, 3. πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν etc.

4. * PARISIIS editore Ambrosio Firmin Didot, 1842. 12.

* PARISIIS editore Ambrosio Firmin Didot, 1847. 12.

* PARISIIS editore Ambrosio Firmin Didot, 1851. 12.

* PARISIIS editore Ambrosio Firmin Didot, 1859. 12.

Textum illum quem Tischendorfius ad vulgatam quam maxime conformaverat, editor Didot eodem anno manualem prodire iussit, forma minori, cum eiusdem dedicatione et prolegomenis, sed absque versione, et postea ter, quantum equidem rescire potui, eum στερεοτύπως iteravit. Observavi tamen duos variantes nescio utrum casu an de industria illatas: Matth. 25, 6. om. ἐξέρχεσθε, et 27, 2. om. Πιλάτῳ.

Verum alia inter duas postremas libri editiones (1851 et 1859) et priores tres intercedit discrepantia, quae quidem ipsum textum non attingit, sed alia de causa minime praetereunda est. In horum titulo scriptum fuerat: Textus graecus versionis vulgatae latinae quem in antiquis testibus V. S. V. Iager in consilium adhibito indagavit C. Tischendorf, qui et in praefatione eundem Iagerum operis suscipiendi suasorem appellat, praeterea vero mentionem eius facit nullam, adeoque nullas in opere perficiendo partes mentione dignas ei tribuere videtur. Nunc vero titulus promittit textum graecum latinae vulgatae quem ex antiquis codicibus restauravit J. N. Iager, una cum C. Tischendorfio. Et huius prolegomenis

praemittitur admonitio in qua canonicus Parisiensis sibi soli omnem laboris honorem vindicat, Tischendorfio vix ἐν παρόδῳ laudato, et in enarranda textus impressi historia mire ῥωμαΐζων satis exilem doctrinam e penu suo depromit. Quid quod ab exemplari anno 1851 edito Tischendorfii prolegomena omuivo exsulant.

In fine adduntur variantium lectionum in ev. Matthaei ad mentem Vulgatae receptarum testes antiqui: quae ad caetera evangelia et epistolas spectant, ea ulterius et separatim edenda promittuntur.

5. * RATISBONAE sumptus fecit G. Ios, Manz. 1849. 8.

Quatuor evangelia orthodoxe explanata novaque versione latina donata promittit quidem in titulo, sed solum Matthaeam

[259]

edidit Augustus L. B. de Berlepsch, ecclesiae catholicae subdiaconus. Opus splendide impressum et varia doctrina insigne, etiam a protestantibus theologis repetita, ubique tamen de fide ad normam romanam exigenda maxime anxium. Quod ad nostra attinet, paucis rem absolvere possum. Graecum textum autor ad Vulgatam, quam apposuit ipsam in altera pagina, se recognovisse fatetur, idque hac ratione effecit ut Tischendorfii Parisiensem editionem latinizantem fere simpliciter describeret. Sicubi ab ea recedit, quod undecim tantum locis in Matthaeo factum deprehendi, non ad codicum fidem aut criticis rationibus ductus lectionem refingit, sed satis arbitrarie et incaute. Sic 11, 23. et 19, 17. ex locorum parallelorum autoritate scripturam mutat; C. 21, 7. et 12, 22. sensum suum exegeticum, quem dicit, ducem agnoscit; C. 19, 9. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ exsulare iubet, utpote Christi menti contrarium; C. 23, 25. solus inter omnes ex latino ἀκαθαρσίας elicit. Sunt etiam in quibus Vulgatam pressius sequitur quam ipse Tischendorfius.

§ 3. EDITIO TISCHENDORFII SECUNDA.

6.* LIPSIAE sumtibus Adolphi Winter. 1849. 8.

Hanc secundam dico (latinizante Parisiensi in censum non relata) quippe in qua editor post excussos et transscriptos plures antiquissimos codices textum iterum recognitum forma puriore exprimendum curaverit. Cui ampliora prolegomena praemisit in quibus suos ipsius

criticos labores commendat, itinera suscepta enarrat, aliorum conatus severius perstringit, malevolorum et ignorantium fraude atque impudentia credulos et imperitos falli queritur, leges suas criticas tam ex historia textus quam ex internis rationibus repetitas exponit, graecitatis apostolicae orthographiam et grammaticam, cuius veras sibi reperisse videtur formas, instaurat, subsidiorum ditissimas copias recenset, denique textui subiicit varietatem lectionis multo quam antea locupletiorem, addito testium catalogo.

Consentit textus Tischendorfianus in hac secunda recensione cum Elzeviriano in locis 352, cum Griesbachiano in locis 622, cum Lachmanniano in locis 655. In quibus sunt 212 in quibus L. et T. inter se consentientes a caeteris discrepant. In summa sunt 853 loci in quibus lectio ab uno alterove illorum iam expressa a Tischendorfio servatur; in reliquis 147 hic alias lectiones amplectitur. Patet hanc editionem multo propius ad textum receptum et Griesbachianum accedere, quam priorem, saepissime vero Lachmanni scripturam antea commendatam repudiare. Caeterum abit a prima Lipsiensi locis 183, a Parisiensi locis 201. Lectiones Tischendorfianas novas supra memoratas servat $\Psi^{iabcdhi}$ et 39 non vero $\Psi^{efgjk.}$ In hac nova editione occurrunt etiam plures primum a Muralto receptae (Ω^{b}) de quibus infra dicetur, tum etiam Complutenses antea neglectae (D. 40. J. 97,

[260]

148. 158. 214. M 257. U. 33), Harwoodianae (Θ. 132 - 134), Macianae (Z. 58. 130), aliaeqae recentius demum commendatae a viris doctis (Π. 52. 69. Φ. 11). Edam novas hinc inde observavi e quibus exempli gratia describo eas sequuntur.

Ψ. I. 48.	Matth. 10, 3.	(Θ. 58)	Λεββαῖος caett. om.
49.	Marc. 6, 24. 25.	(Ψ. 43)	βαπτίζοντος . . . . Βαπτίστου
50.	Marc. 8, 26.	(Θ. 122)	μηδὲ εἰς τ. κ. εἰσέλθῃς cett. om.
51.	Marc. 10, 12.	(Θ. 124. Σ. 75)	ἀπολύσασα . . . . γαμήσῃ ἄλλον
52.	Marc. 16, - 20.	(997)	om. primus omnium
53.	Io. 7, 50.	(Θ. 164)	ὁ ἐλθὼν πρὸς αὐτόν
54.	Act. 18, 26.	(Θ. 170)	ἐξ. τὴν ὁδόν caett. om.
55.	Rom. 3, 26.	(A. 8)	τὸν ἐκ πίστεως (om. Ἰησοῦ)

56.	1. Cor. 7, 37.	(998)	om. ἑδραῖος
57.	1. Cor. 15, 55.	(Σ. 45)	ποῦ σου θ. τὸ κ. ποῦ σου θ. τὸ ν.

* LIPSIAE sumtibus et typis Bernh. Tauchnitz jun. 1850. 8.

* LIPSIAE ex officina Bernh. Tauchnitz. 1862. 8.

Editio stereotypa quae praeter prolegomena satis concisa et varietatem Elzevirianam margini inscriptam nil nisi praecedentis textum exhibet, paucissimis aliquot locis emendatricem editoris manum expertum. Sic ex. gr. Luc. 6, 1. restaurat δευτεροπρώτῳ (Π. 73), et pericopam Io. 7, 53. seqq. antea simpliciter suppressam nunc in margine saltem suppeditat cum omnibus suis glossis. Anno 1862 sola prolegomena renovata venerunt, textus vcro, quum olim firmis typis exscriptus esset, ad editionem criticam quae tunc novissima erat (1859) non poterat emendari.

8.* LIPSIAE, Avenarius et Mendelssohn. 1851. 8.

LIPSIAE, Avenarius et Mendelssohn. 1854. 8.

Tischendorfii Synopsis evangelica ex quatuor evangeliis ordino chronologico concinnata, praetexto brevi commentario illustrata. Textum refert praecedentis editionis hactenus variatum ut pericopae Marc. 16, 9. seqq. et Io. 7, 53. seqq. uncis inclusae denuo inserantur. Locorum parallelorum dispositio lucidior quam in plorisque huiuscemodi tabulis occurrit. Verum libri Ioannei contextus, quom editori caeteris iungere placuit ex obsoleto veterum more, et contra sanioris exegeseos principia, misere discerptus apparet, quasi vel hic ipse, vel caeterorum evangeliorum narrationes ad chronologicam rationem exigi possent, quum Synopsis earundem non nisi in hunc finem adomari debeat ut lectores facilius ea quae sibi invicem vere respondent conferre et expendere queant.

[261]

9a.* LIPSIAE, AvenariuB et Mendelssohn, 1854. 8. oblong.

b. * LIPSIAE, Hermann Mendelssohn. 1855. 16.

LIPSIAE, Hermann Mendelssohn. 1857. 16.

LIPSIAE, Hermann Mendelssohn. 1861. 16.

* LIPSIAE, Hermann Mendelssohn. 1864. 16.

c. * LIPSIAE, Hermann Mendelssohn. 1858. 8. oblong.

d. * LIPSIAE, Hermann Mendelssohn. 1864. 16.

Una eademquo est editio stereotypa quoad textum graecum qui in exemplaribus sub litera [b] recensitis nudus exhibetur, in caeteris cnm versione venit, scilicet sub lit. [c] latina, sub lit. [d] germanica, sub lit. [a] cum utraque. Textui subiiciuntur lectiones variantes pauciores selectae. Prolegomena . critica non in omnibus exemplaribus supra enumeratis eadem, maxime quia pro occasione etiam de versione Hieronymi et Lutheri disputatur.

Ipse textus graecus rarissime deserit eam scripturam quae in editione praecedente fuerat; undecim tantum locos ex nostris sic mutatos deprehendi, ut vel ad vulgatam lectionem rediret autor, sua propria repudiata (Marc. 10, 12. Io. 12, 1. Eph. 1, 1. vel vice versa novam aliquam amplecteretur (Io. 20, 25. 2. Cor. 5, 3. utramque iam Macio probatam Z. 47. 60.) vel tandem ad pristinum suum textum a. 1841 editum, et in sequentibus editionibus variatum recurreret (Mtth. 5, 32. 8, 10. 1, Thess. 5, 21. Hebr. 10, 11. Apoc. 6, 11; 22, 14).

§ 4. EDITIO TISCHENDORFII TERTIA.

10 a.* LIPSIAE sumptibus Adolphi Winter. 1859. 8.

b.* LIPSIAE sumptibus Adolphi Winter. 1859. 16.

Editori ipsi septima audit, nobis tertia est recensio textus critica, vel, si editionis latinizantis rationem habueris, quarta. Prolegomena praemittuntur longe quam antea anipliora, maxime quod ad codicum manu scriptorum catalogum attinet, textus vero multo plures quam in praecedenti recensione recepti vulgaris lectiones exhibet. Scilicet cum Elzeviriano iam consentit locis 395 ex nostro millenario numero; cum Griesbachiano locis 671, cum Lachmanniano locis 662, in quibus nunc sunt 198 tantum Tischendorfio et Lachmanno solis communes. Deniquo non nisi 115 supersunt ubi Tischendorfius nulli criticorum modo laudatorum adstipulatur. Lectiones suas olim proprias et novas missas facit et damnat in locis Ψ[cdi] item 50. 54. 56. in caeteris cum ed. a. 1854 facit paucissimis exceptis. Lectionem plane novam (in his scil. quas relegere consuevi) observavi nullam, nam Luc. 24, 52. καὶ εἰ λογοῦντες iam Harwoodius omiserat (Θ. 137).

Textui subiicitur commentarius perpetuus criticus, omnium qui adhuc congesti sunt a viris doctis locupletissimus. Cui passim inseruntur disquisitiones de singulis potioribus lectionibus ex canonum criticorum autoritate aestimandis et non raro in contrarium abeuntes ab iis quae olim similibus rationibus uso editori placuerunt. Formarum grammaticarum et orthographiae ratio-

nes multifariam novae et inauditae, quibus qualis concedenda sit dignitas, penes alios iudieium esto.

Editio minor quoad textum στερεοτύπως repetitum eadem ac maior, verum apparatu in compendium redacto et prolegomenis passim decurtatis et volumine et pretio priori inferior.

11. * LIPSIAE, Hermarm Mendelssohn. 1864. 8.

Synopseos Tischendorfianae editio secunda quoad materiarum dispositionem priori per omnia conformata, quoad textum vero seorsim recensenda. Quinquaginta fere locos notavimus in quibus lectionem illius repudiat vir doctissimus et quidem saepissime nunc eam denuo praefert quam olim in prima sua recensione (1841 et maxime 1842) commendatam postea reiecerat (Ψ. 27. 28. 38. 45. 46. Θ. 59. 61. 129. 191. Λ. 27. Σ. 33. 35. 36. 116. Π. 4. 9. 46. F. 44. M. 257. P. 277. R. 317. V. 17. Z. 47). Non nunquam in Lachmanni castra transit (Θ. 86. 190. Λ. 93. Π, 73. Σ. 71); satis frequenter vero simpliciter scripturam Elzevirianam restaurat (D. 40. U. 18. Θ. 32. 119. 135. 139. 151. Λ. 94. Π. 20. 48. Σ. 5. 54. 109). Nova etiam sed pauciora offert, in iis locis quos pro instituto meo inspexi: Ioann. 6, 51. (Θ. 83.) ὑπὲρ τῆς τ. κόσμου ζωῆς ἡ σάρξ μου ἐρτίν. Ibid. 7, 50. (θ. 164. Σ. 37.) om. ὁ ἐλθὼν . . . . πρὸς αὐτὸν. 12, 4. (Ψ. 20) Ἰοίδας ὁ Ἰσκ. 18, 1. (418) τοῖ κέδρου. 19, 38. (P. 268.) ἦλθον οἶν καὶ ἦραν αὐτόν. Atque in his plura sunt quae hanc synopseos recensionem ab illa pendere demonstrant quam modo memoravi ultimam.

Inchoavit a. 1864 vir clarissimus novam editionem omnium operosissimam quam ipse octavam appellat; quae quiun pro tempore nondum absoluta sit, hoc loco simpliciter eius mentionem fecisse satis habeo.

12.* LEIPZIG, Verlag von Gustav Mayer. 1861. 4.

Textus Matthaei Marci Lucae cum pericopis Ioannis parallelis synoptice expressus in tabulis satis concinne adornatis a M. H. Schulze ecclesiaste saxonico, qui id maxime egit in hoc libro edendo ut facilius, quam id in aliis eiusdem generis fieri poterat, necessitudo quae inter tria priora evangelia intercedit elucesceret. In hunc finem annotationes margini inscripsit quibus thema suum, nempe Marcum principem scriptorem caeterorumque fontem, lectoribus commendaret. Ipsum textuni ex Tischendorfii ed. VII. (1859) accurate descriptum ita exprimi iussit ut singulorum evangelistarum dictiones, ubi alter ab altero in sermonis tenore discederet, typis inter se spatiolo distinctis notaret. Adsunt autem passim elementa quaedam a Tischendorfio penitus eiecta, ex. gr. clausula Marci, quae noster uncis includere satis habuit, quippe quibus in illustrando quod sibi proposuerat argumento uti potuerit.

[263]

CAPUT XXIV. EDITIONES MIXTAE RECENTIORES.

Ad hoc ultimum caput recensionis meae editionum textus N. T. graeci eas refero, quarum autores vel nostrae aetatis criticos Lachmannum Tischendorfiumque maxime sequuti non tamen manibus et pedibus in eorum partes abeunt, sed hinc inde ad antiquiores libros rem suam exigunt, vel his ut plurimum adstipulantes rarius recentiores illos coryphaeos sibi duces constituunt

§ 1. EDITIONES THEILIANAE.

1* LIPSIAE sumtibus Bernh. Tauchnitz jun. 1842.

16. * LIPSIAE sumtibus Bernh. Tauchnitz jun. 1844. 16.

* Ed. altera 1848.

* Ed. tertia 1850.

* Ed. quarta 1852.

* Ed. quinta 1854.

* Bd. sexta 1856.

* Ed. septima 1858.

* Ed. octava 1865.

Editio stereotypa usu in Germania tritissima, cuius plures tituli ad me non pervenerunt. Quem primum posui, is non integrum N. T. exhibet, sed sola evangelia, adeoque ipsi editori in censum non venit quippe qui opere nondum absoluto in publicum prodire iussus fuerat.

Atque sane nitida est haec editio et habilis, etiam a pretii exiguitate commendanda. Vir doctus qui ei operam suam navavit, Car. Godofr. Guil. Theile, professor nuper Lipsiensis, scholarum usui eam destinavit. Quarum commodis inserviisse sibi visus est forma libri minore, versuum separatione, argumentis capitum appositis, locis parallelis intra binas columnas annotatis, tum etiam duobus indicibus, calci volumnis subiectis, altero varietatis lectionis receptae, Griesbachianae, Knappianae, Scholzianae, Lachmannianae, Tischendorfianae, Hahnianae, altero locorum V. T. in novo laudatorum, denique praemisso inde ab

[264]

editione tertia conspectu librorum N. T. chronologico et historiae evangelicae et apostolicae. Editioni octavae accesserunt Tischendorfii lectiones sinaiticae ad calcem libri paginis 127 comprehensae.

Textum editor ipse ad recognitionem Knappii maxime conformatum dicit, nimis modeste de suo labore iudicans. Non solum enim ipso externo aspectu a Knappianis libris hi nostri facile distinguuntur, exsulantibus ubiquo fere famosis illorum uncis, sed frequentissime etiam lectiones a recentioribus criticis commendatae antiquioribus substitutae sunt. Sic 824 tantum locis Knappium noster presse sequitur, vicies et semel receptam tuetur, decies et quater dubius haeret uncosque adhibet, in locis 138 cum recentioribus facit ita ut centies vicies et octies Lachmannum, centies vicies et semel Tischendorfium, septuagies et quater Griesbachium socios habeat. Supersunt tres loci in quibus ab his omnibus discedit; sc. Io. 8, 9. 10. servata pericopa tota glossas ex parte iam ab Erasmo damnatas eiecit (P. 290. Z. 126.) tum Col. 2, 2. (Z. 67. Λ. 34.) legit θεοῖ πατρὸς τοῦ Χριστοῦ.

2.* LIPSIAE sumtibus Bernh. Tauchnitz. jun. 1852. 16.

Editio stereotypa altera quam celeberrimus typographus eodem Theilio curante ex officina sua prodire iussit, cuius tamen praeter hoc primum exemplar nullum mihi recentius et alius anni nota insignitum innotuit. A praecedenti differt addita textui graeco in altera columna

versione Lutheri, auctaque ex novissimis aliorum criticorum libris variantium lectionum farragine. Caetera additamenta quae supra relegi adsunt omnia.

In ipso textu editor nonnulla mutavit quae tamen vix eius momenti sunt ut novam recognitionem hic exhiberi dixeris. Scilicet septies repudiatae veteri scripturae Lachmanni vel Tischendorfii lectio praefertur, vicies et quinquies recentior ab iisdem olim repetita iam restauratae antiquiori cessit.

3.* LIPSIAE sumtibus Bernhardi Tauchnitii. 1854. 16.

* LIPSIAE sumtibus Bernhardi Tauchnitii. 1862. 16.

Editio stereotypa tertia graeco-latina in qua archetypo in gratiam et commodum catholicorum versio vulgata Sixto-Clementina accedit. Textibus praeter argumenta capitum et loca parallela pauciora nihil additum est. Praefatio adest nulla, nullus in titulo editor laudatur. Caeterum quoad criticam textus graeci conformationem apographon praecedentis secundae dici potest. Unicum enim ex meis locum inveni in quo altera ab altera discrepat, sc. Matth. 5, 4. 5. ubi ordo versiculorum cum Lachmanno intervertitur. Practerea passim orthographiae graecae leges paullo ab illis quas antea sequutus fuerat diversas sibi scripsisse videtur editor.

[266]

4.* BIELEFELD, Verlag von Velhagen und Klasing. 1845. 8.

* Item 1849. 8.

* Item 1854. 8.

Item 1855. 8.

Item 1858. 8.

Est hoc N. T. pars Bibliorum polyglottorum quae hodie satis frequenti usu per Germaniam celebrantur, exhibetque praeter textum authenticum versionem latinam vulgatam et Lutheri germanicam. Quartam columnam in tribus primis editionibus στερεοτύπως repetitis occupant variae variorum germanicae singulorum verborum interpretationes, in quarta vero et quinta versio anglica. Textui graeco subiicitur in margne inferiore variantium delectus ex recentiorum criticorum libris collectarum.

Editorem graeci textus se profitetur idem C. G. G. Theilius quem modo Knappianam editionem novis curis maxime Lachmanno et Tischendorfio ducibus emendatam dedisse dixi. Hic vero idem plane aliam viam ingressus, ne inter Lutheranam versionem eiusque fontem nimia discrepantia appareret, textum receptum i. e. Elzevirianum descripsit rarissime mutatum. Non enim plures quam triginta quinque locos reperi in quibus ab eodem discedit atque in his octodecim ubi iam antea recentiorem scripturam suam fecerat; caetera nunc similiter partim ad Griesbachii, partim ad Lachmanni et Tischendorfii mentem reformata deprehendi.

5.* STUTTGART privilegirte Bibelanstalt, in Commission bei S. G. Liesching. 1853. 8.

Editio graeco-germanica cuius textus graecus praecedentis apographon est.

§ 2. EDITIO MURALTI.

6. HAMBURGI simptibus I. A. Meismer. 1846. 16.

* HAMBURGI sumptibus I. A. Meismer. 1848. 16.

* HAMBURGI stmiptibus I. A. Meissner. 1860. 16.

Eduardus de Muralto Helvetus, hodie in academia Bernensi theologiae professor, olim quum Petropoli literis graecis studia varii generis dicaret, inter alia etiam N. T. textui ad fidem antiquiorum testium, maxime codicis Vaticani, restituendo curam impendit, et nova plane et singulari forma eundem prodire iussit. Magna quidem et sibi et lectoribus promittit doctissimus editor, integram scilicet varietatem ex patribus aetatis apostolicae depromendam , item ex versionibus saeculi II. et III., codicum vero IV. vel V. Quae ne nimium mireris, scias ipsi apostolicam aetatem latius patere quani vulgo praesumitur, versionem syriacam ad initium saeculi secundi referri, codicem Vaticanum ad tertium, Alexandrinum ad quartum, ita ut singulis fere testibus vetustatisi

[266]

privilegium vindicetur, ultra quam ab aliis statuitur venerandae. Verum haec penes suos iudices sunto; ego de textus forma peculiari dicam. Hunc multis et variis signis criticis circumseptum et quasi horridum exhibet, ut minus editoris iudicium quam testium varietatem scriptura repraesentet. Unci sive parenthesium sigla usurpantur quinque diversis formis

expressa, tum etiam asterisci aliaque signa caeteris criticis non usitata, quibus id effici debet ut primo statim obtutu deprehendas quaenam textus elementa in unoquoque vetustissimorum testium omittuntur, adduntur, variantur. Quibus accedunt in margine inferiore in similem finem appositae lectiones, diverso scribendi methodo aliae ab aliis distinctae. Quae omnia satis ingeniose excogitata plurimis fortasse lectoribus minus perspicua, et ad critices exercendae πρᾶξιν minus apta videbuntur. Textum praecedunt amplissima prolegomena de subsidiis novae editionis erudite magis quam luculenter tractantia, quibus inter alia inseritur Tabula locupletissima testimoniorum apostolicae quam editor dicit aetatis, subiicitur ad calcem operis immensa variantium farrago additis testium notis.

Textus expressi ratio haec est: in locis 692 ex numero nostro millenario facit cum Tischendorfio primo; in locis 608 cum Lachmanniano; in locis 573 cum Griesbachiano; denique in locis 397 cum Elzeviriana. Qui numerus aliquanto maior evasit, quia deficiente codice Vaticano, exempli gratia in Apocalypsi, editor vulgarem scripturam saepius servavit, quam pro ratione consilii sui in caeteris partibus conspicui debuisset. In summa sunt 936 loci, in quibus cum alterutra illarum editionum consentit, 64 vero in quibus ab iis omnibus recedit. Ex quibus fere triginta omnino novas exhibent lectiones.

Ω. a. 1.	Matth. 21, 29.	(Σ.29)	intervertit ordin. responsionum
2.	Marc. 2, 7.	(Σ. 55)	ὅτι οὗτος etc.
3.	Marc. 3, 14.		add. οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν
4.	Marc. 3, 15.		add. iterum: κ. ἐποίησε τ. δώδεκα
5.	Marc. 10, 12.	(Σ. 75)	ἀπολύσασα . . . . . . ἄλλον γαμήσει
6.	Marc. 15, 12.	(Σ. 31)	ποιήσω, λέγετε, τ. βασ.
7.	Luc. 12, 47.	(Θ. 128)	ἑτοιμάσας ἢ ποιήσας
8.	Io. 7, 39.	(Σ. 65)	οὔτω γὰρ ἦν πν. ἅγιον δεδομένον
9.	Act. 2, 31.	(Ζ. 85)	ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδην
10.	Act 3, 6.	(Σ. 130)	ἔγειρε περιπάτει
11.	Act. 9, 35.	(Χ. 18)	Σάρωνα sine art.
12.	Act. 10, 19.	(Ρ. 274)	δύο
13.	Act. 13, 42.	(Γ. 23)	ἠξίουν λαληθῆναι

14.	Act. 18, 7.	(Θ 169)	τιτίου ἰούστου
15.	Act. 20, 1.	(Θ. 62)	μεταπεμψάμενος etc.
16.	Act. 23, 9.	(Θ. 63)	τινὲς τῶν γρ. τοῦ μέρους
17.	Eph. 1, 1.	(Z. 130)	om. ἐν Ἐφέσῳ
18.	Apoc. 1, 6.	(B. 35)	βασιλεῖς ἱερεῖς
19.	Apoc. 2, 3.	(Z. 26)	κεκοπίακας οὐ κέκμηκας
20.	Apoc. i?, 17.	(Z. 134)	δώσω ἀ. τὸ μάννα
21.	Apoc. 8, 13.		om. ἐν μεσουρ. λέγοντος φωνῇ μεγ.

[267]

22.	Apoc. 20, 5.		λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων
b. 23.	Marc. 1, 16.	(Λ. 25)	ἀμφιβάλλοντας ἐν τ. θαλ.
24.	Marc. 4, 15.	(Π. 9)	ἐσπαρμένον εἰς αὐτούς
25.	Act. 7, 15.	(999)	om. εἰς Αἴγυπτον
26.	Rom. 15, 19.	(Θ. 67)	ἐν δυν. πνείματος
27.	2. Cor. 1, 10.	(Y. 81)	καὶ ῥύσεται
28.	Hebr. 3, 6.	(X. 59)	om. μέχρι τέλους βεβ.
29.	1. Petr. 5, 2.	(1000)	om. ἐπισκοποῦντες.

Caeterum tria exemplaria in rubrica laudata hactenus differunt inter se, quod apparatus criticus amplior ad secundum demum accessit, tertio vero additus est praeterea recensus locorum quibus editio codicis Vaticani romana abAngeto Maio praeparata (1857) ab hac nostra discrepat.

§ 3. EDITIO REITHMAYRII.

7. * MONACHII suumtibus societatis de propagandis libris catholicis. Typis. I. G. Weiss. 1847. 8.

Textum graecum recognovit et vulgatam latinam addidit Franc. Xav. Reithmayr professor theologiae catholicae in universitate Monacensi. Liber et forma et typis spectabilis et vel a modico pretio commendandus. Textui praeter paucissima loca parallela nihil additur. Quem dum doctissimus editor denuo recognitum dicit, haudquaquam sibi quod non praestiterit vindicat. Differt enim quae hic eius exhibetur forma non solum ab antiquioribus omnibus sed etiam ab iis quas ut proxime accedentes in ipso hoc capite recensemus. Scias autorem Lachmanni leges in restituenda scriptura genuina suas fecisse, hactenus saltem ut 800 locis ex nostro millenario numero cum Berolinensi critico consentiat, et quidem in Epistolis priorem eius editionem sequutus, in Evangeliis vero posteriorem. Sunt tamen in his sexaginta et duo ubi quas Lachmannus glossas penitus damnatas eiecerat ipse uncis inclusit. In aliis centum quinquaginta et duobus locis simpliciter in Griesbachiano textu substitisse videtur. Verum quum in his nonaginta quinque sint, et praeterea duodecim alii, ubi illa lectio caeteris praefertur quam Tischendorfius in altera sua Parisiensi editione ad vulgatam versionem conformata expressit, hanc potius Nostri vel fontem vel ducem hactenus dicere licuerit. Eadem ratio est eorum quatuordecim locorum in quibus, Tischendorfiana illa textui Griesbachiano aliquid addente, vel de Lachmanniano aliquid recidente, unci apud Reithmayrium mediam tenent viam. In reliquis pauciora Elzeviriana et Tischendorfiana, plura Complutensia deprehendi; denique adsunt etiam nova quaedam et singularia:

Matth. 27, 33.	(Σ. 59)	ὅ ἐστι τόπος κρανίου λεγ.
Marc. 1, 2,	(Ζ. 62. Λ. 5)	ἐν τῷ Ἡσ. προφ.
Marc. 9, 42.	(Θ. 78)	λίθυς ὀνικὸς
Luc. 7, 10.	(Θ. 152. Σ. 33)	τ. δοῦλον τὸν ἀσθενοῦντα

Col. 2, 2.	(Z. 67. Λ. 34. Σ. 46)	θεοῦ πατρὸς τοῦ Χρ.
Hebr. 4, 2.	(J. 222. Θ. 196)	συγκεκερασμένος.

§ 4. EDITIO ANGERI.

8.* LIPSIAE sumtibus Gebhardi et Reislandi. 1852. 8.

Synopsis Evangeliorum Matthaei Marci Lucae cum locis quae supersunt parallelis literarum et traditionum evangelicarum Irenaeo antiquiorum (additamento in talibus libris antea inusitato sed utilissimo) ad Griesbachii ordinem concinnavit, prolegomena, selectam scripturae varietatem, notas et indices adiecit Rud. Anger, professor nuper Lipsiensis doctrina vel inter paucos clarissimus, mihique desideratissimus.

Textum desumpsit editor e recensione Griesbachio-Schulziana a. 1827 evulgata cum qua in locis 953 consentit. In caeteris fere recentioribus criticis nempe Lachmanno et Tischendorfio adstipulatur, vel simpliciter eorpm scriptura recepta (vicies et quinquies), vel saltem uncinorum ope eorum iudicio commendato decies et octies). Reliqua sunt Elzeviriana vix memoratu digna, unum denique novum: Marc. 3, 32. (G. 52) hoc ordine scriptum reperitur: καὶ αἱ ἀδελφαί σου καὶ οἱ ἀδ.

§ 5. EDITIO WORDSWORTHII.

9.* LONDON, Rivingstons. 1857. 4.

Novum Testamentum graece cum annotationibus Chr. Wordsworth, canonici Westminsteriani. Opus quatuor voluminibus absolutum, quod tamen non integnim apud me exstat. Textui splendide excuso subiiciuntur scholia ex parte critica, ut plurimum tamen philologica et apologetica, praemittuntur introductiones varia doctrina refertae verum plerumque homiletico stilo exaratae. Ipse textus, quantum ex iis partibus quas inspicere contigit, videre potui, ad Griesbachii, Lachmanni et Tischendorfii rationes conformatus est et fore ubique alterutrius horum criticorum vestigia legit, exceptis tamen iis locis in quibus traditio dogmatica, cuius satis tenax est editor, veterem Elzevirianum commendabat.

§ 6. EDITIO HAHNII POSTREMA.

10.* LIPSIAE sumtibus et typis Caroli Tauchnitii, 1861. 8.

Titulus libri editorem profitetur Augustum Hahn, theologum Vratislavensem clarissimum, non ita pridem hac vita defunctum, qui iam olim eodem typographo procurante nonnullas N. T. editiones evulgaverat quas supra inter Knappianas retuli. Et sane,

[269]

si solam externam operis speciem consideraveris, priori illarum hanc nostram adeo similem reperies ut hic eam a suo prototypo seiunctam fuisse non immerito mirari possis. Idem chartae nitor, eadem marginis amplitudo, typorum gracilitas, annotationis criticae dispositio. Verum textus plane novus, novisque curis recognitus, quibus editor eo devenit ut eum Lachmanno et Tischendorfio praecuntibus, quod ipse candide fatetur, ad recentissimorum exemplarium formam propius accedere iuberet. Atque hic prae caeteris notandum, hanc nostram a Knappianis eo maxime nomine differre quod uncorum usu repudiato (uno loco ex nostris excepto Matth. 21, 35.) nunc vel cum criticis illis glossas dubias plane eiecit vir doctus, vel iisdem servatis ad vulgarem scripturam rediit. Atque hoc paulo minus frequenter factum video quam illud. Etiam in caeteris saepius lectiones recentioribus probatas recipit, Tischendorfii vestigia pressius legens, ubi is a Lachmanno discrepat, et quidem novissimae (septimae) editioni impressa ubi haec suas antesignanas deserit. Praeterea observavi Compl. A. 25. J. 137. 218 et quae Muraltius dederat Act. 23, 9. Iac. 3, 6. Omnino haec editio centum et quinque locis a priore Hahniana recedit, sexagies et septies Tischendorfium, tricies et ter Elzeviros duces sequuta, quinquies aliter, ut dixi, lectione mutata.

[270]

CAPUT XXV. EDITIONES NONDUM COLLATAE.

Supersunt denique editiones nonnullae mihi pro tempore incognitae, sed quarum titulos laudatos legi maxime in catalogis librorum venalium quos forte inspiccre mihi contigit. Sunt ut plurimum recentiores et recentissimae, sunt omnes extraneae, ex terris a nostrorum negotiatorum et antiquariorum commerciis remotioribus advehendae. Itaque non est quod mireris tales aliquot lacunas in thesauro meo deprehendi, quas tibi ipse significare malo quam

silentio vanam divitiarum omnibus numeris absolutarum gloriam affectare. Neque contenderim vel sic rem totam me confecisse. Quotidie euim, maxime in Britannia et America novi libelli manuales prodeunt qui usui scholarum destinatae extra suam patriam vix cuiquam innotescunt. Et saepius accidit ut occasione feliciter oblata editionem aliquam emendo meam fecerim cuius nomen et laudem antea fama nondum ad me portulerit. Tu igitur, benevole lector, pro tua ampliore eruditione, vel ex tuis ipsius copiis, unum aut alterum, imo plures titulos, his meis ultimis pagellis probabiliter inseres, quos me ignorasse ne graviori vitio mihi vertas oro.

§ 1. EDITIONES SUECICAE.

ABOAE 1720. 8.

Editionem hanc secundam Aboensem (priorem vide Cap. XL § 2 ad. a. 1688.) exstare iam Maschius docuit, quam tamen ipse non vidit. Rem mihi per literas confirmavit ex ipsa Upsaliensi bibliotheca C. A. Hultcranz, Theol. D. Suecus, cuius humanitati notitiam plurium in remotis illis regionibus impressarum editionum debeo. Qualis autem textus ipsius ratio sit, nescio

[271]

§ 2. EDITI0NES ITALICAE.

Praeter Londinenses caeterasque Britannieas sunt maxime Venetae plures huius et superioris saeculi quas neque in bibliothecis publicis inspicere neque venales invenire mihi contigit, quanquam per literas non unum bibliopolam de iisdem adii. De evangelistariis tamen et praxapostolis, saepius in usum ecclesiarum graecarum editis, quorum plures ipse splendide excusos possideo et forma et rubro insignes, hoc loco pro instituti mei ratione nihil dicam, quum non nisi textus perpetuos recensere apud me constituerim. Sunt autem, ut videtur, etiam nonnullae editiones integrae vel saltem evangeliorum aut epistolarum exemplaria perfecta, quorum mentionem factam me legisse memini scil. 1833. 1844 et 1851.

§ 3. EDITIONES BRITANNICAE.

Plures in Britannia excuse esse quam quarum notitia ad me pervenit, satis superque dictum. Ecce eas quas quo potissimum loco insererem nesciebam, maxime quoad titulum solum notas, ex bibliopolarum catalogis descriptum.

1. *Newcome, harmony of the gospels in which the original text is disposed after Leclerc's general manner*. Dublin 1778.

2. Idem liber, *reprinted from the text and select various readings of Grieshach by the junior class in the theological seminary at Andover under the superintendencv of Moses Stuart. Andover, printed by Hagg and Gould*. 1814. 8. 1834. 8.

3. Londini ap. Pytt. 1814. 12. memoratur in bibliotheca Sussexiana. II. 494.

4. Londini ap. Valpy. 1830. 48.

5. Londini ap. Chapman 1836. Harmonia evangelica.

6. H. Alfordii editiones inde ab anno 1849 plures (Londini 8.) textum exhibent denuo recognitum cum apparatu et commentario critico. De hoc opere Tischendorfius in praefatione editionis suae a. 1850 impressae plura dicit quae ad eius laudem parum valent. Ipse non vidi. Editio IV. prodiit 1860; recusa est Neo-Eboraci 1859. cf. Kitto, Journal II. 91. III. 496.

7. Oxonii 1851.

8. *Stroud's new greek harmony of the four gospels, comprising a synopsis and a diatessaron. London, Bagster*. 1853.

9. Cantabrigiae gr. angl. 1857. 12.

10. Londini gr. angl. Bagster. 1858. 18.

11. Editionem criticam a V. Clar. S. P. Tregelles inchoatam quidem scio, absolutam iam vix crediderim. Cuius specimen et quasi πρόδρομον supra pag. 250 recensui.

[250]

CAPUT XXVI. EDITIONES DUBIAE.

Ne quid in catalogo meo desideretur, subiicio hic pauciores titulos, imo paucissimos, a biblipgraphis quidem memoratos, sed de quibus certi nihil comperire potui. Quos inter spurios et commentitios referre pro tempore non ausim, ipsos tamen libros revera olim exstitisse non magis affirmaverim, vel saltem de textu quid dicam non habeo.

1. BURGIS Araconensium, 1581. fol.

Biblia V. T. hebraica et N. T. graeca cum versione Ariae Montani ex editione Plantiniana descripta. Pauca de hoc opere in his terris incognito Maschius ex Le Longio notavit p. 154. 272, Calmetus in Bibliotheca sua biblica ad a. 1585 refert. Praeter Complutensem editionem haec est sola hispanica cuius fama ad nos pervenit. Nusquam eam vidi, et si quis suspectam habere voluerit, quasi ipsum fuerit Belgarum opus, scilicet tomus Plantinianus a. 1572 editus novo titulo ornatus equidem non valde abnuerim.

2. GENEVAE ap. Iac. Stoer. 1588. fol.

De hac editione Maschius p. 313 talia refert, nescio quo teste (nam Longius eam in indice silentio praeterit) quibus apographon Bezanae II. maioris cam fuisse colligero possis. Verum tam grande opus Genevae, ipso Beza praesente et Stephano teste, ab alio typographo furtim recusum fuisse vix ad ne vix quidem mihi persuadeo. Suspicio mihi venit, esse ipsissimam Bezae tertiam, a bibliopola novo titulo, et suo nomine distinctam, quod et in aliis eiusdem loci et familiae libris vidimus. Verum etiam in Maschii notitia error aliquis latere potest. Certe in nulla exstat bibliotheca ex plurimis quas exploravi.

[273]

3. ANTVERPIAE ex officina Plantiniana. 1590, 8.

Hanc Le Longius recenset nullo teste laudato, post eum Maschius, qui tamen observat, Plantinum ipsum eo anno iam vita functum fuisse eiusque generum Io. Moretum tum temporis Antverpiensem officinam tenuisse. Ipse eam nusquam terrarum reperire potui et quum eo ipso anno Vulgata latina ex officina Plantiniana prodierit, fortasse aliquem errorem hic irrepsisse suspicari licuerit.

4. LUGDUNI Bat. ex officina Plantiniana apud Chr. Rapheleng. 1609. 8.

Hanc solus Le Longius recenset p. 216 quasi a se Parisiis visam, et graeco-latinam. Meis oculis illa se adhuc subduxit. Quid si Genevensem Roverii eiusdem anni ftiisse coniecerimus, ipsam quoque in textu et versione Plantinianam?

5. AMSTELODAMI ap. Io. Iansson. 1630. 8.

Inter Elzevirianas plures Ianssonianas habuimus. Caeteris Le Longius, isque solus, praemittit hanc cuius mihi nusquam copia fuit, si quidem re vera exstiterit.

6. AMSTELODAMI. 1643. 8.

Solus hanc recenset Le Longius typographi nomen tacens. Sed quum Bezae versionem adesse dicat, et a se ipso visam, re vera exstare non negaverim. Habuimus talem Amstelodamensem graeco latinam a. 1647 et fortasse hic ipse potius annus reponendus erit in notitia autoris supra laudati.

7. STREGNESIAE. 1777. 8.

Hanc sine teste recenset Maschius p. 250 typis maiusculis et nitidis excusam dicens. Tales etiam erant in editione priore Stregnesiana a. 1758. Mihi V. D. Hultcranzius per literas renunciavit, in bibliotheca Upsaliensi in quam ex lege publica omnes in Suecia impressi libri referri debent, nullam Stregnesianam editionem N. T. exstare praeter eam quam Cap. XI. § 2. ad a. 1758 recensui. Hinc suspicio mihi oriri debuit, hanc secundam, si qua fuerit, non nisi titulo a priori diversam esse.

8. CONSTANTINOPOLI. 1810.

Talem editionem exstare facile olim mihi persuasi quum in ipso titulo editionis bibliorum Mosquensis a. 1821 (Cap. XI. § 1.) legerim: ἡ καινὴ ἐκ τῆς κατ' ἐπικύρωσιν τοῦ τῆς Κωνσταντινοπόλεως πατριάρχου Κυρίλλου ἐκδόσεως ἔτει ᾳωί γενομένης. Quod nusquam in

[274]

eam inciderim, id mihi dubium non movebat, quum libri in Oriente editi vix ad nostra limina pervenire soleant, quanquam opus ipsius ecclesiae Cpolitanae patriarchae autoritate editum, adeoque prima omnium et unica N. T. graeci editio orientalis, saltem Vindobonae asservari debebat. Verum ex quo a viris doctis natione Graecis pluribus, olim vel in seminario Chalcidensi, vel Hierosolymis, vel Athenis et alibi concionatoribus et professoribus, nunc apud

nos Argentorati studiis theologicis incumbentibus, saepius audivi, editionem talem Constantinopolitanam in Graecia omnino incognitam esse, suspicor titulum illum Mosquensem lectori fucum facere voluisse. Fortasse respiciebat editor ad N. T. a. 1810 Londini impressum bilinguem, usui Graecorum destinatum cuius exemplaria Cyrillus patriarcha aliquo suo patrocinio dignari potuerat. Certe textus huius editionis et Mosquensis idem est

[275]

CAPUT XXVII. EDITIONES SPURIAE.

1. VITEBERGAE. 1522. 4.

Primus hanc recensuit Le Longius p. 204 post eum Walchius bibl. theol. IV. 40. alii. Errorem hic aliquem latere talemque editionem nunquam exstitisse dudum a bibliographis demonstratum est, v. Maschium p. 305. Lorckium in BG. I. 431. Hic suspicatur ansam errori praebuisse editionem mere latinam Lipsiensem eiusdem anni. Magis vero simile mihi videtur annum 1522 pro 1622 lapsu quodam calami in schedis suis Longium consignasse.

2. ARGENTORATI. 1524. 8. ap. Cephalaem.

Auctor est Fabricius in Bibl. gr. III. 186. Cephalaeum *alteram* N. T. editionem iunxisse bibliis graecis a se a. 1526 ex Aldino exemplari descriptis. Quae falsa falsius interpretatus I. D. Michaelis Introd. I. 782 duas Cephalaei editiones ad eundem annum 1524 refert quarum alteram Gerbelianum alteram Aldinum textum exprimere perhibet. Verum iam viderunt Maschius I. 199. Lorckius BG. I. 452. et Marshius in notis ad Michaelem. Veteri Testamento postea edito prior illa et unica conunode ab ementibus iungi poterat. Similiter fallitur Dibdinus I. 38. N. T. a. 1529 editi mentionem faciens, scilicet hunc annum in novo titulo referentis. Haec anni nota in solius primi voluminis Veteris Testamenti fronte legitur, ut iam Goezius p. 73 diserte annotavit.

3. BASILEAE. 1533. 8. ap. Brylingerum.

Hanc primam Brylingeri editionem recenset Maschius p. 205 qui suam notitiam uni Le Longio debere se fatetur. Ipse Le Longius eam non nisi in secunda bibliothecae suae editione

p. 205 memorat ex Fabricii bibl. gr. l. l. titulum describens. Hic vero legitur expressis verbis: Basileenses 1531 ap. Bebelium et 1533 ap. Brylingerum, ad Erasmi tertiam. Iam scriptor alioquin diligentissimus neque Bebelianas neque Brylingerianas caeteras recenset in illis duabus ex amplius viginti subsistens, et si quid video error latet in numero quum prima Brylingeriana mere graeca a. 1543 edita sit, quae revera Erasmi tertiam sive potius Bebelianam sequitur. Omne dubium removerunt mihi catalogi bibliothecarum Hamburgensis et Heidelbergensis in quibus editiones Brylingerianae ad annos 1533 et 1534 referuntur, quos numeros libris ipsis inspectis omnino falsos deprehendi.

4. ARGENTORATI. 1534. 8.

Editionem Argentoratensem a. 1534 plures laudarunt e. g. Vogtius in catal. libb. rar. p. 661, Salthenii bibl. p. 498, Walchii bibl. theol. IV. 31, Rosenmüllerus I. 282. Cui Maschius p. 198 suo marte Cephalaei nomen indidit, et post eum Dibdinus caecus eius pedissequus. I. 64. Sed errorem esse in numero (pro 1524) apud Vogtium et Salthenium, qui caeteris fraudi fuerit, nullus dubito. Certe Cephalaei secundam editionem nemo recentiorum vidit, in omnibus bibliothecis frustra ipse quaesivi, et Hamburgi, ubi in catalogo ad hunc annum editionem παρὰ κεφαλαίῳ impressam exstare legi, in libri ipsius titulo quod suspicatus cram παρὰ κολιναίῳ evidenter scriptum inveni.

5. BASILEAE. 1 540. 8. ap. Bebelium.

Recenset hanc Knochius ex bibliotheca Brunsvicensi hodie Guelferbytana, sed in nomine typographi fallitur. Est Plateri secunda Bebelianis ut diximus simillima. Exemplar a Knochio laudatum ipse manibus tractavi.

6. LIPSIAE. 1542. 8.

7. BASILEAE. 1542. 8. ap. Froben. et Episcopum.

De his Lo Longius haec habet pag. 206: N. T. gr. et lat. ex vulgata et ex nova versione iam quintum ac postremum rec. a Des. Erasmo. Basileensem Maschius silentio praeterit Lipsiensem p. 300, ducem illum temere sequutus, audacter ad Frobenianam eiusdem anni

recusam affirmat. Apud caeteros de utraque altissimum silentium, in bibiiothecis hucusque vestigium earum nullum. Utramquo dum meliora edocear spuriam habeo. Minime enim persuadere mihi possum Frobenium, quo anno textum cum duplici versione in forma maiori ederet, tripartitum opus charactere tam minuto expressisse ut uno volumine minoris formae comprehenderetur. Absque dubio bibliographi Parisiensis calamus lapsus est in detalnanda forma libri quem ipse non viderat. Lipsiensem ex caonogo bibliothecae Buxtorfianae descripsit quem inspicere mihi ng contigit, sed erratum in nota anni esse suspicor, ita ut 1582 lei deberet.

[277]

8. BASILEAE. 1542. 8. ap. Bryling. graece.

Le Long. p. 206. Imo graece et latine, quam suo loco recensui. Vel si mere graeca, ad a. 1543 referenda.

9. BASILEAE. 1546. fol. studio Xysti Betuleii.

Ita Le Longius p. 207. Sed fallitur vir egregius, quod iam alii viderunt, pro editione N. T. sumens quae *Symphonia* est, aut concordantiae quas dicunt. Solent in catalogis bibliothecarum tales libri inter editiones textuum collocari quod bibliographis facile fraudi est. Cf. etiam Lorckii BG. I. 430. 11. 29.

10. BASILEAE. 1549. 8. ap. Bryling. graece.

Sic Rosenmüllerus bibl. Lit. I. 284. Recensuit etiam Le Longius l. l. de nomine typographi tacens. Maschius p. 201 Brylingero tribuit, sed recte observat esse graeco-latinam de qua supra dictum. In catalogo bibliothecae Baumgartenianae p. 39 legebatur graece tantum expressa, quam Lorckius (II. 43) inde redemptam graeco-latinam esse cognovit.

11. ANTVERPIAE. 1549. fol. ap. Commelinum.

Monstrum hoc finxit nescio quis autor catalogi bibliothecae Heidelbergensis. Commelinus fuit typographus non Antverpiensis sed Heidelbergensis vergente saeculo XVI artem suam

exercens. Editio eius maior lucem vidit a. 1599 qui annus in titulo scriptus adparet sine nomine loci, quem ex subscriptione praefationis Ariae Montani ex opere Antverpiensi regio descriptae temere indoctus scriba coniiciendo deprehendisse sibi visus est.

12. BASILEAE. 1556. 8. ap. Bryling. graece.

Maschius I. 202. Cui unus testis est catalogus bibliothecae Baumgartenianae post mortem possessoris impressus, sed in talibus ambiguae fidei. Graeco-latina est, quod vel ex ipsa descriptione Viri summi in l. Hall. Bibl. IV. 192 adparet.

13. BASILEAE. 1562. 8. cum interpr, Bezae.

14. GENEVAE. 1563. 8. cum eadem ap. Stephan.

Has recenset Le Longius p. 210. 211, post eum alii ut Walchius p. 41, Eichhornius p. 275, Maschius p. 308. Sed ipse primarius ille autor in suo indice priorem silentio praeterit, posteriorem sine teste inserit. Illam nullam esse, vel potius Brylingerianam versione Erasmi ditatam, hanc ad a. 1565 referri debere persuasissimum habeo.

[278]

15. LUGDUNI Bat. 1562. 12.

Editio, inquit Maschius p. 301, cuius exsistentia annunciatur sed quae oculis meis ita sese subduxit ut indagare non potuerim. Quum ne unicum quidem testem producat et ipse eius nusquam ullum vestigium deprehenderim, non dubito quin inter spurias referenda sit.

16. BASILEAE. 1564. 8. graece ap. Brylingerum.

Ita Maschius p. 220 ex catalogo bibliothecae Baumgartenianae. Sed est graeco-latina ab ipso b. possessore (Nachr. IL 479) pluribus descripta.

17. LIPSIAE. 1564. 8. graeco-latina ap. Voegelin.

Hanc ex Le Longio sumit Maschius p. 300, mediam inter duas eiusdem typographi annis 1563 et 1565 editas collocans. Sed apud caeteros altissimum de ea silentium. Aut latet error in nota anni aut agitur de editione mere graeca.

18. ANTWERPIAE. 1564. 24. ap. Plantin.

Recenset Le Longius p. 211 sine ullo teste. Addubitat Maschius p. 191. Vir doctus qui conscripsit annales typographiae Plantinianae, diario qui inscribitur *Bulletin du bibliophile belge* nuper insertos, hanc editionem non nisi ex illo unico autore se nosse fatetur. Si quid video legendum est 1574.

19. PARISIIS. 1565. fol. ap. Stephanum.

In catalogis plurimarum bibliothecarum editiones Bezanae Genevae ap. H. Stephanum excusae, sed quoad nomen urbis ἀνώνυμοι, Parisiensi officinae tribuuntur, quia Stephanorum nomen in hominum memoria facile cum nomine eius urbis consociabatur, ex qua sidus illorum primum orbi literato adfulserat Sed Henricus inde ab a. 1551 Genevae degebat suamque exercebat artem, nomen loci in titulis tacere solitus.

20. ANTWERPIAE. 1566. 8. ap. Plantin.

In catalogis bibliothecae caesareae Vindobonensis et bibliothecae Hamburgensis recensentur biblia hebraica et graeca V. et N. T. Plantiniana hoc anno edita. Re accuratius examinata, a me ipso Hamburgi, Vindobonae vero a V. Cl. Carolo Ottone theologiae professore, patuit V. T. hebraicum a. 1566 excusum fuisse, cui postea N. T. graecum eiusdem formae et offcinae sed septem annis recentius addi solebat.

[279]

21. VENETIIS. 1567. 8.

Titulum Maschius I. 204 et 11. 270 ex catalogo bibliothecae Baumgartenianae sic exseribit: ἡ παλαιά τε καὶ νεὰ διαθήκη αἰτήσει Ἰακώβου τοῦ Λεογκίνου. In illo catalogo provocatur ad notitiam in Hall. Bibl. VIII. 488 de hoc libro datam. Sed neque loco laudato noque usquam alibi in viginti voluminibus Baumgartenii bibliographicis quidquam de illa editione dicitur. Maschius quidem suspicatur esse exemplar Cephalaei Argentoratense novo titulo ornatum. Cogitavi ego de editione graeco-barbara. Certe vox αἰτήσει in titulo posita omnia alia te exspectare iubet praeter textimi dudum vulgatum, et profecto nomen typographi addebatur. Singularis haec et insueta formula etiam suspicionem mihi movit totum istum titulum manu scriptum fuisse in exemplari aliquo capite truncato, et possessorem, non typographum vel editorem indicare. Omnino liber Venetianus, si re vera ap. Baumgartenium exstitit, dignus fuisset quem accuratius describeret; silentio suo ipse adulteriniun declarasse videtur.

22. LIPSIAJE. 1567. fol.

Talem nobis venditat Catalogus bibliothecae Sussexianae II. 461 graeco-latinam ex Ariae Montani versione, eamque editor satis ridicule commendat his verbis: *this edition is scarce.* Rariorem utique dixerim quam ipsius viri docti incuriam et levitatem, qui ex lapsu calami 1567 pro 1657 scripserat.

23. ANTWERPLAJE 1569. 24. ap. Plantin.

Solus Walchius bibl. theol. IV. 18 hanc recenset. Sed Plantinum eo anno in minori forma non nisi latinas editiones emisisse, in maiori vero celeberrimum suum opus polyglotton inchoasse satis notum est. Puto Walchium notitiam suam ex Le Longio descripsisse, sed eius errorem, quem vide supra ad a. 1564, mendosius etiam suum fecisse. Verum ista res etiam aliter sese habere posset, si Walchio libellum aliquo modo innotuisse dixerimus in qucm olim Ulmae incidi ibique a Neubronnero bibliopolarum doctissimo redemi. Sunt nimirum pericopae evangelicae et epistolicae quas Plantinus ipsissimo anno 1569 in octonis prodire iussit, sed ex vulgari Stephanico textu descriptas.

24. BASILEAE. 1570. 16. ap. Guarin.

Haec quoque soli Le Longio p. 212 famam apud posteros debet caeteris omnino tacentibus. Nisi omnia me fallunt mere latina est. Nam quum paucis abhinc annis in catalogo quodam T. O. Weigelii bibliopolae Lipsiensis in exemplar Guarini incidissem atque ab eo petiissem emendum si graecum fuerit, latinum esse illum librum vir egregius mihi renunciavit.

25. ANTWERPIAE. 1571. 8.

In pluribus bibliothecarum catalogis memini me talem tita-

[280]

lum deprehendisse. Sed ubique erroneum. Sunt exemplaria vel titulo impresso ex iniuria temporum carentia, vel sine nomine loci edita, quibus indoctior aliquis ex Ariae praefatione saepissime repetita anni et loci subscriptionem praefixit. Tales editiones sunt e. g. Genevenses Roverii 1609 et 1619. 8. vel Heidelbergenses Commelini 1599 et 1602. 8. et huius generis aliae quas bibliopolae frequenter pro Antwerpiensibus venum offerunt.

26. ANTWERPIAE. 1574. 8. gr. et lat.

Hanc ipsi autores Annalium typographiae Plantinianae ex solo Le Longio se nosse fatentur unde et Maschius et Dibdinus schedis suis intulerunt. Hic vero ex catalogo bibliothecae Guelferbytanae se titulum illum sumpsisse dicit. Iam ipse ego Guelferbyti ed. a. 1573 inveni, non vero alteram anni sequentis.

27. ANTWERPIAE. 1575. 32.

Sic Baumgartenius Nachr. IV. 380. Annalium Plantinianorum autoribus ignota. Error in nota anni qui est 1574.

28. VENETIIS. 1583. 8.

29. ANTWERPIAE. 1584. 8.

Utraque graeco-latina dicitur, versione Sebast. Castellionis aucta, LeLongio p. 214, qui testem adducit Draudii bibliothecam classicam, librum cuius fidem etiam aliis de causis maxime suspectam habeo. Ex Le Longio Walchius p. 44, Calmetus p. 160, Maschius p. 318, Dibdinus I. 78 sine ullo alio teste. Sed quis est qui credat Venetiis et Antwerpiae sub finem illius saeculi Castellionis versionem, hominis eo tempore vel inter protestantes male famosi, posthabitis caeteris atque adeo ipsius Ariae typis mandatam esse!

30. GENEVAE. 1587. 8.

In bibliotheca Dresdensi tria exemplaria Genevensia eiusdem anni inter se diversa exstare amici doctissimi Henricus Graf et Ludolfus Krehl mihi nunciarunt, primum Stephani, alterum Vignonii, utrumque notissimum, tertium denique maiore charactere expressum, versiculorum numeros in margine exhibentem, 947 paginis absolutum cum Rob. Stephani praefatione (O mirificam), cuius tamen libri titulus manu refixus erat. Quum postea ipse Dresdae versarer cognovi esse exemplar editionis Wechelianae Hanoviae 1629 impressum, de quo vide s. 1.

31. PAEISIIS. 1589. 4. ap. Benenatum.

Walchius bibl. theol. IV. 35 vitio typographico pro 1584.

[281]

32. LIPSIAE. 1591. 18. eum vers. Castellionis.

Hanc quoque ex Draudii bibliotheca classica exscribit Le Longius, quem sequuti Mascbius p. 318 et Dibdinus I. 78 formam libri octonariam dicunt nescio quo autore. Versionem vero Erasmi esse non Castellionis, adeoque editionem eandem quam in Brylingerianis ad hunc annum recensui nullus dubito.

33. LIPSIAE. 1592. 4. cum vers. Erasmi.

Ita idem Le Longius et ex eo. Maschius p. 301, sed formam hic quoque aliam nempe minorem scribens. Prior ille autor in catalogo suo chronologico testium nominibus locupletato eam silentio praeterit, quod totam rem maxime dubiam facit et ex vitio aliquo scripturae oriundam significat. Vide an legendum 1591.

34. FRANCOFURTI. 1594. 8. cum vers. Bezae.

35. FRANEQUERAE. 1594. 24. cum vers. Bezae. Le Longius p. 214. Sunt editiones mere latinae quod iam Maschius vidit.

36. LIPSIAE. 1595. 8. cum vers. Erasmi.

Le Longius in textu l. l. non vero in catalogo chronologico; Maschius p. 301. Editio Voegeliniana graeco-latina referenda ad a. 1594 (C. VI. § 1). Anno 1595 mere graeca prodiit (C. V. §3).

37. PARISIIS. 1599. 8.

Hanc Maschius p. 303 sine nomine typographi et sine teste recenset, de existentia eius ipse dubius. Unde habere potuerit nescio, quum ipse nuspiam eius vestigium deprehenderim.

38. HEIDELBERGAE. 1602. 8. cum notis.

Ex officina Commeliniana editionem prodiisse cum observationibus Oligeri s. Gumnaei Rosencranzii et aliorum autor est LeLongius p. 215, titulum ex catalogo bibliothecae cuiusdam viri docti Hafniensis describens. Errorem hic latere minime incertum. De Commeliniana graeco-latina eiusdem anni vide C. VII. § 2. Observationes vero, quas nemo unquam vidit alibi, in eo exemplari vel in margine vel foliis textui interpositis manu scriptas fuisse suspicor. Oliger s. Gumnaeus Rosencranz, editor psalterii danici a. 1574 natus, exemplar illud in suis habuisse et annotare poterat. Cf. Maschium p. 194.

[282]

39. UPSIAE. 1602. 8. cum vers. Ariae.

Solus hanc ex sua bibliotheca recenset Reimmannus (catal. p. 238), Ariam simul de ipsius Vulgatam emendandi conatu satis insulse corripiens. Sed talem editionem Lipsiensem omnino exstare iam alii merito dubitarunt, v. Maschium p. 275. Mihi videtur vir doctissimus, illum ipsum dico qui de bibliothecis patriarcharum antediluvianorum ridiculum libellum edidit Halis 1727, ante oculos habuisse exemplar Commelinianum anni 1602 et ex suo ingenio nomen loci quod ibi tacetur addidisse.

40. WITEBERGAE. 1604. 8. ap. Selfisch. Vide quae Cap. V. § 5 ad a. 1583 notavimus.

41. BASILEAE. 1604. 12.

Le Longius p. 215, Maschius p. 224. Hic in dubiis habet, ille testem allegat catalogum bibliothecae Vindobonensis ex quo tamen nihil tale mihi literis mandavit Cl. Gualterus Behrnauer, quem in omnibus accuratissimum deprehendi.

42. GENEVAE. 1604. 16. ap. Io. Crispin.

Etiam hanc Le Longius 1. 1. recenset, quam tamen in indice testium nominibus illustrato silentio praeterit. Si revera exstiterit solum titulum Stephanicae eiusdem anni mutatum crediderim. Maschius p. 219 et 223 duas distinguit nescio quo iure. In catalogo bibliothecae Darmstadtiensis tale Crispinianum exemplar a. 1604 inveni sed in ipso libro titulum manu scriptum et editionem Leusdenianam!

43. GENEVAE. 1609. 12. ap. Iac. Stoer.

Eiusdem anni et editoris graeco-latinam habuimus C. VII. § 3. Quam mere graecam recenset Maschius p. 193, ea errori suum natalem diem debere videtur.

44. ANTWERPIAE. 1609. fd. et 8. Vide omnino quae supra N. 25 ad a. 1571 annotavimus.

45. GENEVAE. 1613. 12. ap. Io. Vignon.

Solus Le Longius de hac testis est Maschio p. 221. Verum ille lectorem ad bibliothecae Vindobonensis catalogum ablegat unde se notitiam suam hausisse fatetur. Ex eodem catalogo, qui meis rebus humanissime prospexit Behrnauerus V. D. annum 1615 excerpsit in quo, dum alibi prioris numeri et editionis vestigium deprehendero, acquiescendum arbitror.

46. VITEBERGAE. 1616. 8. op. Selfisch.

Hanc Maschius p. 304 ex catalogo bibliothecae Baumgartenianae sumpsit ubi tamen exemplar titulo mancum vel ex sola coniectura vel ex vitio typographico ad hunc annum refertur, dum ipse possessor in 1. Nachr. IV. 100 veram anni notam 1618 ex alio exemplari suppeditat.

47. GENEVAE. 1617. 16. ap. P. Stephan.

Quam editionem quum Le Longius graeco-latinam faciat nescio a quo autore deceptus, Maschius p. 223 et 280 duas fuisse eiusdem anni et editoris sibi persuasit, quae tamen unica est eademque mere graeca.

48. ANTWERPIAE. 1619. fol. et 8. De his omnino vide quae supra ad a. 1571 sub N. 25 adnotavimus.

49. GENEVAE. 1622. ap. Tho. Wautroller.

Talem LeLong. p. 216 nobis offert omnibus numeris a vero aberrans. Vautrollerii editio Londinensis est anno 1587 evulgata, mere graeca. Nostram autor bilinguem dicit et fortasse lapsu quodam calami Sam. Crispini nomen in eius schedis Vautrollerio cessit.

50. WITTEBERGAE. 1626. 4. Idem auctor solus hanc recenset Erasmi Schmidii cura editam, teste nullo allato. Equidem haud cunctanter annum 1622 repono.

51. LOVANII. 1634. 8.

Solus Walchius Bibl. theol. IV. 21 hunc annum Lovaniensi alicui editioni adscribit de qua nuspiam alibi vestigium exstat. Quum testem non adferat multaque scripturae vitia in eius libro occurrant, nullus dubito quin hic lateat error. Quos ego Friburgi vidi editionis Lovaniensis tomos (vide Oap. II. § 4) annum 1534 prae se ferebant.

52. BASILEAE. 1636. 16. ap. Io. Valder. Ita Le Longius et post eum idem Walchius l. l. Fraudi illis fuit titulus qui simpliciter exhibet XXXVI. Editio integro saeculo antiquior (vide Cap. 11. § 3).

[284]

53. AMSTELODAMI. 1636. ap. Iansson.

54. AMSTELODAMI. 1638. ap. Iansson.

Ianssonii editiones tres annorum 1632 et 1639 ipso manibus tractavi. Anno quidem 1639 duae in publicum prodierunt quarum altera potuit cum nota a. 1638 emitti, nisi erraverit Le Longius qui solus nobis de ea testis est. Annum 1636 in catalogo bibliothecae Hamburgensis legi sed inspecto exemplari numerum falsum esse cognovi.

55. LONDINL 1638. 12.

Inveni in catalogo Societatis biblicae Londinensis. Sed ex altissimo omnium de tali editione silentio vitium in numero latere colligo et vel 1633 vel 1648 legendum.

56. FKANEQUERAE. 1644. 12. Walchius hanc p. 42 quasi ad Bezanas pertinentem recenset, sed mere latina est.

57. AMSTELODAMI. 1648. 8. Le Longius p. 218 et ex eo Walchius p. 21. Testis fide dignus deest et facile ed. 1647 Amstelodamensem innui mihi persuadeo.

58. BASILEAE ap. Brylingerum. 1650. 12. Bibl. Sussexiana II. 471 ex errore editoris non vero typographi, quum ille diligentissime in recensendis editionibus ordinem temporum servet. Lege: 1550.

59. TIGURI 1661. 8. Idem ille scriptor Parisiensis p. 220 et ex eo Maschius p. 225. Caeteri omnes ignorant, adeoque Le Longius ipse eam in indice chronologico praeterit. Quid si 1671 legendum esset?

60. AMSTELODAMI. 1671. 24. Hanc plures Le Longium sequuti recensent. Verum nulla est. Vitio scripturac iste annus legitur pro 1670 estque Elzeviriana sexta quam sane silentio praeterire vix poterat. Deest etiam in ipsius indice chronologico.

61. LONDINI. 1673. 12.

De hac idem solus nobis testis est. Verum quum eandem in indice chronologico praetermittat et aliae eiusdem looi editiones

[285]

annorum 1672 et 1674 exstent (C. VIII. § 3) vix tertiam mediam fuisse crediderim, aut, si fuerit, titulum solum mutatum.

62. ROSTOCHII. 1677. 4.

Hic annus natalis tribuitur editioni Lubinianae (Cap. VIII. § 5.) in bibiiotheca Schadelookiana T. I. p. 18 ex mero typographi errore, pro 1617, quem h. l. vix corrigendum duxissem nisi ipse autor aliter quoque in eodem libro peccasset. Is nimirum haec habet: Pars prima prodiit 1614, Clavis 1615, pars altera 1616, totus liber tandem, qui raro completus invenitur, 1617. Quae omnia falso dicta sunt. Opus enim iam anno 1614 absolutum fuerat, quod ipsae singulorum tomorum subscriptiones testantur, vel in iis exemplaribus servatae quae novum titulum cum serioris anni nota prae ae ferunt.

63. TIGUEI. 1680. 8. Editionem huius anni graeco-latinam Bezanam recenset Walchius p. 43. Quam nemo mortalium unquam vidit. Suspicor agi de Genevensi a 1580 absque nomine loci edita.

64. LIPSIAE. 1691. 8. graeco-lat.

Hanc Maschius p. 301 recenset, post Walchium p. 40, qui tamen de versione nihil dicit. Uterque sine teste. Si mere graecam fuisse statueris annus utique constabit (Cap. XI. § 5. N. 88), si adfuerit versio, eam a. 1591 adscriberem. (Cap. VI. § 1. N. 15).

65. LUGDUNI Batavorum ex offic. Plantiniana.

Inter annos 1688 et 1692 Catalogus Bibliothecae Sussexianae II. 476 inserit editionem Plantinianam cuius annum natalem casu in exscribendo titulo omissum editor T. J. Pettigrew infelicissime ex coniectura supplevisse videtur. Saeculo enim decimo septimo vergente Plantinianos libros nullos omnino amplius editos fuisse nemo ignorare potest vel tantisper doctus. Fortasse ed. Raphelengii 1591 habebat.

66. FRANCOFURTI. 1697. 8. ap. H. Richter. Sic LeLong. p. 221. Sed vide Cap. XI. § 5. N. 89 ex quibus quid rei sit facile expedies.

67. LUNEBUBGL 1698. 8. ap. I. G. Lipper.

Sic legitur in catalogo bibliothecae Solgerianae T. II. p. 8. Sed vitium est pro 1693.

[286]

68. LONDINI. 1701. 8. Le Longius ad hunc anuum duas Londinenses diversae formae recensuerat, Maschius novam aliquam Hoolianam. Quae facillimo negotio concinent si ad ea quae Cap. XII. § 1. N. 7 monuimus adtenderis.

69. TIGURI. 1702. 8. op. Bodmerum.

70. Eadem bilinguis.

Duas huius anni et loci editiones suae bibliothecae inserit Maschius, alteram mere graecam p. 226, ex uno teste catalogo Baumgarteniano repetens, alteram graeco-latinam p. 318, nescio unde repertam. Utraque mihi perquam suspecta. Catalogus ille minus accurate confectus est

et Bodmerianam ultimam mere graecam a. 1708 quam b. possessor ipse descripserat in 1. Nachr. II. 475 velut bilinguem recenset. Fortasse aderant in locupletissima illa bibliotheca duae editiones eiusdem anni MDCCIIX (sic enim in titulo libri scribitur) quas supra recensui C. XI. § 2. N. 28, et in transscribendo numero ex errore legentis IIX in II mutatum est. Certe praeter hunc catalogum omnes librum illum ignorant et in ipsa Turicensi bibliotheca frustra quaeritur. Nuperrime a Beckio bibliopola Noerdlingensi Bodmerianum exemplar redemi in cuius titulo annum 1602 legi ille affirmabat. Iam istum alterum diu quaesitum sed saeculo integro iuniorem tandem me deprehendisse gaudebam, quum accepto volumine numerum calamo scriptum viderim in tituio lacero editionis Bodmerianae a. 1677!

71. LUNEBURI. 1702. ap. Lipper.

Iam Lorckius (Catal. p. 85) titulum falsum suspicatus est, quem Le Longius ex Fabricii bibl. gr. se descripsisse affirmat, ubi tamen tale quid frustra quaeres.

72. LONDINI. 1703. 12. Quae in plurimis bibliothecarum catalogis recensetur, et sic post Le Longium et Walchium etiam in Lowndesii compendio bibliographico 1834. T. III., huc plane non pertinet, quum textus neo-graecus sit.

73. OXONII. 1707. 8.

Idem Lowndesius autor est exemplar Millianum anno suo natali etiam IV tomis formae octonariae editum esse. Quod haudquaquam mihi persuaserit V. D. Millii textus in editione maiori non per columnas expressus sed lineis integris, modo pluribus modo paucioribus pro copia commentarii critici, simul charactere multo maiori

[287]

quam qui editioni minoris formae conveniret. Si ergo editor eodem tempore talem vulgare voluisset non simpliciter disiunctis formis id facere potuisset ut a Commelino et Roverio factum vidimus (Cap. VII. § 2. N. 14. seqq.), sed plane novum opus inchoare debuisset, impensis sine ulla causa duplicatis. Si quid video Lowndesio humani aliquid accidit duos libros plane diversos confundenti. Nam eo ipso anno editio versionis alexandrinae Grabiana simul in forma mazima et in octonis tomis IV publici iuris facta est.

74. GOTHAE. 1708. ap. I. And. Reyher.

Hanc solus Maschius p. 254 sine teste recenset quasi mere graecam. Sed iam Lorckio suspecta erat, et si perpenderis quae de editionibus Gothanis dixi Cap. XI. § 3. N. 58 vix viro summo assentire dubitaveris.

75. LIPSIAE. 1708. Graeco-latina Bezana, autore Le Longio. Quam iam Maschius repudiavit.

76. LIPSIAE 1709. 24. gr.-lat.

Secundum Le Longium p. 225 et Maschium p. 280 qui Rechenbergianam dicunt. Nemo talem unquam vidit et merito Lorckius BG. I. 451. II. 475 dubiam habet. Tu candide lector repende tecum quale monstrum libri ista faceret, quum Rechenbergii editio mere graeca *eiusdem anni* et in duodenis impressa 1124 paginas habeat!

77. RATISBONAE. 1709. 12. Le Longius p. 225, vero non in suo indice. Maschius Rechenbergianam dicit p. 256 inscioque et invito editore Lipsiensi typographum Ratisbonensem hanc procurasse sibi persuadet, sed unde id habeat non dicit. Lorckius ll. ll. spuriam habet.

78. TUBINGAE 1739. 8. Vide quae de Bengeliana a. 1738 diximus C. XIV. § 5. N. 6.

79. LIPSIAE. 1745. 8.

Hunc annum catalogus Lorckianus primae Schoettgenianae assignat, qui tamen est 1744 et potius vitium scriptionis quam novum titulum subesse reor.

80. LIPSIAE. 1749. 8.

Schoettgenianam aliam ad huno annum refert Maschius hdDo teste allato. Cuius editionis nullum usquam vestigium re-

[288]

peri. Et hio errorem aliquom in notam anni (XLI- XLIX) irrepsisse puto.

81. LIPSIAE. 1757. 8.

Catalogus bibliothecae Sussexianae solus recenset II. 486 eamque Reineccii secundam dicit. Sed eo ipse anno Reineccii secunda *Veteris* Testamenti prodiit, in ipso titulo suum hunc numerum exhibens.

82. LONDINI. 1772. ap. Bowyer.

Maschio autore hoc anno Bowyerius secunda vice suum N. T. ad Wetstenianum exemplar expressum edidit. Verum ea editio quae a. 1783 evulgata est (cf. Cap. XIV. § 6. N. 17) sibi ipsa secundae nomen et numerum vindicat, atque a. 1772 non ipsum N. T. sed sola coniecturarum criticarum collectio typis repetita est, quam priori editioni Bowyerius addiderat, ut ex Schulzii praefatione ad libelli istius editionem germanicam a. 1774 vulgatam colligi potest, quocum consentit Michaelis or. Bibl. III. 123 et ipse Dibdinus libro saepius laudato p. 156. Caeterum libellum in nostris terris rarissimum vidi in bibliotheca Genevensi.

83. GENEVAE. 1831. 12. Hunc titulum in Catalogo Societatis biblicae anglicanae legi; librum ipsum diu frustra quaesitum tandem Genevae vidi et quod suspicabar versionem neograecam exhibere reperi.

84. ROTERODAMI. 1831. 4. Celeberrimum I. I. Wetstenii opus olim Amstelodami duobus voluminibus formae maximae a. 1751 editum Batavos iterum typis mandasse fama est multis accepta et vulgata. Qui tamen novi editoris promissa nimis incaute pro ratis actisque vendiderunt. Scilicet dicto anno 1831 operis Wetsteniani editio II. ab Io. Ant. Lotze revera inchoata est cuius particulam primam (37 plagg. formae quaternariae) in Germania venalem indicarunt bibliopolae Lipsienses Weigelius et Weidmannius, sed illa non ultra prolegomena progressa est. Non solum paucissima quae in Germaniae bibliothecis exstant libri exemplaria huius facti testimonia habeo ex. gr. Erlangense, sed ex ipso Belgio mihi eadem rescripsit Abr. Kuyper.

[289]

INDEX I. CHRONOLOGICUS EDITIONUM.

(Asterisco notantur quae exstant in bibliotbeca Reussiana, linea praefixa quae solo titulo ab aliis diversae sunt, signo interrogationis dubiae.)

[289 - 301]

INDEX I. EDITIONUM.

(Asterisco notantur quae exstant in bibliotbeca Reussiana, linea praefixa quae solo titulo ab aliis diversae sunt, signo interrogationis dubiae.)

					Page
1		1514	Biblia polyglotta Complutensia. fol		15
2	*	1516	Erasmi I. gr. lat. Basil. Froben. fol		28
3		1518	Biblia gr. Aldina. Venet. fol		28
4	*	1519	Erasmi II. gr. lat. Basil. Froben. fol		29
5	*	1521	Gerbelii. Hagenoae Anshelm. 4		30
6	*	1522	Erasmi III. gr. lat. Basil. Froben. fol.		32

7	*	1524	Cephalaei. Argent. 8		31
8	*	1524	Bebelii I. Basil. 8		32
9	*	1527	Erasmi IV. gr. lat. Basil. Froben. fol		36
10	*	1531	Bebelii II. Basil. 8		33
11		1531	Rescii. Lovan 8.		36
12	*	1533	Ant. de Sabio I. gr. lat. Venet. 8		31
13	*	1534	Colinaei. Paris. 8		46
14	*	1535	Erasmi V. gr. lat. Basil. Froben. fol		37
15	*	1535	Bebelii III. Basil, 8		33
16	*	1536	Valderi. Basil. 32		33
17	*	1537	Osiandri Harmonia I. Basil. Froben. fol.		38
18	*	1538	Plateri I. Basil. 8		34
19		1538	Ant. de Sabio II. Venet. 8		29
20	*	1540	Plateri II. Basil. 8		34
21	*	1541	(al. 1539. 1540) Erasmi VI. Basil. Froben. gr. lat. fol.		37
22	*	1541	(al. 1542) Erasmi VII. gr. lat. Basil. Froben. fol		38
23		1541	Brylingeri I. gr. lat. Basil. 8		38
24	*	1542	Brylingeri II. gr. lat. Basil. 8		41
25	*	1543	Brylingeri III. Basil. 8		35
26	*	1543	Bogardi. gr. lat. Paris. Guillard. 12		42
-		1543	Roignyi. gr. lat. Paris Guillard. 12. (Eadem.)		42
27	*	1543	Plateri III. Basil. 8		34
	*	1544	Plateri III. Basil. 8. (Eadem ac 27.)		34
28	*	1544	Brylingeri IV. Basil. 8. gr. lat		41
29	*	1545	Curionis. Basil. 16		35
30	*	1545	Frobenii. Basil. 4		39

31	*	1545	Biblia gr. Basil. Herwag. fol		39
32	*	1546	Brylingeri V. gr. lat. Basil. 8		41
33	*	1546	Rob. Stephani I. Paris. 16		50
34	*	1547	Froschoveri I. Tiguri. 8		35
35	*	1548	Brylingeri VI. Basil. 8		39
36	*	1549	Brylingeri VII. gr. lat. Basil. 8		41
37		1549	Dupuisii. gr. lat. Paris. 16		43
-		1549	Granjon (Marnef, Fezandat). gr. lat. ib. 16. (Eadem.)		43
38	*	1549	Rob. Stephani II. Paris. 16		51
39	*	1549	Prevotii. Paris. Haultin. 16		51
-		1549	Prevotii. Paris. Birkmann. 16. (Eadem.)		51
40	*	1550	Rob. Stephani III. Paris. fol		53
41	*	1550	Brylingeri VIII. gr. lat. Basil. 8		42
42	*	1551	Rob. Stephani IV. gr. lat (Genev.) 16		58
43	*	1552	Oporini. Basil. 16		54
44	*	1553	Brylingeri IX. Basil. 8		55
45	*	1553	Brylingeri X. gr. lat. Basil. 8		65
46	*	1553	Jo. Crispini I. Genev. 16		56
47	*	1556	Brylingeri XI. gr. lat. Basil. 8		66
48	*	1558	Brylingeri XII. gr. lat. Basil. 8		66
49		1558	Brylingeri XIII. Basil. 8		55
50	**	1559	Froschoveri II. Tiguri. 8		57
51		1559	Tornaesii gr. lat. Lugd. 8		72
52	*	1559	Barbirii gr. lat. Basil. fol		72
-	*	1559	Tiguri gr. lat. fol. (Eadem.)		72
-	*	1560	Barbirii gr. lat. Basil. fol. (Eadem.)		72

53	*	1561	Osiandri harmonia II. Basil. Froben. fol		38
54		1562	Brylingeri XIV. gr. lat. Basil. 8		66
55	*	1563	Brylingeri XV. Basil. 8		57
56	*	1563	Voegelini I. gr. lat. Lips. 8		66
57	*	1563	(1564). Voegelini IL Lips. 8		57
58	*	1564	Brylingeri XVI. gr. lat. Lips. 8		66
59		1564	Jo. Crispini II. Genev. 16		58
-	*	1565	Jo. Crispini II. Genev. 16. (Eadem ac 59.)		58
60	*	1565	Bezae maior. I. gr. lat. (Genev.) Steph. fol.		85
61	*	1565	Bezae minor. I. gr. lat. (Genev.) Steph. 8		85
62		1565	Voegelini III. gr. lat. Lips. 8		66
63	*	1566	Froschoveri III. Tiguri. 8		57
64		1566	Brylingeri XVII. gr. lat. Basil. 8		67
65	*	1567	Bezae minor. II. gr. lat. (Genev.) Stephani. 8		87
66		1568	Bob. Stephani jun. Paris. 16		52
-	*	1569	Rob. Stephani jun. Paris. 16. (Eadem ac 66.)		52
67	*	1569	Tremellii triglotton. (Genev.) Steph. fol		87
68	*	1570	Flacii I. Basil. Perna. fol		59
69	*	1570	Voegelini IV. gr. lat. Lips. 8		67
70	*	1571	Brylingeri XVIII. gr. lat. Basil. 8		67
-	*	1571	Tremellii triglotton. Lugd. fol. (Idem qd. N. 67.)		87
71	*	1571	Byblia polyglotta. Antwerp. Plantin. fol		75
72	*	1572	Plantini I. gr. lat. Antwerp. fol		76
73		1573	Plantini II. Antw. 8		76
74	*	1574	Plantini III. Antw. 32.		76
75		1574	Vignonii I. (Genev.) 16		97

76	*	1576	Henr. Stephani I. (Genev.) 16		90
77	*	1577	Brylingeri XIX. gr. lat. Basil. 8		67
78	*	1578	Steinmanni I. gr. lat. laps. 8		67
79	*	1580	Bezae minor. III. gr. lat. (Genev. Steph.) 8		94
?		1581	Burgis Araconensium. fol.		272
80	*	1582	Bezae maior. II. gr. lat. (Gen. Steph.) fol		87
81	*	1582	Steinmanni II. gr. lat. Lips. 8		68
82	*	1583	Plantini IV. gr. lat. Antw. 8		77
83		1583	Selfischii I. gr. lat. Viteb. 8		60
-	*	1583	Jegeri. gr. lat. Amst. 8. (Eadem ac praeced.)		60
84	*	1584	Plantini V. gr. lat. Antw. fol		77
85		1584	Vignonu II. (Genev.) 16		98
86	*	1584	Boderiani triglotton. Paris. Prevoteau. 4		78
-		1586	Idem. Paris. Le Bouc. 4. (Idem ac praeced.)		78
87	*	1586	Ostenii I. Basil. 8		69
88	*	1587	Henr. Stephani II. (Genev.) 16		90
89		1587	Vautrollerii. Lond. 16		91
90	*	1587	Vignonii III. (Genev.) 16		98
91	*	1588	Osteanii II. gr. lat. Basil. 8.		69
92	*	1588	Steinmanni III. gr. lat. Lips. 8		68
?		1588	Stoerii. Genev. fol		272
93	*	1588	Bezae maior. III. gr. lat. (Gen. Steph.) fol		88
-	*	1589	Eladem. fol		88
94	*	1590	Bezae minor. IV. gr. lat. (Gen. Vignon.) 8		94
?		1590	Plantiniana. Antwerp. 8		273
95	*	1591	Raphelengii I. Lugd. Bat. 32		77

96	*	1591	Lanzenlbergeri I. gr. lat. Lips. 8		68
97	*	1592	Londinensis e Typogr. regia. 16.		91
98	*	1592	Mylii. gr. lat. Col. Birkmann. 8		104
99		1593	seqq. Harmonia Chemnitio - Lyseriana I. Francf. 4		70
100		1594	Voegelini V. gr. lat. Lips. 8		68
101	*	1595	(1594) Voegelini VI. Lips. 8		58
102	*	1596	(vel antea) Rihelii. Argent. gr. lat. 8		63
103		1596	Palthenii gr. lat. Francof. 8		69
104	*	1596	Wolderi trilinguis. Hamb. Lucius. fol		63
105	*	1597	Biblia gr. Wecheliana. Francof. fol		52
-		1597	Roussini gt. lat. Lugd. 8. (Eadem ac N. 51.)		72
106	*	1598	Bezae minor IV gr. lat. (Genev.) Vignon. fol		89
-	*	1598	Eadem s. l. et typ. fol.		89
107	*	1599	Biblia Commeliniana gr. lat. Heidelb. fol		78
108	*	1599	Commelini gr. lat. (Heidelb.) 8		78
-	*	1599	Vincentii gr. lat. Lugd. 8. (Idem ac praec.)		78
-		1599	Genev. gr. lat. 8. (Idem. ac praeced.)		78
109	*	1599	Harsyi I. gr. lat. Lugd. 8		91
110	*	1599	Lanzenbergeri II. gr. lat. Lipsa. 8		68
111	*	1599	Hutteri dodecaglotton. Nor. fol		105
112	*	1600	Wecheia II. Fraucof. 16		53
113	*	1601	Wecheia III. Fraucof. fol.		55
114	*	1601	Raphelengii II. Lugd. Bat. 48		77
-	*	1602	Commelini gr. lat. (Heidelb.) 8. (Idem ac N. 108.)		78
115	*	1602	Hutteri tetraglotton. Nor. 4		106
116	*	1604	P. Stephani I. (Genev.) 16		91

117	*	1604	Bezae minor. V. gr. lat. (Genev. Vignon). 8		94
118	*	1605	Sellischii II. gr. lat. Viteb. Seuberlich. 8		62
-		1606	Eadem		62
119		1606	Lucae Brugenais Evv. Antw. Moret. fol		77
?		1609	Raphelengii. Lugd. Bat. 8		273
120	*	1609	Roverii I. gr. lat. (Genev.) fol		79
121	*	1609	Roverii II. gr. lat. Aurel. Allobr. 8		79
122	*	1609	Roverii III. (Genev.) 24		79
123		1609	Stoerii I. gr. lat. Genev. 12		92
124	*	1610	Roverii IV. gr. lat. Aurel. Allob. 16		80
125		1611	Harsyi II. gr. lat. Lugd. 16		92
126	*	1611	Bezae minor. VI. (Gen. Vignon.) 8. gr. lat.		95
-	*	1611	Bezae minor. VI. (Gen. Crispin). S. (Eadem.)		95
127	*	1612	Raphelengii III. Lugd. Bat. 32		77
128		1612	Sam. Crispini I. gr. lat. Genev. 12		81
129	*	1613	Raphelengii IV. gr. lat. Lugd. Bat. 8		78
130	*	1614	Lubini trilinguis. Rost. Pedanus. 4		95
-		1614	Eadem. Amst. Janson. 4.		95
131		1615	Vignonii IV. Genev. 16		98
-	*	1615	Hutteri tetraglotton. Amst. 4. (N. 115.)		106
132	*	1616	Harmonia Chemnitio- Lyseriana II. Francf. Porss. fol		71
-		1616	Biblia Commeliniana gr. lat - (Heidelb.) fol. (N. 107.)		78
133	*	1617	P. Staphani II. (Genev.) 16		98
-		1617	Lubini trilinguis, Rost. Hallerfeld. 4. (N. 130.)		95
134	*	1618	Hafenrefferi. Tub. Werlin. 4		99
135	*	1618	Selfischii III. gr. lat. Viteb. Seuberlich. 8		62

136	*	1619	Roverii V. gr. lat. (Genev.) fol.		80
137	*	1619	Roverii VI. gr. lat. Aurel. Allob. 8.		80
-	*	1619	Eadem s. l. 8.		80
138	*	1619	Roverii VII. Col. Allob. 4		80
	*	1620	Eadem. Col. Allobr. 4		80
	*	1620	Eadem. Genev. 4		80
139	*	1622	Gergani. Witteb. Borheck. 4		100
140	*	1622	Billii. Lond. 8		55
141	*	1622	Sam. Crispin II. gr. lat. (Genev.) 12		81
142		1622	Hamonia - Chemnitio - Lyseriana III. Francf. Porss. fol.		71
143	*	1623	Selfischii IV. gr. lat. Viteb. 8		62
144	*	1624	Elzevironim I. Lugd. Bat. 24		109
145		1625	Stoerii II. gr. lat. Genev. 12		92
	*	1626	Lubini trilingnis. Rost. Ferber. 4. (N. 130.)		95
146		1626	Laurii I. Amst. gr. lat. 8		110
147	*	1627	Stoerii III gr. lat. Genev. 8		81
148	*	1628	Harmonia Chemnitio Lyseriani IV, Gen. Berjon. fol.		71
149	*	1628	Tournesii I. (Genev.) 24		107
150	*	1628	Tourniesii II. trilinguis. Genev. 8		107
151	*	1628	Iannonii. Sedan. 32		110
152	*	1628	Morini bibiiu graeca, Paris, fol		110
	*	1629	Tournesii II. 8. Eadem ac N. 150.)		107
153	*	1629	Wechelii IV. Hanov 12		111
154		1630	Biblia polyglotta Parisiensis. P. Vitré. fol		75
?		1630	Ianssonii. Amst. 8		273
		1631	Roverii gr. lat. Aurel. Allob. 8		80

155		1632	Ianssonii I. Amst. 16		115
156	*	1632	Iac. Crispini. (Genev.) 16		98
		1632	Tournesii III. (Eodem ac praecedens.) 16		98
157		1632	Tournesii IV. (Genev.) 24		99
158	*	1632	Buckii, Cantabr. 8		138
159	*	1632	Gordoni gr. lat. Paris. Cramoisy. fol		165
160	*	1633	Elsevirorum II. Lugd. Bat. 24		111
161	*	1633	Whitakeri. Lond. 8		114
162	*	1633	Blaeuii. Amst. 32		102
163	*	1635	Selfischii V. gr. lat. Viteb. 8		100
164	*	1638	Cyrilli Lucaris. Bilinguis s. 1. 4		142
165		1639	Ianssonii II Amst. 16		115
166	*	1641	Ianssonii III Amst. 8		115
		1641	Morini Biblia graeca. Paris. Piget. fol. (N. 152.)		110
167	*	1641	Elzevironun III. Lugd. Bat. 24		115
		1641	Whitakeri. Lugd. Bat. Elsevir. 8 (N. 161.)		114
168	*	1642	Danielis I. gr. lat. Cantabr. fol		89
169	*	1642	Mazariniana. Paris. typ. reg. fol		115
?		1643	Amsterd. 8		273
170	*	1645	Boecleri I. Argent. Mulb. 24		55
171	*	1645	Harmonia Chemnitio Lyseriana V. Gen. Chouet. fol.		71
172	*	1647	Laurii II gr. lat. Amst. 8		116
173		1648	Frerii. Lond. 12		99
174	*	1652	Harmonia Chemnitio - Lyseriana VI. Hamb. Hertel. fol		71
175	*	1652	Walaei libri hist. Lugd. Bat. Wyngaerden. 4		89
176	*	1652	Danielis II Lond. 12		139

177	*	1653	Danielis III. Lond. 4		139
178	*	1653	Witteb. Roetel gr. lat. 8		101
179	*	1653	Hoolii I. Lond. Norton. 12		92
180		1654	Leersii I. Roterd. 12		116
	*	1655	Ammonii. Hamb. 12. (Idem ac N. 153.)		111
181	*	1656	Elzevironun IV. Amst. 32		111
182	*	1657	Kirchneri gr. lat. Lips. fol		81
183	*	1657	Biblia polyglotta Waltoni. Lond. fol		56
184	*	1658	Leersii II. Roterd. 12		116
185	*	1658	Curcellaei I. Amst. Elzevir. 12		129
186	*	1658	Er. Schmidii gr. lat. Nor. fol		102
187	*	1659	Flacii II. gr. lat. Francof. Beyer. fol		59
188	*	1660	Pricaei Comment. Lond. Flesher. fol		93
189	*	1660	Boecleri II. Argent. Staedel. 24		142
190	*	1661	Wustii I. gr. lat. Viteb. 8		101
191	*	1662	Endteri gr. lat. Francf. 8		70
192	*	1662	Elzevirorum V. Amst. 16		111
	*	1662	Walaei libri hist. Amst. Ravestein. 4. (N. 175.)		89
193	*	1663	Bodmeri I. gr. lat. Tig. 8		116
194	*	1664	Hoolii H. Lond. Norton. 12		92
195	*	1665	Pearsonii Cantabr. Field. 12		139
196	*	1669	Hampelii. Giss. gr. lat. 4		62
197	*	1670	Elzeviromm VI. Amst. 16		112
198	*	1671	Bodmeri II. gr. lat. Tig. 8		116
199	*	1672	Hoolii III. Lond. Ranew. 12		93
200	*	1673	Montensis triling. Migeot. 8		130

	*	1673	Wustii II. gr. lat. Francf. 4. (N. 196)		62
	*	1673	Eadem. 8		62
201	*	1674	Molini. Lugd. 12		117
202	*	1674	Hoolii IV. Lond. Mearne. 12		93
203		1674	Londini, Redmaine. 8		139
204	*	1674	Wüstii III. gr. lat. Francf. 8		101
205		1675	Cocceii I. Amst. van Someren. fol		143
206	*	1675	Fellii Oxon. Sheldon. 8		131
207	*	1675	Curcellaei II. Amst. Elsevir. 12		130
208	*	1675	Leusdenii I. Trajecti Smytegelt. 16		122
209		1675	Pseudo - Leusdeniana. Traj. Smytegelt. 24		131
210	*	1677	Bodmeri III. Tig. 16		116
211	*	1678	Elzeviromm VII. Amst. 16		112
212	*	1685	Curcellaei III. Amst. Blaeu. 12		130
213	*	1686	Wüstii IV gr. lat. Francf. 12		101
214	*	1687	Dulci bibila graeca. Venet. fol		52
215	*	1688	Leusdenii II. Amst. Boom. 16		123
	*	1688	Eadem. Lond. Smith. 16		123
216	*	1688	Gezelii. Aboae. 8		117
217		1689	Cocceii II. Francof. Wüst. fol		143
218	*	1691	Rechenbergii I. Luneb. Lipper. 12		131
		1691	Eadem. Lips. Heinichen. 12		131
219		1692	Patavina I. Cagnolini. 16		112
220	*	1692	Rud. Leusdenii. Francof. Wüst. 8		123
	*	1693	Eadem		123
221	*	1693	Wüstii V. gr. lat. Francof. 12		101

222	*	1693	Winkleri gr. germ. Luneb. Lipper. 8		125
223	*	1693	Hommae. Amst. Rieuwertz. 4		130
224	*	1697	Rechenbergii II. Lips. Richter. 12		132
225	*	1697	Frickii. Lips. Koenig. 8		132
		1698	Waltoni N. T. polygl. Lond. fol. (N. 183.)		56
226	*	1698	Leusdenii III. (Wetstenii I.) Amst. 12		124
	*	1698	Eadem gr. lat. 12		124
	*	1698	Eadem gr. lat. 12		124
227	*	1699	Curcellaei IV. Amst. Blaeu. 12		130
228		1699	Leusdenii IV. Lugd. Bat. Luchtmans. 24.		124
229	*	1699	Clerici harmonia ev. Amst. Huguet. fol		117
	*	1700	Eadem. (N. 229.)		117
230	*	1700	Lovanii Denique. 12		59
231	*	1700	Wüstii VI. gr. lat. Francof. 12		101
232	*	1700	Cantabrigiae, Jeffray. 12		132
233	*	1701	Cocceii III. Amst. Blaeu. fol		143
234	*	1701	Wetstenii II. Amst. 16		124
235	*	1701	Londini Churchil. 8		140
236	*	1701	Londini Churchil. 12		140
237	*	1702	Frankii. Lips. Koenig. 8		132
238	*	1702	Rechenbergii III. Lips. Richter. 12		125
239	*	1703	Gregorii Oxon. Sheldon. fol		133
240	*	1703	Pritii L Lips. Gleditsch. 12		144
241	*	1704	Harmonia Chemnitio - Lyserania. Hamb. Hertel. fol.		72
242	*	1704	Quillau. Paris. 24		118
243	*	1705	Maii. Gissae Vulpius. 12		145

	*	1705	Eadem. gr. germ		145
244		1705	Erasmi VII. gr. lat. Lugd. Bat. fol		37
245		1705	Redmainii II. Lond. 8		139
246	*	1707	Millii. Oxon. Sheldon. fol		148
247		1707	Toinardi Synopsis. Paris. Cramoisy. fol		167
248	*	1708	Bodmeri IV. Tig. 12		116
	*	1708	Eadem gr. lat. Tig. 12		116
249		1708	Reyheri gr. lat. Goth. 12		125
250	*	1709	Pritii II. Lips. Gleditsch. 12		145
251	*	1709	Rechenbergii IV. Lips. Richter. 12		125
	*	1709	Toinardi Synopsis. Paris. Martin. fol. (N. 247.)		167
252	*	1710	Kusteri. Amst. fol		149
	*	1710	Eadem. Roterd. fol		149
253	*	1710	Orphanotrophei I. biling. Hal. 12		112
		1710	Hanschii gr. lat. Goth. 12. (N. 249.)		125
254	*	1711	Wellsii, Oxf. Knapton. 4		168
255	*	1711	Gerhardi I. Amst. Wetstein. 8		133
	*	1711	Eiusdem exemplar variatum		133
		1712	Hanschii gr. lat. Goth. 12. (N. 249.)		125
256	*	1713	Reineccii quadrilinguis. Lips. Lankisch. fol		157
257	*	1714	Maittairii I. London. Tonson. 12		140
258	*	1715	Bowyeri I. Lond. 12		149
259	*	1715	Cypriani. Gothae, Reyher. 12		133
260	*	1715	Emeryi. Paris. 8		93
	*	1716	Leusdenii IV. Lugd. Bat. Luchtmans. 24. (N. 228.)		124
261	*	1717	Wetstenii III. Amst. 12		124

	*	1717	Eadem gr. lat.		124
262	*	1717	Wilischii gr. lat.. Chemnitz. Stoessel. 8		126
263	*	1717	Wilischii gr. germ. Chemnitz. Stoessel. 8		126
		1720	Bentleii specimen. Lond. 8		172
264		1720	Aboae. 8		270
265	*	1722	Brocasii. Paris. 16		118
266	*	1722	Vossii I. gr. lat. Lips. 12		126
	*	1723	Küsteri. Lips. Gleditsch. fol. (N. 252.)		149
267	*	1724	Vossii II. Lips. 12		127
268	*	1724	Pritii III. Lips. Gleditsch. 12		145
269	*	1725	Reineccii I. Lips. Breitkopf. 8		158
270	*	1725	Patavina II. Manfrè. 12		118
271	*	1727	Vossii III. gr. lat. Lips. 12		127
272	*	1728	Bowyeri II. Lond. 12.		149
273	*	1728	Knaplock, Londini. 8		140
274		1728	Maittairii II. London, Tonson. 12		140
275	*	1729	Macii. Lond. Roberts. 8		172
276	*	1730	Neudeckeri. Halle. Renger. 8		135
277	*	1730	Vossii IV. Lips. 12		127
278	*	1730	Maittairii III. London, Tonson. 12		140
	*	1730	Wilischii gr. lat. Chemn. Stoessel. 8. (N. 262.)		126
	*	1730	Wilischii gr. germ. Chemn. Stoessel. 8. (N. 263.)		126
279	*	1731	Stockii. Jenae. Maver. 8.		118
280	*	1732	Vossii V. gr. germ. Lips. 12		127
281	*	1733	Reineccii II. Lips. Breitkopf. 8		158
282	*	1734	Bengelii I. Tubing. Cotta. 4		176

283	*	1734	Bengelii II. Stuttg. Faber. 8		178
284	*	1735	Pritii IV. Lips. Gleditsch. 12		145
285	*	1735	Gerhardi II. Amst. Wetstein. 12		135
286	*	1736	Rechenberii V. Lips. Heinsius. 12		125
287	*	1736	Georgii I. Witteb. Teubner. 8		146
288	*	1737	Georgii II. gr. lat. Witteb. Teubner. 8		146
289	*	1737	Buttigii. Lips. Weidmami. 8		178
290	*	1737	Vossii VI. gr. lat. Lips. 12		127
	*	1738	Bengelii II. Tubing. Berger. (N. 283.)		178
291	*	1739	Vossii VII. Lips. 12		127
292		1740	Ruddimanorum I. Edinb. 8		159
293	*	1740	Debielii gr. lat. Vindob. Kaliwoda. 8		82
294	*	1740	Orphanotrophei II. Halae. 12		135
295	*	1740	Wetstenii IV. Amst. 12		124
296	*	1740	Muthmanni. Ziillichov. Orphanotr. 4		158
	*	1740	Eadem. gr. germ.		158
	*	1741	Wetstenii IV. gr. lat. Amst. 12. (N. 295.)		124
	*	1741	Halle, Waisenhaus gr. germ. 12 (N. 294.)		135
297	*	1741	Taurini, typogr. regia. 12		161
298	*	1742	Oxonii Broughton. 8		159
299	*	1742	Reineccii III. Lips. Breitkopf. 8		158
300	*	1743	Bowyeri III. Lond. 12		149
301	*	1744	Schoettgenii I. Lips. March. 8		146
302	*	1745	Patavina III. Manfrè. 12		161
303	*	1745	Vossii VIII. gr. lat. Lips. 12		127
304	*	1746	Ewingu I. Dublin. 12		141

	*	1746	Kusteri. Amst. Wetstein. fol. (N. 252.)		149
	*	1747	Reineccii quadrilinguis. Lips. fol. (N. 256.)		157
305	*	1749	Birrii. Basil. Mechel. 8		136
306	*	1750	Vossii IX. Berol. 12		127
307	*	1750	Ruddimanorum II. Edinb. 8		136
308	*	1750	Glasguae. Urie. 8		159
309	*	1751	Venetiis. Bortoli. 12		163
	*	1751	Leusdenii IV. Lugd. Bat. Luchtmans. 24. (N. 228.)		124
310	*	1751	I. I. Wetstenii. Amst. Dommer. fol		181
311	*	1753	Bengelii III. Tubing. Berger. 8		178
312	*	1753	Reineccii IV. Lips. Breitkopf. 8		158
313	*	1753	Goldhagenii. Mog. Varrentrapp. 8		82
314	*	1753	Vossii X. gr. lat. Berol. 12		127
315	*	1755	Patavina IV. Manfre. 12		161
316	*	1756	Orphanotrophei III. Hal. 12		135
	*	1756	Eadem gr. germ		135
317	*	1756	Maittairii IV. London, Tonson. 12		141
318	*	1757	Vossii XI. Berol. 12		128
		1757	Eadem gr. lat.		128
319	*	1758	Stregnaesiae. Collin. 8		119
320	*	1759	Charnleyi. Glasg. Foulis. 4		136
321	*	1760	Bowyeri IV. Lond. 12		149
322	*	1761	Vossu XII. gr. lat. Berol. 12		128
323	*	1762	Patavina V. Manfrè. 12		161
324	*	1762	Patavina VI. s. typ. 12		161
325	*	1762	Bengelii IV. Tubing. Berger. 8		179

326	*	1762	Orphanotrophei IV. Hal. 12		136
327	*	1763	Bowyeri V. Lond. 12		184
328	*	1763	Baskervillii I. Oxon. Clarendon. 4		150
329	*	1763	Baskervillii II. Oxon. Clarendon. 8		150
330	*	1765	Schoettgenii II. Vratisl. Gampert. 8		147
	*	1765	Leusdenii IV. Lugd. Bat. Luchtmans. (N. 228.)		124
331	*	1766	Reineccii V. Lips. Breitkopf. 8		158
332	*	1758	Hardyi I. Lond. Richardson. 8		159
333	*	1770	Bowyeri VI. Lond. 12		150
334		1771	Ruddimanorum III. Edinb. 8.		136
335	*	1772	Wetstenii V. gr. lat. Lugd. Bat. 12		128
336		1774	Vossii XIII. Berol. 12		128
337	*	1774	Batavina VII. Manfrè. 12		162
338	*	1774	Griesbachii Synopsis I. Hal. Curt. 8		194
339	*	1775	Griesbachii I. Hal. Curt. 8		194
340	*	1775	Ewingii II. Dublin. 12		141
341	*	1775	Orphanotrophei V. Hal. 12		135
342	*	1775	Maittairii V. Lond. Rivington. 12		141
343	*	1776	Bengelii V. Tubing. Berger. 8		179
344	*	1776	Harwoodii. Lond. Johnson. 8		185
	*	1776	Griesbachii Synopsis I. Hal. Curt. (N. 338.)		194
	*	1777	Griesbachii I. Hal. Curt. 8. (N. 339.)		194
	*	1777	Griesbachii I. Hal. Curt. 4. (N. 339.)		194
345	*	1777	Bowyeri VII. Lond. 12		150
346	*	1777	Priestleii Synopsis. Lond. Johnson. 4.		151
?		1777	Stregnaesiae. 8		273

347	*	1777	Fischeri. Prag. Hagen. 8		147
348	*	1778	Hardyi II. Lond. Richardson. 8		160
349	*	1778	Koppii I. Goetting. Dietrich. 8		179
350		1778	Newcome, harmony. Dublin		271
351	*	1779	Stephani. Argent. Stein. 8		180
352	*	1782	Schoettgenii III. Vratial. Korn. 8		147
353	*	1782	Matthaei I. gr. lat. Riga. Hartknoch. 8		205
354		1783	Bowyeri VIII. Lond. Nichols. 4		185
355	*	1783	Reineccii VI. Lips. Breitkopf. 8		158
	*	1785	Leusdenii IV. Lugd. Bat. Luchtmans. 24 (N. 228.)		124
356	*	1786	Maittairii VI. Lond. Rivington. 12		141
357	*	1786	Alteri Viennae, de Trattnern. 8		190
358	*	1787	Detmold, Helwing. 8		159
359	*	1787	Bowyeri IX. Lond. Nichols. 12		150
360	*	1788	Birchii Havn. Schulz. 4		151
361	*	1789	Patavina VIII. Bettinelli. 12		162
362	*	1790	Bengelii VI. Tubing. Heerbrandt. 8		179
363	*	1790	Carpzovii epp. cath. Hal. Curt. 8		131
364	*	1794	Londoni, Longman. 12		165
365	*	1794	Londoni, Wingrave. gr. lat. 12		128
366	*	1794	Dublinii. Ekshaw. 12		141
367	*	1795	Schoettgenii IV. Vratisl. Korn. 8		147
368	*	1796	Patavina IX. Venet. Fracasso. 12		162
369	*	1796	Griesbachii II. Hal. Curt. 8		197
	*	1796	Griesbachii II. Hal. Curt. 4. (Eadem.)		197
370	*	1797	Griesbachii Synopsis II. Hal. Curt. 8		198

371	*	1797	Knappii I. Hal. Orphan. 8		220
372		1798	Whitii, Oxon. Collingwood. 12		209
373		1800	Wigomiae, Thomas. 12		151
374	*	1800	Paulus I. Lüb. Bohn. 8		228
375	*	1801	Londini, Woodfall. 12		166
376		1803	Londini, Reeves. 12		152
377	*	1803	Griesbachii III. Lips. Goeschen. fol		200
378	*	1803	Matthaeii II. Witteb. etc. 8		207
379	*	1804	London. Wingrave. 12.		128
	*	1804	Duisbnrgi. Baedeker. 8. (N. 358.)		159
380	*	1804	Pauius II. Lub. Bohn. 8		230
381	*	1805	Biblia gr. Oxon. Clarendon. 8		152
382	*	1805	Harmonia evv. Oxon. Clarendon. 4		152
383	*	1805	Schottii I. gr. lat. Lips. Märker. 8		197
384	*	1805	Griesbachii III. Lips. Goeschen. 8		200
385		1806	Philadelphiae, Bradford. 12		128
386	*	1806	Upsaliae, Edman. 8		147
387	*	1807	Edinburgi, Bell. 12		136
388	*	1808	Dakinsii, Lond. 12		137
389		1808	Whitii, Oxon. Clarendon. 8		152
390		1808	Wilsonii, Neo - Ebor. Wallis. 12		163
391	*	1809	Londini, Longman. 12		166
392	*	1809	Griesbachii II. Lond. M'Kinlay. 8		199
393		1809	Griesbachiana III. Cantabr. Wells. 8		202
394	*	1809	Griesbachii Synopsis III. Hal. Curt		202
395	*	1809	Griesbachiana. gr. lat. Lips. (Linz.) 8		202

396	*	1809	Aittoni, Lugd. Bat. Luchtmans. 12		209
397	*	1810	Chelseae. biling. Tilling. 12		113
	*	1810	Londini. biling. Tilling, 12. (N. 397.)		113
398	*	1810	Koppii II. Goett. Dietrich. 8		180
?		1810	Constantinopolitana		273
399	*	1811	Schottii II. gr. lat, Lips. Märker. 8		199
400		1811	Whitii Synopsis. Oxon. Clarendon. 8		152
401		1812	Bowyeri X. Lond.		185
	*	1812	Dakinsii. Lond. Wilson. 18 (N. 388.)		137
402	*	1812	Gailii I. Paris. Delalain. 18		211
403		1813	Londini, Bagster. 32		152
404	*	1813	Oxonii, Clarendon. 8		153
405	*	1813	Gaillardi, Genev. Bonnant. 12		216
406	*	1813	Knappii II. Hal. Orphan. 8		221
407		1814	Newcome, Harmony. Andover. 8		271
		1814	Londini. bilinguis. Tilling. 12. (N. 397.)		113
408	*	1814	Bostonii, Thomas. 15		153
409	*	1814	Gailii II. Paris. Delalain. 12		212
410		1814	London, Pitt. 12		271
411	*	1816	Bowyeri XI. Lond. Nichols. 13		150
412		1816	Valpyi I. Lond. Valpy. 8		217
413	*	1817	Glasguae, Duncan. 24		210
414		1817	Dickinsonii, Edinb. 12		216
415	*	1818	Griesbachii II. Lond. Rivington. 8		199
416	*	1818	Synopsis Lückio - De Wettiana I. Berl. Reimer. 4		202
417	*	1819	Londini. bilinguis. Tilling. 12		113

418	*	1819	Oxorii, Clarendon. 12		153
419	*	1820	Patavina X. typ. Semin. 8		162
420	*	1820	Hardyi III. Lond. Bliss. 8		160
	*	1820	Eadem, Allman. 8		160
421	*	1820	Gailii III. Paria. Delalain. 12		212
422	*	1820	Tittmanni I. Lips. Tanchnitz. 12		223
423	*	1821	Gratzii I. gr. lat. Tubing. Fues. 8		25
424	*	1821	Biblia gr. Mosquensia. 4		113
	*	1821	Dakinsii. Lond. Wilson. 12. (N. 388.)		137
	*	1821	Gaillardi. Lugd. Rusand. 12. (N. 405.)		216
425	*	1822	Glasguae, typ. acad. 24		210
426		1822	Kneelandii. Philad. Fry. 8		203
427	*	1822	Griesbachii Synopsia IV. Hal. Curt. 8		202
		1822	Wilsonii. Hartford. Wallis. 12 (N. 390)		163
428		1823	Londini, Bagster.		153
429		1824	Neo - Eboraci, Collins.		128
		1824	Londini. bilinguis. 12. Tilling. (N. 417.)		113
		1824	Londini, Bagster. 8. (N. 428.)		153
430	*	1824	Robinsonii Acta App. Cantabr. Smith. 8		211
431	*	1824	Boissonadii. Paris. Eberart 24		212
432	*	1824	Tittmanni II. Lips. Tanchnitz. 8		224
433	*	1824	Londoni. Whittaker. 12		217
434	*	1824	Knappii III. Hal. Orph. 8		222
435	*	1824	Knappiana III. Lond. Valpy. 8		222
436	*	1824	Vateri. Hal. Gebauer. 8		226
437	*	1825	Baeileae, Thurneisen. 8		137

	*	1825	Londini. Bagster. 8. (N. 428.)		153
438		1825	Boothii Londin. 8. gr. angl.		153
	*	1825	Wilsonii. Hartford. Cooke. 13. (N. 390.)		163
439	*	1825	Schottii III. gr. lat. Lips. Märker. 8		199
440	*	1825	Griesbachii IV. LipB. Goeschen. 8		202
441		1825	Bostonii, Hilliard. 8		204
442	*	1826	Valpyi II. Lond. Valpy. 8		217
443	*	1826	Fritizschii evangelia. Lip. Fleischer. 8		230
444	*	1827	Gratzii II. gr. lat. Mogunt. Kupferberg. 8		25
445	*	1827	Van Essii. gr. lat Tubing. Fues. 8		45
446	*	1827	Londini. bilinguis. Watts. 8		119
447	*	1827	Griesbachiana Schulzii Berol. Lane. 8		200
448	*	1827	Pariis, Delalain. 12		213
449	*	1827	Kaeufferi Matthaeus. Lips. Teubner. 12		224
450	*	1828	Londini. Pickering. 64.		141
451	*	1828	Londini. bilinguis. Tilling. 12.		119
452	*	1828	Lloydii. Oxon. Clarendon. 12		160
453	*	1828	Leutschii. gr. lat. Lips. Serig. 8		222
	*	1828	Tittmanni I. Lips. Tanchnitz. 16. (N. 422.)		223
454	*	1828	Bleekii Ep. ad Hebr. Berol. Dümmler. 8		232
455	*	1828	Evangelia triglotta. Lond. Watts.		227
		1829	Dickinsonii, Edinb. 12. (N. 414.)		216
	*	1829	Dakinsii. Lond. Cadell. 12. (N. 338.)		137
456		1829	Londini, Bagster. 12		153
457		1829	Greenfieldii. Lond. Bagster. 32		154
		1829	Wilsonii. Hartford. Cooke. 12 (N. 390.)		163

		1829	Londini. Watts. bilinguia. 8. (N. 446.)		119
458	*	1829	Knappii IV. Hal. Orph. 8.		222
459	*	1829	Meyeri. gr. germ. Goett Vandeaboek. 8		233
460	*	1829	Roedigeri Synopsis I. Hil. Gunert 8		232
	*	1829	Wilsonii. Philad. Wallis. 12. (N. 390.)		163
461		1830	Lloydii. Oxon. Clarendon. 12		160
		1830	Londini. Watts. bilinguis. 8. (N. 446.)		119
462	*	1830	Glasguae. Hutchinson. 24		210
463	*	1830	Scholzii. Lips. Fleischer. 4		235
464		1830	Londini, Valpy. 48		271
465	*	1830	Paris. Delalain. 32.		213
466		1831	Burtoni I. Oxon. 8		154
467	*	1831	Brossetii. Paris. Didot. 24		213
468	*	1831	Valpyi III. Lond. Valpy. 8		217
469	*	1831	Naebii. gr. lit. Lips. Koehler. 8		231
470	*	1831	Lachmanni I. Berol. Reimer. 12		239
	*	1831	Tittmanni II. Lips. Tanchnitz. 8. (N. 432.)		224
471	*	1832	Goeschenii. gr. lat. Lips. Weidmann. 8		222
472	*	1832	Jaumanni. Monach. Lindauor. 8		224
473		1832	Greenfieldii. Neo - Ebor. Leavitt. 32		154
474		1832	Bloomfieldii I. Lond. 8		237
	*	1832	Glasguae, Brookman. 24. (N. 462.)		210
475	*	1833	Rückertii epp. paul Lips. Koehler: 8		248
476		1833	Venetiis		271
	*	1833	Wilsonii. Philad. Towar. 12. (N. 390.)		163
477	*	1834	Boeklini. Christianstadt, Schmidt. 8		199

478	*	1834	Smithii. Lond. Hurst. 12		211
479	*	1834	Schottii epp. paul. Lips. Barth. 8		248
480	*	1834	Greswellii harm. ev. Oxon. 8		155
481		1834	Newcome, Harmony. Andover. 8		271
482		1835	Burtoni II. Oxon. 8.		154
483	*	1835	Pattonii. Neo - Ebor. Starr. 4		223
484	*	1835	Rotermundtii Synopsis. Passav. Ambrosi. 8		83
485	*	1835	Küchleri harmonia ev Lips. Hartknoch. 8		226
	*	1835	Dickinsonii Edinb. Stirling. 12. (N. 414.)		216
486	*	1836	Bloomfieldii II. Lond. Longman. 8		237
487		1836	Valpyi IV. Lond. Valpy. 8		217
488	*	1836	Oxonii typ. acad. 12		155
489		1836	Harmonia ev. Lond. Chapman		271
490	*	1836	Fritzschii ep. ad Rom. Halle. Gebauer. 8		230
		1836	Jaumanni. Monarch. Lindauer. (N. 472.)		224
	*	1836	Glasguae. Brookman. 34. (N. 462.)		210
491	*	1837	Cardwellii. Oxon. typ. acad. 8		155
492	*	1837	Trollopii. Lond. Rickerby. 8		155
493	*	1837	Berolin. Nauck. gr. germ. 8		223
494		1837	Bloomfieldii. Boston. Perkins. 8		238
	*	1837	Lachmanni I. Berol. Reimer. 12. (N. 470)		239
	*	1837	Brossetii. Paris. Didot. 24. (N. 467.)		213
495	*	1838	Evangelia Melit. s. typ. 8		119
496	*	1838	Londini. Parker. 16		211
	*	1838	Wilsonii. Philad. Haswell. 12 (N. 390.)		163
497	*	1839	Kerstenii. Leod. Kersten. 8		83

498	*	1839	Belezii. Paris. Delalain. 12		214
499	*	1839	Schottii IV. gr. lat. lips. Barth.		249
500	*	1839	Roedigeri Synopais II. Hal. Grunert. 8		233
	*	1839	Leutschii. gr. lat. Lips. Serig. 8. (N. 453.)		222
501	*	1840	Darollii. Tolos. Delsol. 32		215
502	*	1840	Knappii V. Hal. Orphan. 8		222
503	*	1840	Hahnii I. Lips. Tauchnitz. 8		224
	*	1840	Dakinsii. Lond, Cadell. 12 (N. 388)		137
504	*	1841	Hahnii II. Lips. Tauchnitz. 16		225
505	*	1841	Tischendorfii I. Lips. Koehler 16		254
506		1841	Bloomfieldii IV. Lond. 8		238
507	*	1841	Rillieti ep, ad Philipp. Genev. Beroud. 8		249
		1841	Greenfieldii, Philad, Parkins. 32. (N. 473.)		154
508	*	1842	Robinsonii. Neo - Ebor. Leavitt. 12		225
509	*	1842	Lachmanni II. gr. lat. Berol. Reimer. 8		243
510	*	1842	Tischendorfii II. Paris. Didot. 12		255
511	*	1842	Tischendorfii III. gr. lat. Ibid. 8		256
512	*	1842	Tischendorfii IV. Ibid. 12		258
513	*	1842	Synopsis Lückio - De Wettiana II. Berol. Reimer. 8		203
514	*	1842	Gehringeri Synopsis. Tubing. Fues. 4		218
	*	1842	Theilii evangelia. Lips. Tanchnitz. 16. (N. 521.)		263
515	*	1842	Pharmacidis. Athen. 8		207
516	*	1843	Jowettii. Cantabr. Pitt. 16		120
517		1843	Grinfieldii. Lond. Pickering. 8		156
518	*	1844	Oxonii typ. acad. 16.		156
519		1844	Bagsteri hexapta. Lond. 4		236

520		1844	Venetiis		271
521	*	1844	Theili I. Lips. Tauchnitz. 16		263
522		1844	Tregellesii Apocal. Lond. Bagster. 8		250
523	*	1845	Theilii polygl. Bielefeld. Velhagen. 8		265
		1845	Robinsonii. Neo - Ebor. Leavitt. 12. (N. 508.)		225
524		1846	Muralti minor, Hamb. Meissner. 16		265
	*	1846	Lachmanni I. Berol. Reimer. 12 (N. 470.)		239
525		1846	Bloomfieldii. Boston. 8		238
		1846	Greenfieldii. Philad. Perkins 32. (N. 473.)		154
		1846	Eadem. Neo - Ebor. Barnes. 32. (N. 473.)		154
526	*	1847	Reithmayri. Monach. Weiss. 8		*267*
	*	1847	Tischendorfli IV. Paris. Didot. 12 (N. 512.)		258
527	*	1847	Bloomfieldii V. Lond. Longman. 12		238
528		1847	Venetiis. Phoenix. 8		120
529	*	1847	Friedliebii Synopsis I. Vrat. Aderholz. 4		250
	*	1847	Jowettii. Cantabr. Pitt. 16. (N. 516.)		120
530		1847	Spenceri. Neo - Ebor. Harper. 12		156
531	*	1848	Burtoni III Oxon. Parker. 8		154
	*	1848	Theilii II. Lips. Tauchnitz. 16. (N. 521)		263
	*	1848	Muralli maior Hamb. Meissner. 16. (N. 524.)		265
532	*	1848	Bornemanni Acta app. Grossenh. 8		244
533	*	1849	Tischendorfli V Lipaiae. Winter. 8		259
534		1849	Alfordii. Lond. 8		271
	*	1849	Theilii triglott. Bielef. Velhagen. 8. (N. 523.)		265
535	*	1849	Berlepschii Matthaeus. Ratisb. Manz. 8		258
	*	1850	Greenfleldii. Philad. Perkins, 32. (N. 473.)		154

536	*	1850	Londini, Tayor & Walton. 16		203
537	*	1850	Tischendorfii VI. Lips. Tanchnitz. 8		260
	*	1850	Theilii III. Lips. Tanchn. 16. (N. 521.)		263
538	*	1851	Tiechendorfii Synopsis. Lips. Avenarius. 8		260
	*	1851	Tiechendorfii IV. Paris. Didot. 12. (N. 512.)		258
539		1851	Robinsoni Harm. ev. Boston. 8		225
	*	1851	Jowettii. Cantabr. Pitt. 12. (N. 516.)		120
	*	1851	Gratzil II. gr. lat. Mog. Kupferberg. 8. (N. 444.)		25
540		1851	Oxonii.		271
541		1851	Venetiis.		271
542		1852	Bertonii IV. Oxon. 8.		154
543	*	1852	Theilii. gr. germ. Lips. Tauchnitz. 16		264
544	*	1852	Angeri Synopsis. Lips. Gebhardt. 8		268
	*	1852	Theilii IV. Lips. Tauchnitz. 16. (N. 521.)		263
545		1853	Stroud's Harmony. Lond. Bagster		271
546		1853	Valpyi V. Lond. Valpy.		217
547	*	1853	Stuttgardt. gr. germ. Liesching. 8		265
548		1853	Patritii Evv. Frib. Herder. 4		218
549	*	1854	Tischendorfii VII. trigl. Lipa. Avenarius. 8.		261
550	*	1854	Theilii. gr. lat. Lips. Tauchniti. 16		264
551		1854	Mac Michaelis. 18		236
		1854	Robinsonii. Neo - Ebor. Leavitt. 12. (N. 508.)		225
552	*	1854	Lachezii Harm. ev. Paris. Delalain. 12.		219
553	*	1854	Epp. & Apocal. Neo - Ebor. Bible - Union. 4		156
554	*	1854	Strongii harm. ev. Neo - Ebor Harper. 12		120
	*	1854	Theilii polyglott. Bielef. Velhagen. 8. (N. 523.)		265

	*	1854	Theilii V. Lips. Tauchnitz. 16. (N. 521.)		263
		1854	Tischendortii Synopsis, Lips. Avenarius. 8. (N. 538.)		260
	*	1855	Tischendorfii VII. Lips. Mendelson. 16 (N. 549.)		261
		1855	Theilii polyglott. Bielef. Velhagen. 8. (N. 523.)		265
	*	1855	Londini, Walton & Maberly. 16. (N. 536.)		203
555		1855	Websteri. Lond. Parker. 8		157
556	*	1856	Coloniae Agr. Soc. Bibl. 32		121
557		1856	Burtonii V. Oxon. 8		154
558	*	1856	Buttmanni I. Lips. Teubner. 16		244
559		1856	Greswelli Harmonia. Oxon. 8.		155
	*	1856	Theilii VI. Lips. Tauchnitz. 16 (N. 521.)		263
560		1857	Cantabrigiae, gr. angl. 12.		271
		1857	Robinsonii. Neo - Ebor. Leavitt. 12 (N. 508.)		225
		1857	Tischendorlii VII. Lips. Mendelson. 16. (N. 549.)		261
561	*	1857	Wordsworthii. Lond. Rivington. 4.		268
562		1858	Londini. gr. angl. Bagster. 18		271
		1858	Theilii polyglott, Bielefeld Velhagen. 8. (N. 523.)		265
	*	1858	Theilii VII. Lips. Tauchnitz. 16. (N. 521.)		263
	*	1858	Tschendorfii VII. gr. lat. Lips. Mendelson. 8. (N. 549.)		261
563	*	1858	Philadelphiae. gr. lat. Lippincott 12.		164
	*	1858	Wilsonii. Philad. Lippincott. 13. (N. 390.)		163
564		1859	Alfordii. Neo - Ebor. 8		271
	*	1859	Iageri. Paris. Didol. 12. (N. 512.)		258
565	*	1859	Tischeadorfii VIII. Lips. Winter. 8.		261
	*	1859	Eadem minor. 16.		261
566		1859	Bloomfieldii VIII.		238

	*	1859	Strongii Harmonia. Neo - Ebor. Harper. 12. (N. 554.)		120
		1859	Greenfieldii. Lond. Bagster. 32. (N. 457.)		154
	*	1859	Spenceri. Neo - Ebor. Harper. 12. (N. 530.)		156
	*	1859	Londini, Bohn. 16. (N. 536.)		203
567	*	1859	Neo - Ebor. Wiley. 16		236
568	*	1860	Buttmanni II. Lips. Teubner. 16		245
	*	1860	Muralti maior. Hamb. Meissner. 16. (N. 524.)		265
569		1860	Alfordii IV. Lond. 8		271
		1860	Bagsteri hexapla. Lond. 4. (N. 519.)		236
570	*	1861	Hahnii III. Lips. Tauchnitz. 8		268
		1861	Tischendorfii VII. L. Mendelson. 16. (N. 549.)		261
	*	1861	Colon. Agripp. 32. (N. 556.)		121
571	*	1861	Schulzii Synopsis. Lips. Mayer. 4		262
	*	1862	Tischendorfii VI. Lips. Tauchnitz. 8. (N. 537.)		260
572	*	1862	Buttmanni III. Berol. Decker. 8		245
573	*	1862	Lochii. Ratisb. Manz. 8		246
	*	1862	Theilii. gr. lat. Lips. Tauchnitz. 16. (N. 550.)		264
574	*	1863	Colon. Agr. gr. angl. 16		121
575	*	1864	Colon. Agr. gr. germ. 16		121
	*	1864	Tischendorfii VII. Lips. Mendelson. 16. (N. 549.)		261
	*	1864	Tischendorfii VII. gr. germ. Ibid. 16. (N. 549.)		261
576	*	1864	Tischendorfii Synopsis. L. Mendelson. 8		262
	*	1864	Buttmanni. Lips. Teubner. 16. (N. 568.)		245
	*	1865	Eadem		245
577		1865	Neo - Ebor. Fowler		204
	*	1865	Theilii VIII. Lips. Tauchnitz. 16. (N. 521.)		263

578	*	1865	Robinsonii harm. ev. Boston. Crocker. 8		225
579	*	1866	Sevini Synopsis. Wiesb. 8		246
580	*	1869	Friedliebii Synopsis II. Ratisb.		251
581	*	1869	Tischendorfii IX. L. Winter. 8.		262
582	*	1870	Westcottii & Hortii. Cantabr. 12.		246

EDITIONES SINE ANNI NOTA IMPRESSAE OMNES SAECULI XIX.

-	*		Berol. Reimer. 12. (Lachmanni.) (N. 470.)	239
	*		Lond. Bagster. 32. (Greenfieldii.) (N. 457.)	154
-	*		Lond. Bagster. 16. (N. 567.)	236
583	*		Paris. Dezobry. 12. (Fix.)	215
584	*		Paris. Belin. 24. (Lefranc.)	215
-	*		Philadelphiae. Peck. 32. (Greenfield.) (N. 473.)	154

[301]

INDEX II. NOMINUM.

[303]

INDEX III. SIGLORUM.

[All page numbers refer to page numbers in the original book]

PQRST. Lectiones Erasmicae p. 22 seqq.

U. Lectiones Erasmicae recentiores p. 29 seqq.

V. Lectiones Colinaei p. 46 seqq.

W. Lectiones Stephanicae p. 50 seqq.

X. Lectiones Bezanae p. 84 seqq.

Y. Lectiones Wellsii p. 170 seqq.

Z. Lectiones Macii p. 172 seqq.

Γ. Lectiones Bengelii p. 176 seqq.

Δ. Lectiones Wetstenii p. 181 seqq.

Θ. Lectiones Harwoodii p. 185 seqq.

Λ. Lectiones Griesbachii p. 193 seqq.

Ξ. Lectiones Matthaeii p. 205 seqq.

Π. Lectiones novae variorum post - Griesbachianae p. 228 seqq.

Σ. Lectiones Lachmanni p. 239.

Φ. Lectiones variomm novae post - Lachmannianae p. 248.

Ψ. Lectiones Tischendorfii p. 252.

Ω. Lectiones Muralti p. 265.

α. Lectiones Alteri p. 191.

[304]

β. Lectiones Brylingerianae p. 40. 65.

ε. Lectiones Elzevirianae p. 110 seqq.

ξ. varietas Stephano - Elzeviriana p. 143.

σ. Lectiones Selfischianae p. 61.

τ. Lectiones Toinardi p. 167.

φ. Lectiones Fellii p. 131.

INDEX IV. LOCORUM.

MATTHAEUS.

MARCUS.

[306]

IOANNES.

13. - (376. V^{c}) p. 47.

[309]

25. - (392. V^{d} X^{d} ξ) p. 47. 63. 86. 101. 144. 154.

26. - (358. 621. U^{e} Z^{m}) p. 30. 176.

27. - (544. Z^{c}) p. 173.

XVIII. 5. - (861. Λ^{a}) p. 181. 196.

7. - (834. Θ^{s} Ω^{a}) p. 189. 258. 266.

9. - (989. Ψ^{g}) p. 255.

17. - (607. Z^{l}) p. 175.

21. (608. Z^{l}) p. 175.

26. (835. Θ^{s} Λ^{r} Ψ^{l}) p. 189. 201. 260.

XIX. [35.] -   p. 28.

39. - (849. α) p. 191.

40. - (648. Γ^{g}) p. 178.

XX. 1. - (728. Θ^{i} Ω^{a}) p. 187. 266.

4. - (37. C^{a}) p. 17.

7. - (495. Y^{f}) p. 171.

15. - (511. Y^{o}) 171.

18. - (836. Θ^{s} Σ^{e}) p. 189. 241.

24. - (560. 760. Z^{f} Θ^{j} Ψ^{a}) p. 173. 188, 255.

28. - (27. B^{a} Δ Λ^{k}) p. 16. 106. 183. 197. 210. 226.

38. - (7. A^{a}) p. 16.

1. CORINTH.

2. CORINTH.

GALAT.

EPHES.

2. TIMOTH.

1. PETR.

[314]

[END]